



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

Notæ Et Qvaestiones Chronologicæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

NOTÆ ET
QVÆSTIONES
CHRONOLOGICÆ
IN CAPVT I.
GENESEOS

vers. 1.

IN principio creauit Deus cœlum & terram. *De mundi æternitate disputant Theologi & Philosophi: nos hîc dum inquirimus quando mundus sit conditus, duo solum in questione ponimus. 1. Vtrum vere, an hieme, autumno, an æstate. 2. Quot annis ante v-sitatam Christi æram fuerit prima rerum creatio.*

QVÆSTIO I.

Qua parte anni mundus sit conditus.

1. **A**utumno potius quàm, vere, aut æstate, aut hieme creatum esse mundum arbitrantur Rabbi Eliezer, Rabbi Abraham, & plerique Hebrœorum, Abulensis Gen. 1. q. 21. & Defens. p. 1. cap. 14. Arias Montanus de sæculis. Picus Mirandulanus lib. 7. adu. Astron. cap. 6. Serarius Iosue 7. q. 27. Petauus de Doctrina temporum tomo 2. lib. 9. cap. 6. Fauet etiam Lyranus Gen. 7. lit. d. Quam sententiam probabilioribus stabiliri argumentis ait Torniellus, die 6. sub finem, eamque Sectariorum nostri æui non infimæ notæ propugnant, vt Scaliger in posteriori editione, Caluifius Ifag. Chron. cap. 34. quæ opinio sequentibus potissimum argumentis nititur.

*Quidam
putant
Autumno*

A

2. *Primum*

1. Ratio.

2. *Primum.* Quia ante Moysen caput anni erat in autumnò: siquidem festum Tabernaculorum, mense septimo celebrari solitum dicitur incidere in exitum anni. Exodi 23. v. 16. Solemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro, &c. Et cap. 34. v. 22. Solemnitatem hebdomadarum facies tibi, in primitiis frugum messis tuae triticeae, & solemnitatem, quando redeunte anni tempore, euncta conduntur. Quod vero iubente Deo Moyses caput anni ad mensem Nisan retraxerit, constat Exodi 12. v. 2. Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Causa autem alia fuisse non videtur, nisi quod tunc ex Ægypto Israëlitarum educti fuerint. Hinc Iosephus ab huius opinionis authoribus laudatus, ait mensem Nisan, per Moysen fuisse primum in fastis, & ijs quæ ad rem diuinam spectant, ordinatum, quod in eo Hebræos ex Ægypto eduxisset: (sic enim Iosephi textum proferunt) quoad nundinationes autem, & ciuiles contractus, nihil de anni dispositione immutasse, sed primum ordinem ac modum retinuisse. Quem modum Orientales populi, ut Chaldæi, Persæ, Ægyptij seruasse videntur, annum ab autumnò ordiētes. Quibus adde Hetruscōs, qui Idibus Septemb. quot annos clauum annalem figebant, ut singulorum annorum numerum designarent, testibus Festo Pompeio & Lituio, & annotat Salianus.

2. Ratio.

3. *Argumentum secundum* ex Euz primæ nostræ parentis testimonio depromunt, quæ de fructibus lignorum, ait, quæ sunt in paradiso vescimur: Vnde opinionis huius authores colligunt, ea anni parte conditum esse vniuersum, quæ fructibus arbores onerantur. Hoc autem autumnò potius, quam veri conuenit.

3. Ratio.

4. *Probatur tertio,* ex eo, quod diluuium cæperit die septimo decimo secundæ mensis. Gen. 7. v. 11. quod Octobri aut Nouembri optimè congruit, quando imbres copiosius decidunt.

4. Ratio.

5. *Probatur quarto.* Quia decebat, res à Deo in statu perfecto creati, ut sunt arbores, cum ferunt fructus, & vites vuas, quæ non nisi autumnò maturescunt.

1. Confir-

matio.

2. Confir-

matio.

6. *Confirmant aliqui* 1. ex Chaldæo Paraphraste, qui 3. Reg. 8. v. 2. loquens de mense Æthanim: antiquitus ait, ante Exodum dicebatur primus, nunc autem septimus. 2. ex vetustissima Synagoga consuetudine, in qua mense Tisri sacras lectiones, à primo capite Genesios auspicantur Hebræi. Addunt nonnulli testimonium Firmici, qui sub Constantino Magno floruit, asserentis antiquam sententiam esse, quæ statuit terram in posterioribus libræ compositam. Firmicum autem sic intelligunt, ut terra sit producta circa 26. diem Octobris, quando tempore Firmici, Sol in postremis gradibus libræ versabatur. Hinc concludit Caluissius, sententiam, quæ in autumnò mundi creationem constituit, nisi argumentis euidentibus ex sacra scriptura antiquissimorum authoritatibus, & coniectura probabili desumptis: Cui, inquit, contradicere, & contra sacram scripturam aliud initium rerum ab initio Hebræorum prisco diuersum institueri velle, magna temeri-

ta videtur. Hæc ille, meo iudicio temerè: quasi verò ij sacræ Scripturæ authorita-
tem non agnoscant, qui rerum conditum Veri attribuunt. Ex allatis argumentis
infern solum potest, opinionem eorum, qui mundi creationem in autumnò
fuisse arbitrantur, non videri temerariam. Non tamen idcirco temeritatis no-
tam merentur alij, qui contrarium sentiunt.

7. Siquidem longè plures sunt authores, qui & sacræ scripturæ infallibi-
lem authoritatem reuerentur, & Veris nihilominus amœnitatem creationi or-
bis consecrant. Per Solem quatuor annorum conversiones constituuntur, quarum prima
verna est, in qua Deus res vniuersas condidit, idq; ex eo constat, quod nunc quoque flores ger-
minant. Ita S. Ioannes Damascen. lib. 2. de fide Orthod. c. 7. Idem sentit Theo-
doceus in Exodum q. 72. vbi reddit causam, cur Deus voluerit Tabernaculum
erigi, primi mensis initio his verbis: propterea quod eodem ferè tempore creaturas con-
didit, cuius rei fidem facit arborum germinatio. Germinet, inquit, terra herbam virentem.
S. Ambrosius libr. 2. Hexa. cap. 4. In hoc ergo principio mensium cælum & terram
fecit, quod inde mundi capi oportebat exordium, vbi erat oportuna omnibus verna tempe-
ris. Vnde & annus mundi nascentis imaginem expressit, vt post hibernas glacies & hiema-
les caligines sereno solito verni temporis splendor eluceat, &c. Ergò, vt ostenderet Scriptura
veris tempora in constitutione mundi, ait: mensis hic vobis initium mensium, primus est vo-
bis in mensibus anni; primum mensum vernum tempus appellans. Idem innuit S. Grego-
rius Nazianz. Oratione 42. & clarius Nicetas in eum locum, dum ait: Mensis
igitur Paschatis, qui apud Ægyptios Pharmuthi, apud Macedones Xanticus, a-
pud Hebræos Nisan, apud Romanos Martius vocatur, hic primus in mensi-
bus introducitur atque decernitur ac principium mensium anni, fortasse quod
inde à principio primus ordine erat. Arcanus enim apud Hebræos sermo est,
hoc tempus esse, quo Deus vniuersam rerum molem condidit. Vernum porrò
hoc tempus est, quo terra quoque herbas profert. Hanc sententiam tenent Pa-
tres Cõcilij Cæsariensis tempore Victoris Papæ congregati, vt refert Beda tomo
1. lib. de sex ætatibus. Cyrillus Ierofolym. catechesi 14. S. Augustinus, Elias Cre-
tensis, Irenæus, Athanasius, Isidorus, Iunilius, Strabus, Rabanus, Glossa interli-
nealis Gen. 35. Gaudentius Brixinensis tract. 1. in Exodum. Aponius, Salius Hi-
lariion, Albinus, Beda, Ado Rupertus, Hugo, Comestor, Marianus Scotus,
Rabbi Iosue, apud Lyranum, Genes. 7. quem etiam citat & sequitur Forosem-
promiensis. His assentitur Martinengus in sua magna Glossa, Ioãnes Lucidus 1.
de emend. temp. cap. 2. Salius initio suorum Annalium, Molina in opere 6.
dierum disp. 14. Caietanus, Del Rio, Cornelius Gen. 1. Emmanuel Sa. Gen. 8.
Genebrardus & Adrichomius initio Chron. Gregorius de Valentia 1. p. disp. 5.
Eusebius in Chronico, Clauius in Sphæram cap. 2. Bonfrerius Gen. 1. v. 11.

8. Probatur hæc Chronographia eorum maximè numero & authoritate
qui

A 2

qui

Temeritas
Caluissis.Plures
mundum
vere con-
ditum
sentent.

Probant.

4
qui difertè primam rerum molitionem ad vernum tempus referunt. Si enim, ut dici solet, vox populi, vox Dei; ubi paria militant argumenta, in eorum sententiam proniores esse solemus, qui tum multitudine, tum autoritate præstant. Qui mundi primordia in autumnum vel æstatem conijciunt, nec plurimi, nec admodum ab antiquitate commendati sunt, ut ex dictis manifestum est.

*Miracula
sine ratio-
ne nõ sunt
multiplicia.*

9. Deinde licet initio nascentis vniuersi Deus non nulla fecerit eodem tempore, quæ diuersis postea anni tempestatibus prodierunt; sine ratione tamen plura præter ordinarium naturæ cursum fingi non debent. Quod terra tunc produxerit herbas virentes, & arbores fructiferas testatur Moyles Gen. I. v. 12. fructus etiam aliquos ex arboribus pependisse fidem facit Eua: *De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso, vescimur*, inquit, Gen. 3. v. 2. Fac igitur verno tempore mundum à Deo creatum, ea dispositione & rerum facie, quæ postea redemptibus annis fuit per mensum Nilam in Palæstina, vicinisque regionibus, additis si placet nonnullis extraordinaria Creatoris beneficentia fructibus, ad primorum parentum usum honestamque delectationem. Veri succedat æstas, ætati autumnus, autumno hiems, iuxta eum, qui postea tenuit naturæ cursum, sine alia circa annum rerum ortum & interitum mutatione. Sic huius anni primi quadripartita varietas sine nouo miraculo decurret. Sit est, ut dicas in primæ rerum productione eam fuisse plantarum & fructuum rationem, quæ autumno postea extitit abundantia quidem fructuum, & aliqualis herbarum copia reperiebatur, sed semimarcidarum & maiore ex parte deteriorum, quam vere, aut ætate esse soleant. Omnibus verò floribus & fructibus, qui veris & æstatis decursu consumi solent, prima nascentis mundi facies destituebatur. *Gemebant igitur*, ut scribit Salianus, *in illo communi totius terre gaudio, totæ arborum, prunorum, malorum assyriarum, Medicarum, Persicarum, Armenicarum genera. Scabant, non sine pudore, cum cæteris, totæ species pyrorum, ficuum, amygdalorum, aliæque non pauca. Marcebant rosæ sine rosis, & liliorum caudices sine liliis, omniumque, pene florum planta, quarum vis à Deo tanta producta est, suis viduata ornamentis, nulli poterant quasi symboli in hanc mundi primæ celebritatem conferre. Absit, inquit nonnulli, tam tristis rerum ortus absit tam lugubris rerum primò orientium vultus, quin potius Creatoris benignitate & potentia factum eredamus, ut hæc saltem vice, autumnus suo, veris, æstatisque decore, florum herbarum, frugum, varietate, efficacia, pulchritudine gauderet. At contra reclamabunt alij, neque tot miracula sponte concedent, quot requiruntur, ut autumnali frigore tellus plantis, plantæ floribus ac frondibus, in speciem vernorum æstiuorumque mensium decoteret, idque exiguo illo temporis spatio, quo hiemis asperitas imminebat, recentes illas mundi delicias, vel confestim absumptura, vel nouo rursus miraculo non læsura.*

Ratio 10. Non male igitur Damascenus, Cyrillus, Theodoretus, Ambrosius & alij,

alij, mundum vere potius, quam autumnu productum colligunt ex eo, quod *S. Damasceni, &c.* Scriptura dicat Gen. 1. v. 11. *germinet terra herbam virentem &c.* & v. 12. *Et factum est ita.* Terræ nempe superficies plantis, alijs germinantibus, alijs iam in culmos adolescentibus, alijs gemmantibus, alijs florentibus, alijs fructus, vel naturæ suæ conditione, vel beneficio diuino, victui hominibus recens creatis suppeditante ferentibus. In hoc enim, quod aliquas arborum perfectæ magnitudinis, onultas pomis Deus creauerit; aliquid eum supra vires & ordinem naturæ fecisse palam est: plura sine sufficienti indicio miracula non sunt asserenda, vt SS. Patres tacite videntur insinuare.

11. Nec inepta est eorum coniectura, qui cum Patribus Synodi Palæstinæ, *Alia Ratio* mundum ea anni constitutione reparatum autumant, quo ante conditus fuerat. Xantico mense, inquit Cyrillus, *ver est reliquum, estq; hoc tempus mensis primus, in quo festum Paschæ prioris erat typica, nunc vero est vera.* Hoc tempus est creationis mundi. Et Theodoretus l. c. *Deus sub idem tempus liberauit populum Israel à seruitute Aegyptiorum, & Gabriel Archangelus S. Virginis Mariae letum nuncium admirandi partus attulit: eodem quoque tempore Christus Dominus salutarem pertulit passionem.* Simili diuinae providentiæ dispositione factum est, vt eodem mense Casleu templum Ierosolymitanum diuino rursus cultui dicaretur, quo ante triennium fuerat contaminatum. i. Machab. 4. v. 54. *Secundum tempus, & secundum diem, in qua contaminauerunt illud gentes, in ipsa renouatum est in citharis & citharis &c.*

Huc referunt nonnulli, quod naturæ lumine vi disse, aut aliunde inaudisse videtur, & cecinit Virgilius 2. Georg.

*Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem
Crediderim. Ver illud erat, ver. magnus agebat
Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri.
Cum primum pecudes læcem trauserunt &c.*

12. Tertia opinio est eorum, qui mundum æstare etearum asserunt, quod *Pausi mundum æstare etearum opinantur.* facit Gerardus Mercator initio suæ Chronol. probatque ex eo, quod Columba circa medium mensis vndecimi viridem oliuæ ramum ad Arcam Noë retulit Gen. 8. v. 11. quod mensi Maio conuenire putat, quando non oleæ solùm sed & cæteræ arbores maximè virere solent. Vnde infert, mensẽ primam oliuæ fuisse Iulium, eam vtique ob causam, quod mundus tunc conditus fuerit. Hinc Aegyptij solem initium Leonis ingressum, quando mundus producebatur, vt refert Solinus cap. 35. At verò Ioannes Keplerus sub finem primæ partis Tabularum Rudolphi, primam rerum effectiõnem tribuit diei 24. Augusti, (stylo Iuliano antorsum reducto) cum Sol foret in puncto Solstitij æstiu, anno ante modernâ ætatem 3993. quia scilicet, inuenit tunc situm planetarum orbis creationi conuenientem, vt ipse arbitrat. *A 3 13. De*

Notand. 1. 13. De hac quæstione monent boni authores .1. hic apodixes minimè requirendas, aut argumenta irrefragabilia: ac proinde haud ita pertinaciter vni parti adhærendum, vt altera tanquam erronea damnetur. *Neque enim vtram in partem inclines, magnopere interest.* inquit Petauus. Et Clavius: Quicquid sit de tempore, quo mundus fuerit creatus, cuiuslibet, per me licet, vt teneat, quod vult.

Notand. 2. 14. Notant 2. dici non posse, cum Deus mundum crearet, fuisse in quavis terræ plaga, ver, aut æstatem, vel autumnum; sed hanc disputationem esse de terra Palæstina, vicinisque regionibus, quarum in eblas hæc scribens Moyse rudiebat, seque ad eorum captum accommodabat, qui in medio orbis à se cogniti Palæstinam constituebant, iuxta illud Ezechielis 5. v. 5. *Ista est ierusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terras.*

Opinio Auctoris. 15. Quibus consideratis libentius eorum rationibus subscribo, qui mundi creationem vere factam autumant: idque propter autoritatem eorum, qui secundam propugnant sententiam, & ne miracula sine necessitate multiplicentur.

Ad 1. Rationem. 16. Ad primum argumentum primæ opinionis dici potest, caput anni fuisse antiquitus in autumnos; non quod tunc mundus fuerit conditus; sed quod veteres autumnus opportunitatem secuti, in contrariis eam anni partem principem constituerint, in qua collectis frugibus, & partis pecoribus, suas quisque rurales & pastoritias gazas videret, suarumque rerum copiam, inopiamve perspectam haberet; quod etiamnum ad S. Remigij aut S. Galli festum, pluribus in locis fieri solet. Imò & Hebræi idem in annis Sabbaticis & Iubilæis obseruant, quos à mense Tisri ordiuntur, & olim ordiebantur, ne alius esset, qui seminaret, alius qui meteret; nulla habita ratione temporis, quo mundum Deus è nihilo produxisset. Concedendum igitur præcis temporibus initium anni ciuilis in autumnos fuisse: sed negandum non est, quin etiam olim in vere annus inierit: sicut re ipsa Hebræi semper duplex anni principium obseruarunt, nempe in Tisri & Nisan.

Cur Nisan sit casus anni. 17. Sacri anni primordia ad mensem Nisan iugiter ita Moyse reuocauit, idcirco fortè, quod iam pridem ab ipsa rerum origine, inde singuli anni deducere rentur, vt ex Ambrosio, Nazianzeno, Niceta colligit Salianus. Iuxta autem huius reuocationis causa fuit, quod tunc etiam Hebræos ex Ægypto eduxisset. Quemadmodum igitur ferias hebdomadarias Moyse non primum instituit, sed ad Sabbati obseruationem primæuamque dispositionem perpetua lege sanxit: ita fieri potuit, vt non tam de nouo annum à Nisan ordiretur, quam antiquum morem renouaret, & mensem antiquitate primum, paschali celebritate in perpetuam Exodi memoriam exornaret. Sicut enim festum hebdomadarum, ob messis beneficium à Deo institutum non impediabat, quo minus eodem

dem die legis datæ memoria recoleretur: ita eductio ex Ægypto non obstat, quin eodem mense orbis productus esse credatur. Vnum si alicubi legislator expressit; alterum idcirco non negauit. Iosephus loco citato tantum ait, Moysen initium anni definiuisse Nisan, & per eum mentem ex Ægypto populum eduxisse, vt patet ex Græco. Deinde Iosepho, si opinaretur mundum autumnii tempore factum, opponi possent SS. Patres, qui contrarium arbitrantur. Vide quæ in hanc sententiam recole Exodi 12. v. 2.

18. Argumentum secundo loco propositum ex dictis facile soluitur. Eua enim non dixit, se ex omni genere fructuum, quos terra productura erat, velci: sed ijs duntaxat, quos Deus in paradiso creauerat, siue extraordinario, siue eomodo, quo annis quibusdam melioribus, in agro Damasceno proueniebant in vere: multo nimirum felicius, quam nostro aut auorum tempore, vt plerique notant in illud Psal. 106. *Terram fructiferam in salugine, à malitia inhabitantium in ea.*

Ad 1. Rationem.

19. Nec quicquam etiam concludit tertia ratio, nisi constet aliunde diluuium & mundi creationem in eandem anni partem, & quidem autumnalem incidisse. Cum autem cataclysmus supra naturæ vires toti orbi castigando inductus fuerit; non est, quod Octobri, aut Nouembri potius quam Aprili vel Maio tribuatur. Causæ diluuii non physicæ, sed supra vim & ordinem physicam fuerunt.

Ad 2. Rationem.

20. Denique, sicut Eua & reliquæ sexus fœminei animantes, ex eo, quod essent in statu ad generandum apto, dici poterant perfecta Dei opera, quamuis necdum in utero fœtum gestarent; ita & arbores frondibus vestitæ, & floribus ornatae, licet necdum fructibus onustæ. Taceo non paucas arbores videri non nihil de sua perfectione amississe, & quasi senio confectæ; vbi earum fructus perfectè maturuerint. Neque verò vniuersi perfectio, tam in vniuscuiusque rei specie, quam variarum rerum collectione cernitur, vt puta ea varietate, qua in horto, aut ampla regione diuersi generis arbores, frutices, segetes successiuis temporibus fronde, flore, fructu decorantur.

perfecta Dei opera quomodo?

21. Ad primam confirmationem idem dicendum, quod ad primum argumentum dictum est: puta eum mensem civiliter fuisse primum ante Exodum; computandis vero mundi annis, septimum, sicuti post Exodum, diuersis rationibus, modo primus modo septimus numeratur. Lex hoc fecit, vt Hebræis non liceret, ab autumnno duntaxat annum inchoare; sed Nisan etiam primus in mensibus anni censeretur.

Ad 1. Confirmationem.

22. Ad 2. confirmationem: nego inde sequi mundum in autumnno creatum; sed homines collectis terræ frugibus meminisse debere Creatoris cæli & terræ, tanquam primi omnium bonorum authoris, cui proinde, non Dijs alienis seruiendum & gratias agendum. *Consuetudini synagogæ oppono morem*

Ad 2. Confirmationem.

Ecele-

Ecclesiæ, quo fit, vt sub Veris initium, nempe Dominica Septuagesimæ Lectio-
nes horarum Canonicarum ab initio Libri Geneleos auspicietur Ecclesiæ. Fir-
micus nisi quis eum violentè interpretetur ab ijs dissentit, qui mundi creatio-
nem ad initium libræ referunt, non minus quàm à nobis, qui mundum Vere
creatum arbitramur. Sic eius authoritas hac in re non magnopere curanda est.

*Æstate nō
est mūdus
conditus.*

23. Tertia opinio vt paucissimorum est; ira argumento debilissimo niti-
tur. Oliua suua virorem alijs etiam anni temporibus conseruat. Nec quicquā
mouere debet. Egyptiorum authoritas sine ratione adducta: quod enim in re-
bus controuersis gratis asseritur, gratis pariter negari potest. Nec est ratio, cum
omnes planetæ in 4. punctis Cardinalibus potius, quàm alio inter se aspectu
creari debuerint, & quo iure, vt cætera fileam, eum situm primæ astorum mo-
litioni congruere vult Keplerus, eodem alius negauerit, & fortè meliori, nimi-
rum si plurium antiquitate, doctrina sanctitate præstantium suffragijs nitatur.

QVÆSTIO II.

*Quot annis Mundi creatio aram Christi vulgarem
præcesserit.*

*Varia hæc
de resenti-
tia unde
oriuntur.*

3. **H**Ac de controuersia fere dici potest: quot capita, tot sensus. Adeo diuersæ
sunt hinc Chronologorum, sacre Scripturæ interpretum, & aliorum con-
iecturæ. Creant hoc dissidium antiquorum monumentorū obscuritas, salebræ,
quæ varijs temporum interuallis occurrunt, textus Græci ab Hebræo discre-
pantia. Obscuritas ex eo nascitur, quòd cum certa annorum summa ponitur,
non constet, vtrum illi anni currentes, an absoluti, aut aliquot mensibus redun-
dantes accipiendi sint, putà illi 130. anni, qui Adamo ante Natiuitatem Sethi
attribuuntur & illi 105, quos Sethus vixit antequam Enos nasceretur, si expleti
accipiantur, conficiunt 235. si labentes erunt circiter 234. si denique redundan-
tes, fortè 236. Cum igitur decem eiusmodi numeri cap. 5. Geneleos, & totidem
cap. vñdecimo ponantur, valde perplexa redditur Chronologia. Idem est, de
annis Abrahæ, Isaac, Iacob ante filiorum procreationem, idem de annis Iudi-
cum, de annis Regum Iuda & Israël, aliisque eiusmodi passim occurrentibus.

*De Cainā
ad inore.*

2. Nec minorem obijciunt difficultatem salebræ de annis, quos plerique
tribuunt Cainan iuniori: alii prorsus expungunt. Quidam Abrahamum na-
tum volunt anno septuagesimo parentis sui, alij centesimo tricesimo. Vnde
valde incertum remanet interuallum annorum, qui à diluuiio ad Abrahæ nata-
lem intercipiuntur. Si enim Cainan omiseris & Abrahamum septuagesimo
Thars

IN GENES. CAP. I. 79

Thare anno natum dixeris: à diluio ad Abrahamum annos 292. numerabis.

70. In-
pretib.

supp-
is.

supp-

supp-

שנה	חודש	יום	לילה	שבת	יום טוב	יום ראשון	יום שני	יום שלישי	יום רביעי	יום חמישי	יום שישי	יום שבת	יום ראשון	יום שני
-----	------	-----	------	-----	---------	-----------	---------	-----------	-----------	-----------	----------	---------	-----------	---------

100			10		14		62
99	1		11		15		63
98	2		12		16		64
97	3		13		17		65
96	4		14		18		66
95	5		15		19		67
94	6		16		20		68
93	7		17		21		69
92	8		18		22		70
91	9		19		23		71
90	10		20		24		72
89	11		21		25		73
88	12		22		26		74
87	13		23		27		75
86	14		24		28		76
85	15		25		29		77
84	16		26		30		78
83	17		27		31		79
82	18		28		32		80
81	19		29		33		81
80	20		30		34		82
79	21		31		35		83
78	22		32		36		84
77	23		33		37		85
76	24		34		38		86
75	25		35		39		87
74	26		36		40		88
73	27		37		41		89
72	28		38		42		90
71	29		39		43		91
70	30		40		44		92
69	31		41		45		93
68	32		42		46		94
67	33		43		47		95
66	34		44		48		96
65	35		45		49		97
64	36		46		50		98
63	37		47		51		99
62	38		48		52		100
61	39		49		53		
60	40		50		54	1	
59	41		51		55	2	
58	42		52		56	3	
57	43		53		57	4	
56	44		54		58	5	
55	45		55		59	6	
54	46		56		60	7	
53	47		57		61	8	
52	48		58		62	9	
51	49		59		63	10	
50	50		60		64	11	
49	51		61		65	12	
48	52		62		66	13	
47	53		63		67	14	
46	54		64		68	15	
45	55		65		69	16	
44	56		66		70	17	
43	57		67		71	18	
42	58		68		72	19	
41	59		69		73	20	
40	60		70		74	21	
39	61		71		75	22	
38	62		72		76	23	
37	63		73		77	24	
36	64		74		78	25	
35	65		75		79	26	
34	66		76		80	27	
33	67		77		81	28	
32	68		78		82	29	
31	69		79		83	30	
30	70		80		84	31	
29	71		81		85	32	
28	72		82		86	33	
27	73		83		87	34	
26	74		84		88	35	
25	75		85		89	36	
24	76		86		90	37	
23	77		87		91	38	
22	78		88		92	39	
21	79		89		93	40	
20	80		90		94	41	
19	81		91		95	42	
18	82		92		96	43	
17	83		93		97	44	
16	84		94		98	45	
15	85		95		99	46	
14	86		96		100	47	
13	87		97	1		48	
12	88		98	2		49	
11	89		99	3		50	
10	90		100	4		51	
9	91	1		5		52	
8	92	2		6		53	
7	93	3		7		54	
6	94	4		8		55	
5	95	5		9		56	
4	96	6		10		57	
3	97	7		11		58	
2	98	8		12		59	
1	99	9		13		60	
	100					61	
<i>Ante Christi</i>	<i>Ara Christi</i>	<i>Ara mundi Graeca</i>	<i>Periodus Juliana.</i>	<i>Ara mundi Iudaica</i>			

QVÆSTIO CHRONOLOG. I.

Ecclesiæ. quo fit. ut sub Veris initium. nempe Dominica Septuagesimæ Lectio

Æstate
est mīa
conditu

Varia
de res
tia vna
ariant

De C
ad ino

Tharæ anno natum dixeris: à diluio ad Abrahamum annos 292. numerabis. Si annos 30. Cainan dederis & Tharæ 130. nascente Abrahamo: conficies 392. Si anni 30. Cainan & Tharæ 70. tribuatur: exurgēt 322. Si denique nō fuit Cainan, & ortus Abrahæ in annū 130. Tharæ delatus est: colligentur à diluio ad Abrahami natalem anni 352. Cum igitur quisque sequatur, quod sibi probabilius videtur, auctores qui vno in puncto conueniunt, alibi dissidere solent, quæ dissensio aliquoties repetita, magnam in fine diuersitatem parit. Sic non facile apparet, vnde sumendum sit annorum initium, qui singulis Iudicibus, post obitum Moysis inscribuntur, eo quod certum non sit, vtrum seruitates quæ inscribuntur distinctis annis contigerint. Sunt enim qui ista interregna vel omnia vel pleraque ab annis Iudicium distinguat: sunt qui omnia coniungant, adeo, vt non pauciores, quam 15. sententiæ reperiantur, de annis, qui ab Exodo, ad templum Salomonis decurrerunt. Celebris est etiam disputatio, de annis, quibus hoc templum stetit, de exordio & fine 70. annorum seruitutis Babylonicæ, vt quis locis patebit.

3. Adhæc 70. Interpretes multo plures annos tribuunt Patriarchis ante filiorum, quos facer textus nominat, generationem, quam fons Hebræus & Latina editio. Mirum igitur non est, si inter tot difficultates deprehensi boni auctores, qua cuique commodissimum videtur, euadere conentur, ac per diuersas temporum ambages sæpius vagati, spatijs annorum inæqualibus ad Christi tandem incunabula pertingant, vt singulis maximè cauendum sit, ne sua ratio-
*De 70. In-
scriptis.*

4. Vincentius Belouacensis specul. hist. lib. 6. cap. 88. ait Christum natum ab initio regni Dauid anno 1005. ab Exodo 1501. à promissione facta Abrahæ 1931. à Natiuitate ipsius Abrahæ 2006. à diluio 2298. ab initio Mundi 3953. Monet autem se hunc annorum numerum ex Hebræo textu accipere, ab Adam ad Abraham: ab Abrahamo autem ad Christum ex S. Hieronymo & Eusebio, ita vt ab Exodo ad templum Salomonis retineat numerum in sacris Biblijs notatum, annorum scilicet 489. Quod ante tradiderat, agens de temporibus Iudicium, lib. 2. cap. 56.

5. Cardinalis Bellarminus inscribit diluuium anno Mundi 1656. Abrahæ Natalem 1978. Ducatum Moysis 2483. Initium regni Salomonis 2959. Euer-
*Supple-
tatio.*

6. Augustinus Tornielus totum tempus, quod ante Christi Passionem effluxit, in sex ætates distribuit. *Prima* ab Adamo ad finem diluuij dat annos 1656. *Secunda* à finito diluio ad promissionem Abrahæ factam 456. *Tertia* à promissione ad Exodum 431. *Quarta* ab Exodo ad templi ædificationem 479. *Quinta* à
*Supple-
tatio.*

Templo fundato ad eiusdem casum 424. Sexta ab euerſis Ierofolymis ad Chriſti Paſſionem 638. Ex quibus colliguntur ab Adamo formato ad Chriſtum paſſum anni 4084. inde ſi demas 33. integros, quos Chriſto patienti aſſignat Tor- niellus, remanebunt anni ab Orbe condito ad annum Chriſti nati 4051. Cum autem hic author communem æram Chriſti biennio præueniat, erunt tandem ab Adamo ad viſitatum Chriſti Epocham anni 4033. Dato igitur annos à Na- tali mundi iuxta Tornielli computationem, ſi à 4054. ſubtraxeris, remanebunt anni ante vulgarem æram Chriſti, v.g. ſi annus mundi 16. 6. à prædicta ſumma ſubtrahatur, relinquetur annus ante Chriſti Epocham 2398. quo Torniellus ca- taclifmum deſcribit.

4. *Supput.* 7. Henricus Samerius à creatione mundi ad finitum diluuium colligit an- nos 1656. hinc ad Abrahamum 322. hinc ad promiſſionem Abrahæ 75. hinc ad deſcenſum in Ægyptum 215. Hinc ad Exodum 215. Hinc ad templum Salomo- nis 479. Hinc ad euerſionem templi 427. Chriſtum autem biennio ante æram Dionyſianam natum diſcretè aſſerit, & annum primum æræ iſtius anno Mundi 4054. coniungit.

5. *Supput.* 8. Cornelius Cornelij in Synopſi Pentateuchæ præfixa, ab Orbe condito ad diluuium numerat annos 1656. à diluuiio ad Abrahamum 292. hinc ad Exo- dum 505. ab egreſſu Iſraëlitarum ex Ægypto ad fundatum templum Salomo- nis 479. à templo fundato ad eiuſdem & ciuitatis ſanctæ excidium 426. ab hac calamitate ad libertatem ſub Cyro 60. hinc ad annum primum Chriſti 532. Æ- ra autem Chriſtiana poſt biennium inchoatur, nempe anno 46. Iuliano. Iuxta huius authoris calculos mundus conditus fuerit annis ante communem Epo- cham Chriſtianorum 3953. Diluuium 2296. Natiuitas Abrahæ 2004. Exodus 1499. fundatum Templum 1018. euerſa Ierofolyma 594. Laxata captiuitas 534. natus Chriſtus biennio ante modernam æram.

6. *Supput.* 9. Iacobus Saliarius ceuſer mundum conditum anno ante Chriſti æram 4053. Diluuium anno ante eandem æram 2398. Mundi 1656. ortum Abrahæ in- ſcribit anno ante præſatam æram 2015. Mundi 2039. Exodum 1510. Mundi 2544. Fundatum Templum 1031. Mundi 3023. Excidium Ierofolymitanum 607. Mundi 3447. Laxatam captiuitatem 537. Mundi 3517. Æram Chriſtianam in- choat anno 2. nati Chriſti, Mundi 4054. Ergo ſicuti ex ſententia Tornielli, ita & Saliari ſi anni ab Orbe condito tollantur de 4054. relinquetur annus ante communem æram Chriſti: ſimiliter ſi anni ante Chriſtum auferantur à 4054. remanebunt anni Mundi ex Tornielli & Saliari ſupputatione. Ex ea ſi annus ante æram Chriſti 2398. ſubtrahatur ex 4054. remanebit annus Mundi 1656. quo ipſi diluuium notant.

7. *Supput.* 10. P. Dionyſius Peraius lib. 9. de Doctrina temporum cap. 6. credit ab Orbe

Orbe creato ad æram Dionysianam fluxisse annos 3983. æternos circiter menses. Mundum enim conditum putat, anno Periodi Iulianæ 730. die 26. Octobris, Cyclo Solis 2. Lunæ 9. Addit plenilunium futurum fuisse 27. eiusdem mensis hora 8. minut. 47. circiter si tunc Luna creata fuisset, æquinoctium autem verum Ierololymis 23. Octobris, hora 23. min. 52. Constat autem æram Christi vulgarem inire simul cum anno Periodi Iul. 4714. Calendis Ianuarijs. Pro sua sententia adducit Carolum Botillum, qui à mundi conditu ad Christum numerabat annos 3984. apud Munsterum in Computo Hebræorum pag. 7. Intertualla porò sic distribuit Petavius.

Ab Orbis initio ad diluuium anni 1656.

A diluuiò ad Abrahami ortum 292.

Hinc ad Israëlitarum migrationem 505.

Fiunt ab Orbe condito ad Exodum 2453.

Deinceps ab Exodo ad Salomonici templi fabricationem anni 520. vbi fatetur se à communi sententia discedere.

A conditu Templi ad laxaram Babylonicam seruitutem anni 474.

Hinc ad Christum 536. Sic fiunt ab Orbe condito ad Christi natalem anni completi 3983. cum mensibus tribus, ita vt Natalis Domini incurrat in 3984. si annorum caput ab autumno repetatur. Ita Petavius, qui clarè docet, hæc intelligenda de Natali Christi vulgari.

11. S. Iulianus Episcopus Toletanus in libris contra Iudæos, censet in primis sequendam esse 70. Seniorum translationem, & Christum natum anno 41. Augusti, ad quem ab Adamo colligit annos 5325. hinc ad æram 724. numerat annos 686. vniuersim ab origine mundi vsque ad prædictam æram 6611. Vnde patet hunc authorem annos Christi vulgares ritè cum æra Hispanica componere: quanam autem ratione annus 41. Augusti cum initio æræ Christianæ congruere possit, non video. 8. Supp.

12. Nicephorus Constantinopolitanus, qui obiit circa annum Domini 827. *Fiunt*, inquit, vniuersi ab Adamo, ad Domini Nostri IESV Christi in carne administrationem exquisitissima ratione anni 5500. Quæ supputatio non nisi 9. annis ab æra mundi Constantinopolitana distat: ad quam propius accedit Nicephorus Calist. qui libro 1. Eccl. histor. cap. 10. & vltimo, Christum natum putat ad annum Mundi 5505. Africanus, Hippolytus, Antiocheni, Æthiopes Maronitæ rotundum numerum 5500. annorum Christi Natiuitati præponunt, vt latè Capellus explicat, additque à Cedreno huic summæ septennium detrahi, à Maximo Monacho nouennium. 9. Supp.

13. Fasti Siculi anno mundi 2262. diluuium ponunt: hinc ad exitum de Ægypto numerant annos 1575. hinc ad primam Templi fabricationem 614. hinc 10. Supp.

ad Cyrum Persarum Regem 480. hinc ad Alexandrum Magnum 248. hinc ad annum xv. Tiberij 356. Ab orbe ergo condito ad xv. Tiberij colligunt annos 5537. siue vt habetur ad marginem 5536. Vbi aduerte *primò*, ex collectione annorum recensitorum non exurgere nisi 5535. *Secundò* ex horum fastorum supputatione Christum fuisse 30. annorum illo anno xv. Tiberij, ac proinde Natiuitas Domini, esset orbe condito posterior annis 5505. *Tertiò*, authorem huius libri, sibi non constare: quia ad annum 2. Salomonis, annos ab Exodo ad Templi fabricam 630. enumerat. Omitto ab initio regni Cyri, vsque ad mortem Alexandri Magni, non esse nisi 236. annos: aram vero regni Græcorum inire, anno ab Enchronismo Cyri Regis 248. annis 12. iam ab excessu Alexandri Magni elapsis.

31. Supp.

14. Iulius Hilariion mundi creationem refert ad 8. Calendas Aprilis annis ante Passionem Domini 5530. Ado vult mundum conditum in vere, ita vt quarta dies incidere in 12. Calend. Aprilis anno ante Christum circiter 4270. Gregorius Turonensis numerat ab Adamo ad diluuium annos 2242. hinc ad Exodum 1404. hinc ad Passionem Christi 1538. summam 5184.

32. Supp.

15. Beda ab initio mundi ad Christum signat annos 5199. Hanc summam ex eo confici ait Vincentius illo. cap. 88. quod ab exitu de Ægypto, vsque ad ædificationem Templi, aliqui computent annos 600. & regno Aman Regis Iuda dent annos 12.

33. Supp.

16. Eusebius ab Adamo ad diluuium supputat annos 2242. à diluuiò ad Abrahamum 942. ab Abrahamo ad Dauid 941. à Dauide ad transmigrationem 485. hinc ad Christum 588. Ergo ab Adamo ad Christum 5199. quam sententiam Beda amplexus est. Naucleus etiam huc quadam tenus inclinat, dum ab exordio mundi ad Christi Natalem annos numerat iuxta textum Hebræorum 3962. iuxta septuaginta 5199. aut 5201. vt aliqui volunt, inquit. Eundem annorum 5199. numerum ab Adamo ad Christum retinet Martyrologium Romanum, de quo plura infra Exodi 12. q. quando contigerit Exodum, §. 5.

34. Supp.

17. Lucas Goaricus ad Alfonsois tabulas ab Adamo ad diluuium annos interponit 3882. dies 267. à diluuiò ad Saluatorem 3101. dies 319. Vniuerso à primo rerum conditu ad Christum 6984. dies 221. Quæ sententia est Alfonso & Regiomontani, vt notat in sua Chronologia Mathematici Viennensis: quibus Origenes visus est mundi creationem Christo nascenti præponere annis 4758. Capellus vero asserit Origenem in cap. 24. Matthei tract. 29. sibi persuasisse, ab Orbe condito ad natum Christum fuisse sexcentas nonaginta annorum hebdomadas, hoc est, annos 4830. Hinc ad excidium Templi 10. hebdomadas, id est 70. annos: quod, inquit Capellus, ita assequeris, si ante diluuium sequens Hebræicam veritatem, post diluuium Græcam versionem, quam rationem, quod minus est, secuti sunt Samaritanis.

18. Chris-

18. Christophorus Lauretus ab initio rerum conditarum vsque ad diluuium computat annos 2262. hinc ad natalem Thare 1002. hinc ad ortum Abrahæ 70. hinc ad promissionem 75. hinc ad Exodum 430. ex quibus confluunt anni 3829. quos Lauretus facit 360. dierum, Capellus autem reducit ad annos Iulianos 4783. Deinceps annos solares putat ab Exodo ad Templum inchoatum 480. inde ad eiusdem Templi euerfionem 427. tum ad annum 2. Darij Hystaspis 82. denique ad æram Christi 520. Ad quem computum Capellus hoc Glossema apponit. Ita putat Solem creatum anno 5302. ante Christi æram, cyclo Solis 1. Luna 2. Aprilis 28. feria 1. qua die nouilunium cum æquinoctio concurrisset arbitratur. Sed omnino annis ante Christi æram 5300. æquinoctium verum fiebat potius Maij primo, quam Aprilis 28. Itaque melius dixisset Lauretus Solem creatum Maij primo feria 4. corniculante Luna. Hæc ille, quæ non probat. Quicquid enim sit de æquinoctio, annus 5302. ante æram Christi vendicat sibi cyclo Solis 8. Luna 1. lit. Domin. A. Sic illo anno, 28. Aprilis incidisset in feriam 6. prima Maij in fer. 2. Nouilunium circa 9. Maij. Anno vero ante eandem æram 5300. deberet cyclo Solis 1. Luna 2. sic 28. Aprilis in Dominicam, & Nouilunium saltem ciuile incurtebat.

19. Ioannes Keplerus mundi creationem, signat anno ante vulgarem Christi Epocham 3993. 24. Augusti. Diluuium 2337. Exodum 1535. fundatum templum Salomonis 999. excidium Ierosolymitanum 606. reditum à Babilone: 337. Natalem Christi anno 40. Iuliano, qui est sextus ante vulgarem æram. Passionem vero anno 31. eiusdem æræ. Vnde patet Keplerum à communibus bonorum authorum sententijs desistere: nam in primis à diluuiio ad Exodum non plures annos quam 792. aut 797. computare deberet. Cum enim Cainan iuniorem non agnoscat, & Abrahamum anno 70. Thare natum velit, à diluuiio ad natalem Abrahæ, non plures annos quam 292. colligere potest. Hinc ad Exodum anni 509. aut 505. poni solent: ipse autem circiter 802. interponit. Deinde ab Exodo ad templum Salomonis supputat annos 536. quæ opinio est singularis. Denique ex eius dogmate, Christus ante annum 40. Augusti natus foret & passus anno 36. ætatis suæ, quæ à SS. Patribus minimè admittuntur, ut ipsemet fateatur, dum annum Natiuitatis Domini inquit. Sic nempe Sectarij procedere solent. Betrosus ab Orbe condito ad diluuium numerat annos 1656. hinc ad discessum Abrahæ ex Carris 427. hinc ad legem 430. hinc ad templum Salomonicum 480. hinc ad transmigracionem Babylonis 408. hinc ad reditum populi in terram Iuda 70. hinc ad Christi Domini Natalem 457. Summa, inquit, horum annorum est sex milia nongentorum viginti octo. Audax est hic calculus, & in ultimo interuallò egregie fallax, ut alibi ostendi. Sed nec penultimum cum communi authorum sensu congruit.

17. *Suppl.*

20. Hieronymus Vecchiectus signat diluuium anno Iuliano 1656. post conditum vniuersum currenre, ortum Abrahamæ 1948, Exodum 2453, annum quartum Salomonis 2933, annum vndecimum Sedeciæ 3362, annum primum Christi, à decima die Nisan Augusto xiiii. & Siluano Coss. 3950, æræ Christi communis initium C. Cæsare & Paulo Coss. 3952. Ex literis vero Dominicali- bus, quas singulis annis dispersit mundus conditus esset anno ante æram Dio- nylianam 3952, diluuium accidisset 2297, natiuitas Abrahamæ 2005, Exodus 1500, annus quartus Salomonis 1020, annus vndecimus Sedeciæ 591, natus Chri- stus anno 3, ante æram vulgarem. Atque ita hic author exiguam fidem aut potius nullam suis calculis conciliat, & suam audaciam, ne quid grauius dicam satis prodit cum Saluatorem natum asserit 25, die Martij.

18. *Suppl.*

21. Quarta cura Bucholcerorum ponit diluuium anno mundi 1657, Abra- hæ natalem 1949, exitum Israëlitis de Ægypto 2434, Templum Salomonis 3365, Iudæorum à Babylone in patriam reditum 3435. Addit annum nati Sal- uatoris distare à diluuiio annis 2314, à natali Abrahamæ 2021, ab exitu de Ægypto 1517, à condito Templo 1037, Vrbis desolatione 606, à reditu populi in terram Iuda 536, Christum autem natum putat anno Mundi 3970, Augusto xiiii, & Plautio Coss. & hac ratione æram vsitatam vno anno præuertit.

19. *Suppl.*

22. Sethus Caluissus, Scaligerum magistrum securus, comitante Theo- baldo Meuschio primam diem Orbis conditi putat fuisse 26. Octobris à præce- denti vespere more Iudæici festi computatâ anno ante communem Epocham Christianorum 3950, ita vt vesperi diei 25, Octobris cœperit rerum creatio: in quo ei non assentior, tum alijs de causis, tum habita ratione eorum, quæ me- lioris notæ interpretes docent ad illud Gen. 1. *Factum est vespere & mane dies vnus.* Capellus anno Mundi 50, ait sententiæ Scaligeri multa aduersari, & conuen- nientius fuisse vt æquinoctium conferretur in 4, quam in primam feriam. Deinde illo anno Solem non fuisse 26. Octobris in primo Libræ gradu, sed se- cundum verum motum in quarto. An res ita se habeat, alij ponderent.

20. *Suppl.*

23. Iacobus Capellus ab Adamo ad diluuium computat annos Ægyptia- cos 1652, Iulianos 1651, hinc ad natum Thare 252, hinc ad natalem Abrahamæ 10, tum ad Exodum cum Iudæis ponit annos 500, deinceps ad Templum Salo- monis 480, inde ad eius euersionem 427, hinc ad eiusdem restorationem sub Dario Hystaspis 70, hinc ad æram Seleucidarum 208, Ex quibus concludit ab Orbe condito ad æram Christi effluxisse plus minus quatuor millia annorum. Infra verò accuratori calculo ponit Solem æquinoctio verno creatum, anno ante Christi æram 3959, die 21, Aprilis feria 4 cyclo Solis 15, Lunæ 12, Ada- mum factum 23, Aprilis Arietis tertio gradu, feria 6, ac proinde eum proxima post sui creationem nocte contemplari potuisse Lunam circa $\mu\sigma\sigma\epsilon\upsilon\beta\alpha\tau\iota\omicron\nu$ oriẽ- tem.

tem, Tabellæ meæ illo anno 3999. prædictos Solis & Lunæ cyclos exhibent, & nouilunium ad 4. Aprilis & 4. Maij. Quod verò Capellus ante diluuium non nisi 1652. annos Ægyptiacos, Iulianos 1651. computet, non probat; simili enim licentia quibus aliquot annos tollere de summa, ex generationibus cap. xi. Geneleos recensitis, poterit. Vide notata infra Gen. 5. q. 2. prælestim §. 8. contra Calendaristas.

24. Conradus Pauuell in consilio Chronologico 4022. annos Iulianos ^{22. Supp.} ab Oibe condito ad Christum hac ratione digerit. Ab Adamo ad diluuium 165; hinc ad annum 131. Thare, quo Abraham natum censet 353. Hinc ad promissionem 70. hinc ad Exodū 430. hinc ad Templum 480. hinc ad annum 2; Ezechie exclusiue 314. Hinc ad Epocham Christi 721. Hoc autem vltimum diastema sic probat. A primo, inquit, Ianuario primi anni Eposhe Christiana vulgaris vel anni 42. Augusti Imperatoris exclusiue vsque ad annum pugne naualis ad. Altium: anni 29. Adicta pugna in annis Regum Ægyptiorum, ex quo Lagide Ægypto potiti sunt, in anteriora numerantur anni 295. (forte 295. scribendum erat) Ante occupationē istius regni post mortem Alexandri interregnum anno 1. A victoria Arbelliana Alexander M. Asia dominatus est annis 2. Ante illam victoriam Arbellianam Persa rerum potiti sunt annis 205. Ante eos Chaldaei & Babylonij Reges, inde ab excidio Ierosolymitano 70. Primus Ianuarij anni 23. Ezechie Regis præcessit excidium Ierosolymitanum annis 114. Summa annorum omnium eadem que supra 721. annorum. Sed hæc non subsistunt; ex prædictis enim interuallis non colliguntur 721. sed 816. Deinde à pugna Arbelana ad excessum Alexandri non nisi biennium computat: quod planè cum historica veritate pugnat. At hæc pugna Ætiaca anno ante Christi Epocham 31. commissa est; cur igitur Pauuel hoc interuallum 29. annis destruit? Denique à morte Alexandri vsq; ad Ætiacum pugnam interfunt anni duntaxat 293. siquidem obiit Alexander anno ante æram 324. anno verò 31. Augustus Antonium & Cleopatram ad Actium vicit.

25. Ioannes Alstedius in fundamentis Chronologiæ §. dato anno Mundi, & Chron. 2. Sect. 1. & Chron. 3. §. Epochæ temporum tradit mundum creatum anno Periodi Iulianæ 765. Rursus Chronolog. 2. §. A Martio ineunt: ^{22. Supp.} *Annus mundi*, inquit, incipiunt iuxta nostram sententiam die 25. Martij cyclo Solis 8. Lunæ 4. litera Dom. E. feria prima. Idem de die 25. Martij repetit Chron. 3. §. citato, ac denuo Chron. 5. inculcat primum mundi diem fuisse 25. Martij cyclo Solis 8. Lunæ 4. litera Dominicali E. Quæ doctrina ita seipsam destruit, vt nulla ratione defendi posse videatur. Currente enim cyclo Solis 8. & litera Dominicali E, dies 25. Martij incidit in feriam 3. non primam. Deinde fatetur, quod inter omnes constat, anno primo Periodi Iulianæ conuenire cyclum Solis primum: ergo annus eiusdem Periodi 765. quo Alstedius mundum creatum asserit, cyclum

clum Solis 9. sibi vendicat. Deinde vult dato anno mundi adijci 8. vt habeatur cyclus Solis: anno igitur mundi primo adijciat 8. & habeat cyclum Solis 9. cui respondent. lit. Domin. D. C. vt disertè notat in fundamentis Chronologiæ num. 20. Vnde sequitur 25. Martij tunc in feriam 5. incurrisse. Ad hæc initio sue Chronologiæ ante & post Præfationem, tradit annum mundi 5577. concurrere cum anno 1628. æræ Dionysianæ: ergo ad huius æræ annos oportet 3949. apponere, vt exurgat annus mundi, iuxta Alstedij sententiam. Siquidem ad annum Dom. 1628. adijcit 3949. vt habeat annum mundi 5577. Quod si verum est, mundi creatio incidit in annum ante æram Christianam 3949. cyclo Solis 9. lit. Dom. D. C. quarum posterior ostendit 25. Martij fuisse feriam 5. Denique cyclus Solis 8. cum Lunæ 4. non conuenit anno Periodi Iulianæ 765. sed præcedenti, & neutro horum annorum, 25. Martij in feriam primam incurrit. Si verò circa illa tempora anno mundi primo, dies 25. Martij fuit Dominica, creatio mundi ad annum Periodi 762. referenda potius erit, quam ad 765. & mundus conditus fuerit cyclo Solis 6. Lunæ 2, qui sunt clara & æres anni ante vulgarem Christi Epocham 3952.

*Æra
quatuor
principales*

26. Quicquid porro sit de alijs sententijs, quatuor potissimum æræ hic considerandæ sunt. 1. æra Christi vulgaris siue Dionysiana. 2. Mundi Græca, quæ Constantinopolitana dicitur. 3. Periodi Iulianæ. 4. æra mundi Iudaica. Anno primo æræ Christi incipit annus 5510. æræ Græcæ 4714. Periodi Iulianæ 3762. æræ mundi Iudaicæ. Harum ærarum connexionem sequens tabella ostendit.

His est locus tabula connexionis æræ mundi Græcæ, Periodi Iulianæ, æræ mundi Iudaicæ cum annis ante & post Christum vulgaribus.

Quinque habet annorum ordines: in primo sunt anni ante Christum, in 2. æra Christi, in 3. æra mundi Græcæ, in 4. Periodus Iuliana, in 5. æra mundi Iudaica. Vsum huius tabulæ in simili tradidi in *qq. Chronol. de annis Domini, Iulianis &c. cap. 18.*

De Periodo Iuliana

27. Cum autem connexio Periodi Iulianæ cum æra vulgari Christi ritè constituta mirificum habeat in rebus Chronologicis vsum, iuvat hoc loco breuiter quædam ad eam spectantia annotare. *Primum* diastema, quo hæc Periodus recepta æram Christi antecedit est annorum 4713. ita vt vnus idemque annus à Calendis Ianuarijs inceptus, sit Periodi 4714. & æræ Christi primus. *Secundum*. Si detur annus Periodi qui non superet 4713. subtrahatur à 4714. & relinquetur annus ante æram Christi, v. gr. Annus Periodi 4712. qui fuit 44. Iulianus subductus à 4714. relinquet annum 2. ante æram Christi. Sic annus Periodi 3938. à 4714. ablati dat annum ante Christi æram 776. quo iniit primus Olympiadis primæ. Hac ratione inuenies annum primum Periodi esse 4713. ante Christum cyclo Solis 1. Lunæ 1. Indictione 1.

Ante Christu	Ara Christi ✠	Ara mundi Græca		Periodus Iuliana		Ara mundi Iudæica	
	3000	8600	8500	7800	7700	6800	6700
	2900	8500	8400	7700	7600	6700	6600
	2800	8400	8300	7600	7500	6600	6500
	2700	8300	8200	7500	7400	6500	6400
	2600	8200	8100	7400	7300	6400	6300
	2500	8100	8000	7300	7200	6300	6200
	2400	8000	7900	7200	7100	6200	6100
	2300	7900	7800	7100	7000	6100	6000
	2200	7800	7700	7000	6900	6000	5900
	2100	7700	7600	6900	6800	5900	5800
	2000	7600	7500	6800	6700	5800	5700
	1900	7500	7400	6700	6600	5700	5600
	1800	7400	7300	6600	6500	5600	5500
	1700	7300	7200	6500	6400	5500	5400
	1600	7200	7100	6400	6300	5400	5300
	1500	7100	7000	6300	6200	5300	5200
	1400	7000	6900	6200	6100	5200	5100
3500		2000	1900	1200	1100	200	100
3600		1900	1800	1100	1000	100	0
3700		1800	1700	1000	900	0	
3800		1700	1600	900	800		
3900		1600	1500	800	700		
4000		1500	1400	700	600		
4100		1400	1300	600	500		
4200		1300	1200	500	400		
4300		1200	1100	400	300		
4400		1100	1000	300	200		
4500		1000	900	200	100		
4600	✠	900	800	100	0		
4700		800	700	0			
4800		700	600				
4900		600	500				
5000		500	400				
5100		400	300				
5200		300	200				
5300		200	100				
5400		100	0				
5500		0					
Ante Chrm	Ara Chri	Ara mundi Græca		Periodus Iuliana		Ara mundi Iudæica	

Ante Christu	Era Christi ✠		Era mundi Graeca		Periodus Iuliana		Era mundi Iudaica	
	3000	8600	8500	7800	7700	6800	6700	
	2900	8500	8400	7700	7600	6700	6600	
	2800	8400	8300	7600	7500	6600	6500	
	2700	8300	8200	7500	7400	6500	6400	
	2600	8200	8100	7400	7300	6400	6300	
	2500	8100	8000	7300	7200	6300	6200	
	2400	8000	7900	7200	7100	6200	6100	
	2300	7900	7800	7100	7000	6100	6000	
	2200	7800	7700	7000	6900	6000	5900	
	2100	7700	7600	6900	6800	5900	5800	
	2000	7600	7500	6800	6700	5800	5700	
	1900	7500	7400	6700	6600	5700	5600	
	1800	7400	7300	6600	6500	5600	5500	
	1700	7300	7200	6500	6400	5500	5400	
	1600	7200	7100	6400	6300	5400	5300	
	1500	7100	7000	6300	6200	5300	5200	
	1400	7000	6900	6200	6100	5200	5100	
	1300	6900	6800	6100	6000	5100	5000	
	1200	6800	6700	6000	5900	5000	4900	
	1100	6700	6600	5900	5800	4900	4800	
	1000	6600	6500	5800	5700	4800	4700	
	900	6500	6400	5700	5600	4700	4600	
	800	6400	6300	5600	5500	4600	4500	
	700	6300	6200	5500	5400	4500	4400	
	600	6200	6100	5400	5300	4400	4300	
	500	6100	6000	5300	5200	4300	4200	
	400	6000	5900	5200	5100	4200	4100	
	300	5900	5800	5100	5000	4100	4000	
	200	5800	5700	5000	4900	4000	3900	
	100	5700	5600	4900	4800	3900	3800	
	0	5600	5500	4800	4700	3800	3700	
0	✠	5500	5400	4700	4600	3700	3600	
100		5400	5300	4600	4500	3600	3500	
200		5300	5200	4500	4400	3500	3400	
300		5200	5100	4400	4300	3400	3300	
400		5100	5000	4300	4200	3300	3200	
500		5000	4900	4200	4100	3200	3100	
600		4900	4800	4100	4000	3100	3000	
700		4800	4700	4000	3900	3000	2900	
800		4700	4600	3900	3800	2900	2800	
900		4600	4500	3800	3700	2800	2700	
1000		4500	4400	3700	3600	2700	2600	
1100		4400	4300	3600	3500	2600	2500	
1200		4300	4200	3500	3400	2500	2400	
1300		4200	4100	3400	3300	2400	2300	
1400		4100	4000	3300	3200	2300	2200	
1500		4000	3900	3200	3100	2200	2100	
1600	✠	3900	3800	3100	3000	2100	2000	
1700		3800	3700	3000	2900	2000	1900	
1800		3700	3600	2900	2800	1900	1800	
1900		3600	3500	2800	2700	1800	1700	
2000		3500	3400	2700	2600	1700	1600	
2100		3400	3300	2600	2500	1600	1500	
2200		3300	3200	2500	2400	1500	1400	
2300		3200	3100	2400	2300	1400	1300	
2400		3100	3000	2300	2200	1300	1200	
2500		3000	2900	2200	2100	1200	1100	
2600		2900	2800	2100	2000	1100	1000	
2700		2800	2700	2000	1900	1000	900	
2800		2700	2600	1900	1800	900	800	
2900		2600	2500	1800	1700	800	700	
3000		2500	2400	1700	1600	700	600	
3100		2400	2300	1600	1500	600	500	
3200		2300	2200	1500	1400	500	400	
3300		2200	2100	1400	1300	400	300	
3400		2100	2000	1300	1200	300	200	
3500		2000	1900	1200	1100	200	100	
3600		1900	1800	1100	1000	100	0	
3700		1800	1700	1000	900	0		
3800		1700	1600	900	800			
3900		1600	1500	800	700			
4000		1500	1400	700	600			
4100		1400	1300	600	500			
4200		1300	1200	500	400			
4300		1200	1100	400	300			
4400		1100	1000	300	200			
4500		1000	900	200	100			
4600	✠	900	800	100	0			
4700		800	700	0				
4800		700	600					
4900		600	500					
5000		500	400					
5100		400	300					
5200		300	200					
5300		200	100					
5400		100	0					
5500		0						

Ante Chri	Era Chri	Era mundi Graeca	Periodus Iuliana	Era mundi Iudaica
--------------	-------------	---------------------	---------------------	----------------------

abatur
his 9. cu
ologie
ritio lue
concur
et 39. 49
i ad an
i verim
lo Solu
Denique
sed pte
rrit. Si
ca, crea
& min
vulga
ere hic
Graea
udaica
i Iulia
tabella
ds
m, in
ndi le
i, Iulia
risti rit
co bro
Period
lemque
primu
714. 4
uit 44
c annu
nij p
odi eff
28. 8

28. Si proponatur annus Periodi qui superet 4713. ab eo tollantur 4713. residuum dabit annum Domini. Exca. ab anno Periodi 4744. tolle 4713. remanebit annus Domini 31. Sic ab anno Periodi 4783. demantur 4713. & remanebit annus Domini 70. quo Titus Ierusalem euertit.

29. Si annus ante æram Christi propositus excesserit 4713. erit ante initium Periodi Iulianæ: si verò non fuerit maior quam 4713. subtrahatur à 4714. residuum erit annus Periodi. Sic annus 6. ante Christum. si dematur à 4714. ostendet annum Periodi 4708. Annus ante æram Christi 220. sublatus de 4714. eruet annum Periodi 4494. Annus ante æram Christi 753. subtractus à 4714. relinquit annum Periodi 3961. vnde exordium sumit annorum vrbis supputatio Varroniana.

30. Si aliquis annorum Christi proponatur, adde ei 4713. vt exurgat annus Periodi illi correspondens, v. g. annus Christi 222. qui fuit primus Imperatoris Alexandri Mameæ est Periodi 4935. annus Domini 1631. est Periodi 6344. Quod si numerus annorum collectus integram Periodum superauerit, abijciantur 7980. in residuo erit annus secundæ Periodi, v. gr. anno Christi 3270. si adieceris 4713. exurget summa 7983. Hinc abijce 7980. remanebit annus 3. secundæ Periodi, qui est idem cum anno Domini 3270. cyclo Solis 3. Lunæ 3. Indict. 3.

31. Percius libro 7. in Daniele qu. 11. numerat ab Orbe condito ad Christum annos 4022. Gordonus 4001. Mathematici Viennenses in tabula Chronologica, à Protoplasto ad Messiam annos computant secundum Vespbergensem & Picum Mirandulanum 3962. secundum Theophil. 3474. Rabbi Nahasson 3706. Pantal. Basil. & Hebr. 3970. Lombardum 3971. Funccium 3996. Rabbi Mosen 4058. Brentium 4121. Iosephum 4163. Origenem 4758. Epiphanium 5029. Orosium 5049. Hieronymum 5102. Philonem & Augustinum 5195. Isidorum 5196. Guaricum & Petrum de Aliaco 5343. Suidam & Cuspinianum 5500. Ioannem Regiomontanum & Alfonso 6984.

32. Si anno ante æram Christi 4040. vt arbitror, mundus est conditus: prima dies creationis incidit in 20. Aprilis Iuliani, aut 19. Martij Gregoriani cyclo Solis 2. Lunæ 9. annus, erat Periodi Iulianæ 674.

IN CAPVT V.
GENESEOS.



Gitur hic de annis 10. Patriarcharum, Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, He-

C

noch

noch, Mathufala, Lamech Noë: ac in primis quæritur, quot annos vixerit Adam ante generationem Sethi, quot annis Sethus generationem filij sui Enos præcesserit, & sic de alijs, qui hoc capite recensentur. Nam quoad horum annorum numerum editio vulgata Latina, & paraphrasis Chaldaica, siue Targum Onkelij cum fonte Hebræo, prout ad nostra tempora defluxit, consentiunt: codices verò 70. Interpretum, neque inter se ubique, neque cum Hebræis conveniunt, ut ex sequentibus manifestè apparebit.

LATINVS ET HEBRÆVS SIC HABENT.

Gen. 5. à vers. 3.

Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit ad imaginem & similitudinem suam, vocavitque nomen eius Seth. Et facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth, octingenti anni: genuitque filios & filias. Et factum est omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus est. Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos. Vixitque Seth postquam genuit Enos, octingentis septem annis, genuitque filios & filias. Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus est. Vixit vero Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. Post cuius ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias. Factique sunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus est. Vixit quoque Cainan septuaginta annis, & genuit Malaleel. Et vixit Cainan postquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitque filios & filias. Et facti sunt omnes dies Cainan nongenti decem anni & mortuus est. Vixit autem Malaleel sexaginta quinque annis, & genuit Jared. Et vixit Malaleel postquam genuit Jared, octingentis triginta annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus est. Vixitque Jared centum sexaginta duobus annis, & genuit Henoch. Et vixit Jared postquam genuit Henoch, octingentis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Jared nongenti sexaginta duo anni, & mortuus est. Porro Henoch vixit sexaginta quinque annis,

annis, & genuit Mathusalam. Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit, postquam genuit Mathusalam, trecentis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni. Ambulauitque cū Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. Vixit quoque Mathusala centum octoginta septem annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathusala, postquam genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Mathusala nōgenti sexaginta nouem anni, & mortuus est. Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium: vocauitque nomen eius Noe, dicens: Iste cōsolabitur nos ab operibus & laboribus manū nostrarum, in terra cui maledixit Dominus. Vixitque Lamech, postquam genuit Noe, quingentis nonaginta quinque annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech, septingēti septuaginta septem anni, & mortuus est. Noe vero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham & Iapheth.

IN GRÆCIS AVTEM CODICIBVS REGIIS SIC LEGIMVS.

1. Vixit autem Adam annos *ducentos triginta*, & genuit ad figuram suam, & nominauit nomen eius Seth. Facti sunt autem dies Adam postquam genuit ipse Seth anni *septingenti*, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Adam quos vixit anni *nongenti triginta*, & mortuus est.

2. Vixit autem Seth annos *ducentos quinque*, & genuit Enos. Et vixit Seth postquam genuit ipse Enos annos *septingentos septem*, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Seth, anni *nongenti duodecim*, & mortuus est.

3. Et vixit Enos annos *centum nonaginta*, & genuit Cainan. Et vixit Enos postquam genuit ipse Cainan annos *septingentos quindecim*, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Enos anni *nongenti quinque* & mortuus est.

4. Et vixit Cainan annos *centum septuaginta* & genuit Malaleel: & vixit Cainan postquā genuit ipse Malaleel annos *septingentos quadraginta*, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Cainan, anni *nongenti decem* & mortuus est.

5. Et vixit Malaleel annos *centum sexaginta quinque*, & genuit Iared: & vixit Malaleel postquam genuit ipse Iared annos *septingentos triginta* & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Malaleel *octingenti nonaginta quinque* anni, & mortuus est.

6. Et vixit Iared annos *centum sexaginta duos*, & genuit Enoch: & vixit Iared postquam genuit ipse Enoch annos *octingentos*, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Iared, anni *nongenti sexaginta duo*, & mortuus est.

7. Et vixit Enoch annos *centum sexaginta quinque* & genuit Mathusala: Placuit autem Enoch Deo: & vixit Enoch postquam genuit ipse Mathusala annos *ducentos* & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Enoch anni *trecenti sexaginta quinque* &c.

C 1

8. Et

8. Et vixit Mathufala annos centum sexaginta quinque (editio Romana habet 167.) & genuit Lamech : & vixit Mathufala postquam genuit ipse Lamech annos octingentos duos, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Mathulalæ, quos vixit anni nongenti sexaginta novem, & mortuus est.

9. Et vixit Lamech annos centum octoginta octo, & genuit filium, & nominavit nomen eius Noë, &c. Et vixit Lamech postquam genuit ipse Noë annos quingentos sexaginta quinque, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech anni septingenti quinquaginta tres, & mortuus est.

10. Et Noë erat quingentorum annorum, & genuit Noe tres filios, Sem, Cham, Iaphet.

Ex his patet r. in annis totius vitæ horum decem Patriarcharum omnes codices inter se convenire exceptis annis Lamech, quos Hebræus 777. numerat; Græcus 753. *Secundò* patet, codices Græcos ferè semper annos 100. adijcere, ad tempus textu Hebræo notatum ante singulas generationes : postea verò totidem subtrahere. v. gr. Hebræus dat Adamo ante genitum Sethum 130. annos; Græcus 230. post generationem Sethi, Hebræus ait Adamum vixisse 800. annos; Græcus textus 700. Patet *tertio*, editionem Romanã 70. Interpretũ, vno in loco à Regia suæ Antuerpiensis discrepare: illa enim Mathufalæ ante p. reationẽ Lamech a. n. tribuit 167. hæc verò 165. Quod ipsũ clarè ostendit sequens tabella:

Nomina Patriarch.	Anni ante genitum fil.		Anni post gen. filium.		Anni totius vitæ.	
	Hebr.	Græc.	Hebr.	Græc.	Hebr.	Græc.
1. Adam.	130	230	800	700	930	930
2. Seth.	105	205	807	707	912	912
3. Enos.	90	190	815	715	905	905
4. Cainan.	70	170	840	740	910	910
5. Malaleel.	65	165	830	730	895	895
6. Jared.	162	162	800	800	962	962
7. Henoch.	65	165	300	200	365	365
8. Mathufala.	187	167. a	782	802	969	969
9. Lamech.	182	188	595	565	777	753
10. Noe.	500	500	450	450	950	950

* Regia habent 165. & Africanus legit 187.

Ergo

Ergo prima ætas ab Adamo ad diluuium durauit annos 1656. iuxta Hebræum fontem: at iuxta translationem septuaginta Seniorum colliguntur anni 2262. vt habet Nicephorus Constantinopolitanus & nonnulli alij: vel vt habet communis supputatio 2242. sed quæstio hæc oritur 1. vtralectio sit præferenda: Hebræane, cui congruit Latina versio; an Græca 70. interpretatio? 2. vtrum hi anni sint completi an adhuc fluentes & mutili. 3. vtrum hi anni sint nostris æquales.

QVÆSTIO I.

*Sine textus Latinus quoad annorum numeros,
præferendus Græco.*

Huius loci interpretes magno consensu id affirmant: Tostatus, Pererius, quibus subscribunt Bonfrerius, Torniiellus & Salianus ad annum mundi 131. Gordonus tom. 1. Chronol. cap. 3. numer. 5. Petauius loco iam citando, Vincentius specul. histor. libr. 1. cap. 58. Beda de 6. ætatibus, Baronius sub finem Apparatus ad Annales Ecclesiasticos, secutus S. Augustinum libr. 15. de Ciuit. cap. 13. S. Hieronymum in quæstionibus Hebraicis. Fauent S. Gregorius lib. 20. moral. cap. 23. Hego de S. Victore lib. de Scripturis cap. 9. Bellarminus & Samerius in suis Chronologijs Barradius, Haræus, Azor. &c. consentiunt turmatim Sectarij Keplerus, Scaliger, Sethus, Alstedius, Funccius, Temporarius, Conradus Pavvel, &c.

Texti Latini Græco præferunt.

1. Probatur autem hæc communis sententia 1. Quia maior in textu Latino & Hebræo reperitur constantia, quam in Græco, vt ex Eusebio, Isidoro, alijsq; aduertit Baronius 2. Translatio septuaginta Seniorum, quæ ad nos peruenit, ætatem Mathusalæ ultra generalem cataclysmum protrahit. Siquidem Mathusala vixit annos 969. atqui iuxta editionem Græcam Romanensem idem Mathusala ante genitum Lamech vixerat annos 167. quibus si addas 188. quos eadem editio tribuit Lamecho ante genitum Noe, & alios 600. quos diluuij tempore exegerat Noe, reperies solum 955. annos à nato Mathusala ad diluuium: remanet igitur anni 14. post diluuium, vt compleatur summa annorum 969. qui Mathusalæ assignantur, nec tamen Arce beneficio vim aquarum inundantium euasit. In Arca enim octo duntaxat animæ saluæ factæ sunt. 1. Pet. 3. v. 20. scilicet Noe, Sem, Cham, Iaphet, singulorum quæ singulæ vxores. At vero editio vulgata signat Mathusalæ, ante generationem Lamech annos 187. inde ad Noe 182. hinc ad diluuium 600. Ex quibus colliguntur anni Mathusalæ 969. diluuii terminati. Imo bene notat Salianus an. m. 875. & Petauius lt. 9.

Probans 1.

Probans 2.

cap. 8. Chronicum Alexandrinum, Epiphanium, Africanum, qui Græcam alias versionem vsurpare solent, asserere Lamechum in hanc lucem prodijisse cum Mathusala esset 187. annorum, prout exhibet vulgata editio. Ergo computatio Græca, vt varia est; ita minus probabilis, quam Hebræa & Latina. Taceo iuxta editionem Antuerpiensem & Basileensem, Mathusalem diluio superuixisse annos 16. Huc spectat, quod in quibusdam codicibus Græcis, tribus, & vno Latino, & vno etiam Syro inter se consentientibus, inuentus sit Mathusalem sex annis ante diluuium fuisse defunctus, vt tradit S. Augustinus illo lib. 15. Ciuit. ca. 13. Quam sit inconstans annorum numerus in editionibus 70. Interpretum etiam ex eo liquet, quod à Diluio ad Abraham Eusebius supputet annos 942. alias 1720. S. Augustinus lib. 16. ciuit. cap. 10. 1072. Isidorus 942.

Probat 3.

3. Probat *tertio* Hebræi textus prærogatiua. Hic enim prior fuit Græco, nec videtur credibile omnes vbique Iudæos nullo suo lucro, eò dementiæ venisse, vt sprete veritate in sacrorum codicum deprauationem vnanimi mendacio conspirarent. Hinc S. Augustinus loco prædicto. *Resè fieri nullo modo dubitauerim, vt cum diuersum aliquid in verisque codicibus inuenitur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum, vtrumq; non potest esse verum, ei lingua potius credatur, vnde est in aliam per interpretes facta translatio.* Hæc ille: nempe nisi ex alio Scripturæ loco veritas se prodar, vt infra suis locis dicitur. Denique authoritati, quam vulgata editio, non dico à paraphrasi Chaldaica, sed ab vniuersa habet. Eccl. si hoc merito debetur, vt reliquis editionibus præponatur, & annorum numerus in illa expressus cum honore suscipiatur, & si quæ loca inter se discrepare videntur; commoda interpretatione inter se concilientur.

*Quid de
70. Inter-
pretibus
hic sen-
tiendum*

4. Neque idcirco damnandi sunt erroris ipsi septuaginta duo interpretes: sed ille potius, qui Ptolemæi Philadelphii primum exemplum descripsit, ex quo cæteri deinceps errorem constanter propagarunt, ita vt in 1. 2. 3. 4. 5. & septima generationibus annos centenos primis numeris adijcerent; medijs totidem subtraherent, & sic pari summa vltimos clauderent. *Quod non casum, sed industriam redoler,* inquit S. Augustinus, qui libro illo 15. ciuit. cap. 11. 12. 13. hæc latè discutit, & suspicatur eum, qui de industria numeros mutauit, fortè credidisse annos illos Patriarcharum, nostris multo fuisse breuiores. Quicquid sit, ex dictis apparet, vulgatae editioni ex fonte Hebræo calculos suos sine varietate deducenti, cap. 5. Gen. potius, quam Græcæ interpretationi ad hærendum.

QVÆSTIO II.

Vtrum hi anni tanquam integri censerī debeant?

1. **M**irum cuiquam videri possit, antiquos illos Patriarchas, sic examissim rationes temporum seruasse, vt vbi alicuius parentis vita desinebat, inde filius viuere inciperet: præsertim cum vt iam olim notauit Theophilus Antiochenus lib. 3. ad Antolycum, in sacris literis non semper adnotentur dies & menses abundantes, aut deficientes.

Ratio du-
bitandi.

2. Recinenda nihilominus est ex æquo & bono communis grauissimorum authorum supputatio, qui hic annos absolutos in suas rationes inducunt, dum ab Adamo ad diluuium ex Patriarcharum generationibus colligunt annos 1656. Quod ipsum sacra monimenta nobis innuere videntur, dum annos totius vitæ Adami nongentos triginta sic diuidunt, vt ante generationem Seth 130. numerent, post eam 800. Idem in reliquis seruatur. Pari modo Noe dicitur vixisse ante diluuium annos 600. Gen. 7. v. 6. post diluuium 350. cap. 9. v. 28. & sic totam vitæ suæ periodum annis 950. terminasse. Annus igitur 131. Adami idem fuit, qui primus Sethi; annus 106. Sethi, primus Enos; annus 91. Enos, primus vitæ Cainan, & sic de cæteris. Quando enim absolutè Scriptura dicit, huc aut illum tot annos vixisse, de completis accipi solet, nisi certæ aliquæ notæ obstitant, & annos mutilos fuisse indicent: quod in annis Regum Israël plerumq; contingit. Deinde nulla ratio suadet, hos annos aut omnes esse redundantes, aut omnes inchoatos: quin potius existimandum est, ita esse inter se digestos, vt quod vni fortasse deerat, id ab alio sumeretur, & sic tandem summa annorum in sacro textu reperta, si non exactissimè; at morali saltem computatione resultaret. Alias manea esset, sine vlllo remedio sacra Chronologia. Adhæc anni 187. quos Mathusala vixerat, ante susceptum Lamechum, & 182. quos Lamechus ante natalem Noë peregrisse dicitur integri fuerunt: his enim si 600. addantur ad quos Noë sæuiente diluio peruenerat, confient 969. quot Mathusalæ tribuuntur. Sicut igitur anni, quos S. Scriptura Mathusalæ & Lamecho annumerat antequam filij nominati nascerentur fuerunt expleti: ita par est æstimare similem computandi rationem in cæteris Patriarchis seruata esse, ne plures supputandi modos sine necessitate confingamus. Hinc bene Petauus: Nos pro eo, ac Chronologi solent, omnes annos, qui in aliqua serie descripti sunt, pro integris accipimus, quamdiu nihil occurrit, quod secus opinari cogat, quodque alia ratione, quam adhibitis annorum fractionibus explicari nequeat.

Conclusio.

3. Neque

No per-
los primo-
genitos te-
xitur Ge-
nealogia
Patriar-
charum.

3. Neque etiam credendum est, hanc annorum seriem, per solos primogenitos deduci. Sicut enim Adamus ante Sethum alios filios procreauerat; ita non est verisimile late d. v. g. ante annum vitę suę 162. aut Lamech ante 182. nullam prolem suscepisse. Eorum autem nomina expressit Scriptura, ex quibus homines post diluuium propagati fuerunt.

Generatio
aliquando
pro Nati-
uitate ac-
cipitur.

4. Hic porro generatio, pro perfecta, siue pro natiuitate, non autem pro conceptione accipi debet, ac proinde menses nouem, quibus Seth utero materno gestabatur, ad annum 130. Adami referendi sunt; & sic de alijs. Nam verbum Hebræum יָלַד quod nos ter interpretatur genuit, ad natiuitatem geniti referri solet, & non solum ad conceptionem, vt patet Gen. 29. v. 32. & 33. & alibi sæpius, vt notat Salius in scholijs ad annum mundi 131. Adam igitur cum esset 130. annorum, suscepit ex vxore filium Seth. Cum enim verbum יָלַד ad feminam referatur, parere significat; cum autem de viro dicitur, vel generare, vel prolem suscipere denotat.

Iuxta Heb.
à mundo
condito ad
diluuium
anni 1656.

5. Hinc sequitur 1. Hebraicam, Latinam, Chaldaicam Chronologiam ab Orbe condito ad diluuium, continere annos 1656. quam sequuntur Beda de 6. ætatib. Bellouacensis specul. hist. lib. 1. cap. 6. Cornelius Bouffretius, & alij plerique interpretes Latini in Genesin præsertim recentiores, vniuersa Hebræorum Synagoga, nostri æui Chronologi, Bellarminus, Torniiellus, Salius, Samerius, Godonus, Barradius, Azor, Sectarij turmatim Scaliger, Sethus, Temporarius, Funccius, Pavvel, Alstedius, & alij supra q. 2. recensiti.

Græcus ha-
bet nunc
2242.
nunc 2656.

6. Sequitur 2. iuxta translationem Græcam Romanensem hoc interuallo numerari annos 2242. iuxta Antuerpiensem & Basiliensem 2240. quem numerum retinet author de mirabilibus sacre Scripturæ lib. 2. cap. 4. iuxta eam versionem, qua vsi sunt Nicephorus Constant. Fasti Siculi, Africanus in ijs laudatus, Epiphanius initio Panarij, Contius in Nicephorum; 2262. Iosephus verò, lib. 1. Antiquitatum cap. 5. ab Adamo ad Cataclysmum notat annos 2656.

Annus 131
Adami est
1. Sethi.

7. Sequitur 3. annum primum Sethi pariari anno ab ortu rerum 131. primum Enos, respondere anno mundi 236. & ita de reliquis, prout in tabulis expansis annotaui.

Error quo-
rundam
Calenda-
riarum.

8. Sequitur 3. merito in dubium vocari posse computum Calendaristarum, qui ab orbe condito ad diluuium non nisi 1650. annos computant. Hoc enim modo anni 5. vel 6. ab eo numero, quem sacrarum literarum monumentis consignatum habemus, detrahendi foret; cur verò alius quatuor duntaxat aut septem eximere non possit! Cur non ex annis posterorum Noe vsq; ad Abraham aliquot anni pariter non subtrahantur, ex ea summa quam nobis capit xi. Geneseos repræsentat? Esto igitur nõ omnino certū sit hos omnes annos fuisse completos, nullum verò deficientē; numerus tamen, quę sacri codices nobis exhi-

exhibent, tanquam in antiqua possessione, iure merito retinentur. Hic, ut alibi, sapere licet, sed sapere ad sobrietatem, nec temerè aliorum rationes grauiore censura notare.

9. Licet autem ex editione 70. interpretum ob diuersitatem Græcorum Codicum & interpretationum, vix aut ne vix quidem certa Chronologia haberi possit: computus tamen eorum non est cum irrisione explodendus. Nam antiqui Patres quamuis inter se assignandis numeris dissideant, ex eorum tamen versione annos ab origine mundi deducere consueuerunt, ut Cyprianus in præfat. libr. de exhort. martyr. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum. Hippolytus in Can. temp. Iulius Africanus ad Arist. Origenes tract. 29. in Mathæum, Eusebius passim, Lactantius lib. 7. cap. 25. Epiphanius hæresi 66. Hieronymus in epist. ad Titum, cap. 1. Philostrius de hæresibus cap. 112. Orosius lib. 1. cap. 1. Augustinus 12. Ciuit. cap. 12. Anastasius Sinaita lib. 7. Hexam. Anastasius Nicenus q. 92. Nicephorus in Chronico. Suidas in hist. His adde acta sextæ Synodi Oecumenicæ, quæ notatur anno mundi 6199. & Martyrologiū Romanum die 25. Decembris. vt eruditè monet Baronius sub finem Apparatus.

Mulsi sũt
vst cõputo
Græco 70.

QVÆSTIO III.

Virum anni Patriarcharum nostris fuerint æquales.

1. **A**DAM licet non in ætate puerili natus, sed in virili à Deo formatus sit, annos nihilominus 930. vixisse dicitur; Jared 962. Mathusala 969. Ncè 950. alij aliquot annorum centurias. Quæ hominum longæuitas cum nonnullis Gentilibus visa esset, aut saltem videri posset, incredibilis & fabulosa; non defuerunt, qui vt numeram annorum quos Adam & posterius eius Gen. cap. v. & xi. vixisse scribuntur, defenderent, annos illos facerent non nostris æquales, sed multo minores, puta quasi menstruos, ita vt sexies sex, hoc est 36. diebus anni singuli absoluerentur, & decem ex illis annis vnum è nostris conficerent. Qua de re fuse S. Augustinus lib. 15. de Ciuitate Dei, vbi præter alia cap. 12. Quidam, ait, non destruentes fidem huius sacræ historiæ, sed astruente nitentes, ne sit incredibile, quod tam multos annos vixisse referatur antiqui; persuaserunt sibi, nec se suadere imprudenter existimant, tam exiguum spatium temporis tunc annum vocatum, vt illi decem sint vnus noster, & decem nostri centum illorum. Hoc autem falsissimum esse documento euidentissimo ostenditur. Hæc S. Doctor.

1. Opinio
falsa.

2. Eadem forte ratione Plinius sacram scripturam interpretatus fuisse, qua libro 7. Naturalis historiæ explicabat Alexandrum, Cornelium, Xenophon-

2. Opinio
explicatur.

D

phon-

phontem & alios, qui quosdam 600. 700. aut etiam 800. annos vixisse afferbant: *qua omnia, inquit, inscitia temporum acciderunt. Alij enim vnum annum astate determinabant & alterum hieme: alij quadripartitis temporibus, sicut Arcades, quorum anni trimestres fuere, quidam Luna senio, vt Aegyptij. Itaque apud eos aliqui & singula millia annorum vixisse produntur.* Hæc Plinius. Nec his multum absimilia habet Solinus lib. 2. cap. 12. & 32. Veritatem sacrae Scripturae negasset Epigenes, qui inficiabatur fieri posse, vt homo, 122. annos viuendo expleret, & Berofus, qui non vltra 117. annos vitam humanam extendi posse tradebat, vt refert Pererius Gen. 5. q. 1.

Refellitur.

3. Verum ad propugnandam sacrorum Codicum auctoritatem, & Epigenis ac Berofi vanitatem, opus non est, vt ad annos menstruos, aut bimestres confugiamus. Nam & Plinius ipse Lib. xi. cap. xxxvii. cum retulisset figmentum Aegyptiorum asserentium cor humanum augeri ab ortu hominis per singulos annos, ac binas drachmas ad quinquagesimum annum accedere, deinde ab eodem tantundem detrahi, ac proinde cordis defectu hominem vltra centesimum annum non viuere: cum inquam hoc figmentum retulisset Plinius, falsum esse confirmat his verbis: *Accedunt experimenta & exempla recentissimi census, quem intra quadriennium Imperatores Casares Vespasiani, pater filiusq; Censores egerunt. Et vt multos omittam, inuenti sunt duo, alter Bononia, alter Arimini 150. annorum. In regione autem Italia octaua centesimam annorum census sunt homines 54. centesimam densim homines 57. centesimam vicenim quinam homines duo, centesimam tricenis homines quatuor, centesimam tricenis quinam, aut septenim totidem, centesimam quadragenim homines tres.* Cum autem Vespasianus & Titus hunc censum anno Dom. 75. egerint, mirum non est, si ante diluuium plures annos vixerint homines: si quidem omnium opinione prisca & robustiores & vitæ diuturnioris fuisse creduntur. Confirmat hanc veritatem Tornielus an. m. 106. varijs exemplis, vt S. Seruatij, qui 370. annos vixisse dicitur, 10. annis de temporibus, qui annos natus 362. obiit, circa annum Dom. 1140. Indi cuiusdam Bengalenfis, qui parentum nostrorum ætate, vitam ad annum 355. produxit, & aliorum quos ibi latè recenset. Vide Plinium illo lib. 7. cap. 48. & 49. Solinum loco citato, Strabonem lib. 5. Theatrum vitæ humanæ, volum. 2. libro 3. initio. Bonferium. Ruth. 1.

*Quinque
causæ lon-
gioris vitæ*

4. Varias causas longæuitatis Patriarcharum afferunt Pererius, Tornielus & alij. *Prima* fuit bonitas temperamenti, qua primorum hominum corpora gaudebant. *2.* Sobrietas, continentia, & moderatio vitæ. *3.* Praestantia alimētorum ob eximiam terræ bonitatem ante diluuium. *4.* Adamus nouerat, quænam ad vitæ conseruatione conducerent, & sine dubio posteros idem docuit, ferè vsq; ad generalè cataclysmum, quippe qui vixerit ad 57. annos cum Lamech

Lamech parente Noe; Lamech autem cum Noe vixit 595. annis. Gen. 5. v. 30. 5. Benigni influxus caelestes in eas regiones, quas ante diluuium isti Patriarchæ incolebant. 6. vt homines multiplicarentur, prout circa mundi primordia congruum erat. 7. Ad artes & scientias acquirendas, alijsq; tradendas. Hinc Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 3. varios Gentilium auctores refert, qui scriptis prodiderunt, quosdam antiquis temporibus ad quingentos, sexcentos, imo mille annos vitam produxisse.

5. Moysen etiam non esse locutum de annis mensuris, aut trimestribus, tum caput 5. tum c. 11. Geneleos consideranti manifestum est. Nam si 10. ex illis vnum de nostris conficerent, pleriq; Patriarcharum, vix septem annos nati filios procreassent, vt Malaleel, qui dicitur genuisse Iaredum, cum esset 65. annorum. Gen. 5. v. 15. Iared vero cum annos haberet 62. genuit Henoch. ib. v. 18. Imo Gen. 11. maiori ex parte nati dicuntur filij, cum parentes necdum quadragessimam ætatis annum attigissent. Vnde necessario fatendum esset, eos prius parerculos fuisse, quam quadrimulos. Deniq; cum nulli Patriarchæ ad annum millesimum peruenisse legantur, si decem anni è nostris centum illorum adæquant, nullus ad centesimum pertigisset, cum tamen nostro etiam tempore nonnulli illam ætatem superent.

6. Non videtur etiam vllo modo probabile singulos annos Patriarcharum fuisse trimestres, siue quartam anni nostri partem solum habuisse: alioquin Sale, Phaleg, Sarug necdum octennes genuissent filios, quos genuisse dicuntur, cū essent triginta annorum, vt taceam Nachorem, cui cum esset 29. annorum, natus est Thare. Abraham, qui dicitur vixisse 175. annos, non peregisset nostrorum annorum quadragessimam, quem tamen S. scriptura ait mortuum in senectute bona, prout ætatis, plenum dierum. Gen. 25. v. 8. Isaac & Iacob non admodum senes fuissent, quorum tamen oculi præ senio caligabant. Isaac enim vixisse dicitur 180. annos. Gen. 35. v. 28. Iacob vero 147. Gen. 47. v. 28.

7. Vt porro res tota exactius inuestigetur aduerto 1. nullam esse causam cur suspicemur annos 130. quos ante Sethum genitū vixit Adamus, fuisse inæquales ijs, quos deinceps nato Setho transegit: ac proinde omnes illos 930. quos vniuersè Moyses Adamo tribuit, Gen. 5. v. 5. æquales inter se fuisse arbitror. Idè est de triplici annorum notatione, qua singulis Patriarchis certus annorum numerus assignatur, dum aliqui anni, filiorum generationi præponuntur, alij postponuntur, ac deniq; omnes vnā in summam colliguntur. v. g. annos Setho attributos Gen. 5. v. 6. 7. 8. opinor æquales esse inter se, imò & annis Adami tribus præcedentibus versiculis eodè capite notatis. Idè autumo de annis sequentium Patriarcharū toto illo capite recēsis. Non sunt enim quantitates annorum sine ratione multiplicandæ: nullā autē hic video rationē, nullā necessitatem.

Hi anni non fuerunt vnus aut duorum mensium.

Noq; triū menses.

Omnes anni Adami sum inter se, sum annis sequentiū Patriarcharum fuerunt æquales.

Sic annos illos quingentos, quos Noë, ante Sem, Cham & Iapheth exegerat, reor æquales fuisse annis Lamechi, & ijs quos postea Noë traduxit, vsq; ad finē vitæ suæ, siue ante, siue post diluuium. Quanti igitur fuerunt anni singuli illorū 500. qui notantur in fine cap. 5. Gen. tantum existimo fuisse annum sexcentefimum, de quo Gen. 7. v. 11. tantos singulos 350. quibus post diluuium vixisse scribitur Gen. 9. v. 28. tantos 950. quibus totam vitæ suæ periodum finiuit. ib. v. 29. Nec enim mihi persuadere possum, Moysen in vnam summam, quosdam annorum maiores, quosdam minores (nisi adscita subinde intercalatione) retulisse, nullo relicto illius inæqualitatis indicio.

*Chrono-
graphia
Diluuii.*

8. Aduerto vterius anno sexcentesimo Noë mense secundo, septimo decimo mensis iniisse diluuium. Gen. 7. v. 11. intra 40. dies sæuientis diluuii arcam in sublime eleuatam. ib. v. 17. aquas obtinuisse terram 150. diebus. v. 24. aquas cœpisse minui post 150. dies, cap. 8. v. 3. Arcam requieuisse, mense septimo, vigesimo septimo die mensis, super montes Armeniæ. v. 4. sic aquas decreuisse, vt prima die mensis decimi montium cacumina apparerēt. v. 5. post quadraginta dies coruum emissum. v. 7. deinde prima vice columbam. v. 8. altera vice post 7. dies, & rursus post alios septem dies auolare permissam. v. 12. anno autem sexcentesimo primo Noë, initio mensis primi tectum Arcæ deductum, ac tandem die 27. secundi mensis arefactam fuisse terram, vt latius illo cap. 8. narratur.

*Annus
Noë 600.
fuit 12.
mensium.*

9. Vnde liquido constat, annum illum, qui dicitur sexcentefimus vitæ Noë habuisse non solum mensem septimum, sed etiam decimum: post cuius initium numerantur 40. dies ante corui emissionem, & bis septem dies auolantis columbæ, aliaq; facta insinuantur, quibus mensis vndecimus & duodecimus facile completi fuerint. Nec minus certò patet, mensem septimum illius anni habuisse vt minimum dies 27. totidemq; mensem secundum anni sexcentefimi primi.

*Menses 6.
tant 30.
circiter
dierum.*

10. Ex his probabiliter deduco primò annum istum sexcentefimum Noë, duodecim mensibus constitisse (nisi fortè placeat decimum tertium intercalare) & menses singulos fuisse 30. circiter dierum. Neque enim scio vllam anni formam in vsu fuisse, quæ vndecim duntaxat mensibus constaret, aut cuius menses singuli ordinariè 27. dierum numerum non excederent.

*Eadem est
ratio alie-
rum anno-
rum.*

11. Deduco secundò, probabile videri singulos Patriarcharum annos, qui Gen. cap. 5. & cap. 11. numerantur ordinariè constitisse 12. mensibus tricenis circiter dierum. Quæ enim eadem sunt vni tertio, singulari, sunt eadem inter se, quoad quantitatem siue continuam, siue discretam. Iam autem declaratum est, probabile esse, singulos annos ante & post diluuium illis capitibus recensitos, æquales esse vni illi, qui est, vel in quem incidit, sexcentefimus vitæ Noë, quem-

quemq; probabile est, in 12. menses tricenorum circiter dierum fuisse distributum. Ergo & illi anni, quibus tum ante, tum post generalem illam eluionem Patriarchæ vixisse scribuntur. Dixi annorum istorum singulos menses ordinariè fuisse 30. circiter dierum, tum propter intercalationem vnus pluriumve dierum, aut fortè integri mensis, quæ suis temporibus adhibebatur: tum quod fortassis menses alternatim fuerint 29. & 30. dierum, prout modo ab Hebræis vsurpantur. Nihil igitur mihi iam probabilius occurrit, quam quod nostris annis æquales aut fermè æquales fuerint anni Patriarcharum, quos sacrarum literarum monumentis consignatos habemus.

IN GEN. cap. 5. v. 32.

Noë verò cum esset quingentorum annorum genuit Sem, Cham, & Iapheth.

1. Certum mihi videtur, hunc versiculum non fuisse necessarium ad Chronologiam ab Adamo ad Abrahamum deducendam. Siquidem constat Lamechum annos egisse 182. quando natus est Noe. Gen. 5. v. 28. Noe fuisse sexcentorum annorum, quando diluuij aqua, mundauerunt super terram. Gen. 7. v. 6. Sem habuisse centum annos, quando genuit Arphaxad biennio post diluuiū. Gen. 11. v. 10. Vnde clarè deducitur Sem fuisse genitum cum Noe annorum esset quingentorum duorum. Quare existimo, eos scitè philosophari, qui aiunt, Moysen in fine huius quinti capituli recensuisse filios Noe, non quod omnes illo anno 500. nati fuerint, sed quod ante illum annum quingentesimum vitæ Noe nullus eorum sit procreatus, vt docent Procopius, Cateranus, Del Rio, Sa, Cornelius, Bonfrerius, Gen. 5. & 11. Salius ad annum m. 1557. num. 4. Petrus an m. 1558. & 1658. Iure autem inter antiquos Patriarchas recensentur Sem, Cham & Iapheth, quia per hos vniuersum genus humanum, à generali eluione seruatum, restauratum, propagatum est. Rectè etiam additur Noe tunc fuisse 500. annorum, quia cum nullus ex præcedentibus Patriarchis hic enumeratis fuerit post 200. sui parentis annum natus; hi tamen tres filij Noe non prius sunt procreati, quam eorum genitor annos iam quingentos peregisset, quæ differentia tam notabilis est, vt merito sacrarum literarum monumentis signanda fuerit, sicut & in Natiuitate Abrahamæ suo loco notabimus. Hinc non malè Bonfrerius Gen. 11. v. 10. ait finem capituli quinti Geneseos, non posse de præciso humero capi, quia alias dicendum esset, eodem anno quingentesimo Noe omnes tres filios generasse.

2. Obijciat quispiam 1. hinc sequi, eodem modo intelligi posse, quæ de alijs Patriarchis habentur, ex ca. Adamum non genuisse Sethum antequam esset

Quomodo
anni ab
Adam ad
Abraham
deducan-
tur.

1. Obiectio.

Responsio. 130. annorum; sed postea: & sic tota ratio Chronologiæ fatiscet. Resp. esse magnam differentiam: quia in alijs mox adiungitur, quot annos prole genita vitam parens produxerit, quot denique totius vitæ periodum absoluerit: quod non fit in prædicto versu ultimo cap. 5. v. g. Adam dicitur vixisse 130. annos priusquam Seth nasceretur, inde octingentos, totiusq; vitæ spatium 930. annis circumscribitur. Ordo vero temporis à Noë ad diluuium deducitur, tum à diluuiò ad Arphaxad: nam in primis ponuntur anni 600. vitæ Noë, finiente diluuiò Gen. 7. v. 10. iuncto cap. 8. v. 13. Deinde numerantur anni 350. quos Noë post diluuium transegit. Gen. 9. v. 28. ac tandem summa totius vitæ colligitur 950. annorum, ib. v. 29.

1. Obiectio 3. Obijcies 2. hinc sequi aut Sem non esse horum trium filiorum Noë hinc nominatorum natu maximum, aut nullum ex istis esse illo anno 500. Noë genitum: quorum vtrumq; videtur absurdum. R. Quidam concedunt Sem non fuisse ante alios natum, & sic vnum è fratribus illius in hanc lucem prodijisse anno illo quingentesimo absoluto: quod quo pacto defendant, viderint ipsi, Alij, vt Cornelius, Bonfrerius, Salianus, Petrauius, probabilius existimant Semum alios duos ætate præire: tum quia Noë prius benedictionem ei impertit, quam Iaphetho & Chamo. Solebant autem Patriarchæ in filijs benedicendis ordinem Natiuitatis seruire, vt fecit Iacob Gen. 49. & eum secutus Moyses Deut. 33. eundemq; morem tenendum putabat Ioseph. Gen. 48. v. 28. cum diceret: non ita conuenit Pater, quia hic est primogenitus. Tum quia Sem vocatur Iaphethi frater maior, vt habet vulgata editio, Gen. 10. v. 21. cui congruit Pagnini & Tigurina versio, ac Paraphrasis Chaldaica, eamque retinent Olearster, Lipomanus, Caietanus, Pererius, Del Rio. S. Augustinus lib. 16. ciuit. cap. 3. & Procopius Gazæus, qui tamen duo postremi alio textu Græco vtebantur. Denique non pauci ex antiquis Patribus Semum Iaphetho & Chamo seniores censentes, primogenitum, aut natu maximum filiorum Noë vocitabant, vt S. Augustinus l. c. S. Cyrillus lib. 4. in Genesin. S. Hieronymus ad Euagrium, Epiphanius in fine Anchorani, Isidorus in cap. 8. Gen. & Procopius in caput 9. quos laudat & sequitur Salianus ad an. m. 1539. & repetens, quæ iam alibi dixerat, concludit anno quingentesimo Noë nullum ipsi natum filium, nec scripturam vllum natum asserere, sed velle tantum Moysen illo cap. 5. Gen. v. ultimo docere, hosce tres filios natos esse post annum 500. patris, & non ante. *Vide NOTAS Gen. XI. v. 10.*

Quicquid sit eo tandem cadunt horum annorum calculi, vt Arphaxad natus fuerit biennio post diluuium; diluuium autem omnium iudicio Orbi inductum est, anno Noë sexcentesimo vel currente, vel absoluto: quod clarius ex dicendis apparebit.

GEN. cap. 6. v. 3.

Dixitq; Deus: non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est, eruntq; dies illius centum viginti annorum.

Quæritur hic primò, utrum hæc verba dirigantur ad omne genus humanum, quasi generalis vitæ humanæ periodus 120. definiatur, quam homines etiam post diluuium nascituri, non possint ordinariè excedere; an vero de ijs tantum hominibus intelligenda sint, qui tunc existerant, & inundante diluuiò perituri erant, q. d. nisi pœnitentiam egerint homines, non ultra 120. annorum spatium permanebunt. Priorem interpretationem amplectitur Iosephus lib. 1. Ant. cap. 3. & 6. Vitam eorum, inquit, breviori spatio circumscripsit, & abrogata longevitate intra centum & viginti annos coercuit. Idem sensisse videtur Laëtantius de Orig. Err. id est lib. 2. cap. 13. diuinit. In-
st. & Procopius in hunc locum.

*Sensu r.
quæstionis.*

2. Posterior autem explicatio communis & retinenda est, cum Ruperto, Toftato, Lipomano, Del Rio, Cornelio, Bonfretio, Menochio, in hoc caput, Saliano an. m. 1537. Hunc sensum innuunt septuaginta: *non permanebit, inquit, spiritus meus in hominibus istis: nempe, qui iam existunt, & tantis sese flagitijs inquinant. Et Chaldæus paraphrastæ: non permanebit generatio pessima hæc coram me in aeternum, eo quod caro sunt, & opera eorum pessima & terminus dabitur eis centum & viginti annorum, si forte conuertantur.* Eadem est sententia S. Hieronymi in Tradit. Hebraicis: *Porro, ait, ne videretur in eo esse crudelitas, quod peccantibus locum pœnitentiæ non dedisset adiecit: sed erunt dies eorum 120. anni. hoc est, habebunt 120. annos ad agendam pœnitentiã. Non igitur humana vita vt multi errant, in 120. annos contracta est, sed generationi illi ad pœnitentiã dati sunt.* Et S. Augustinus lib. 15. ciuit. cap. 24. *Quod autem dixit Deus, erunt dies eorum centum viginti anni, non sic accipiendum est, quasi prænunciatum sit, post hæc homines 120. annos viuendo non transgredi, cum & post diluuium etiam 500. annos excessisse inueniamus.* Idem docet S. Chryostomus homilia 22. in Genesim, & Diod. Tharsensis apud Lypomanum in catena.

*Conclusio
120 anni
hominibus
ad pœnitentiã
dati.*

3. Enimvero Patriarchæ post diluuium nati, Arphaxad, Sale, Heber, Phaleg, &c. annos 120. viuendo excesserunt, vt patet Gen. 11. Imò Iojada Pontifex ad annum 130. peruenit 2. Paralip. 24. v. 15. Addit Bonfretius in Commentarijs libri Genesios editis anno Dom. 1625. sua ætate confirmatum in Thuringia ab Episcopo Bambergensi, vnum alterumue feniculum, qui 150. annos attingerat, & Pastorem in Vestphalia extitisse, vt minimum 130. annorum, san-

*Multi post
diluuium
vixerunt
vltra 120.
annos.*

num adhuc & vegetum. Recole quæ ex Flinio retuli Gen. 5. quæstione 3. numero 2.

*Statu 2.
quæstionis.*

4. Quæritur 2. an reuera post hanc comminationem vsq; ad diluuium anni 120. interfluxerint? Notant S. Hieronymus & S. Chrysoft. locis commemoratis, Deum ob duritiam hominum pœnitere nolentium tempus designatum non expectasse, sed detractis 20. annis, diluuium immisisse anno centesimo à comminatione: & ex eo confirmant, quod ante hanc comminationem, quæ habetur capite sexto Geneleos, scriptura præcedenti capite dixerit, v. 31. Noe fuisse 500. annorum. Orbem vero merfit diluuium anno 600. Noe. Gen. 7. v. 11.

Conclusio.

5. At probabilior est D. Augustini interpretatio, hanc diuinam indulgentiam non fuisse ad 100. annos duntaxat reuocatam, sed per 120. ipsos annos saltem inchoatos concessam. *Sine penitentia enim sunt dona Dei.* Rom. 11. v. 29. vt cum Emmanuele Sa, docet Salianus, Cornelius, Bonfrerius, Petauius, secuti Pererium in hunc locum, Lyranum Gen. 8. & 11. Saluanum Lib. Antikimenon ex Genesi. Ad confirmationem prioris opinionis, facilis est responsio, Moylen in fine capitis 5. & initio 6. ordinem temporis mutasse, vt vno narrationis filo generationem Noe, cum cæteris cap. 5. recensitis pertexeret. Quæ solutio mihi solidior videtur, quam eorum, qui suspicantur, rotundum 500. annorum numerum, pro 480. positum fuisse. Hos igitur 120. annos ante diluuiū numerandos censeo, & à quadringentesimo octogesimo anno vitæ Noe accersendos.

GEN. 6. v. 14. & 22.

*Noe 100.
annis ar-
cā extru-
xit.*

1. *Fac tibi Arcam de lignis leuigatis, &c.* v. 14. Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat ei Deus, v. 22. Quando hoc præcepit Deus? quanto tempore Noe Arcam fabricauit? S. Augustinus lib. illo 1. Ciuit. cap. 27. & contra Faustum Manichæum lib. 12. cap. 18. disertis verbis asserit Arcam à Noe extructam 100. annis, cui assentitur S. Gregorius hom. 15. in Ezechielem: *Noë ante oculos veniat, qui cura domestica postposita ex iussione omnipotentis Domini, per centum annos ad Arcam fabricam vixit occupatus.* Origenes contra Celsum lib. 4. Rupertus lib. 4. in Genesin cap. 20. His suffragantur Ado, Marianus Scotus, Genebrar. Oleaster, Cornelius Bonfrerius, &c. Torriellus an. m. 1557. num. 5. Salianus num. 2. Be-louacensis lib. 1. hist. cap. 59.

Obisio.

2. At verò Caietanus non putat tantum temporis in Arca fabricanda consumptum: quia cum Deus Arcam construi iuberet, simul iussit, vt Noe cum vxore, & filijs, filiorumq; vxoribus in eam se reciperet. *Et ingredieris in Arcam, tu & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum.* Gen. 6. v. 18. Quibus verbis insinuari putat Caietanus, iam tum filios Noe vxoratos fuisse, cum

cum Deus de Arca fabricanda mandatum daret. Atqui anno centesimo ante diluuium, qui erat Noe quingentesimus, hi tres eius filij necdum erant nati, tantum abest, vt vxores haberent. Vnde concludit, non constare, quanto tempore ante diluuium, præceptum de Arca fabricanda Noemus acceperit.

3. Verum hunc nodum expedire soluere possunt auctores contrarij: Opus enim non erat, vt filij Noe aut vxores eorum existerent, cum Deus diceret: *ingredieris Arcam, tu & filij tui*: sicut neque Arca tum existerat. Sufficiebat abunde, vt dum Arca conficeretur, hi paulatim nascerentur, & Arcam constructam haberent vxores: quia hoc modo poterat diuina iussio suo tempore executioni mandari. Licet igitur ex Scriptura non habeatur, vtrum Noe anno ætatis suæ 500. hoc mandatum acceperit, & quot annos Arcæ fabricandæ dederit: non est tamen, quod falsam dicamus S. Augustini & aliorum sententiam, asserentium à præcepto, de Arca conficienda dato, vsque ad diluuium annos centum saltem emergentes intercessisse, quibus Noe in opere adornando desudârit, præco penitentia & comminationis diluuij. Tunc adhuc in viujs erant Mathusala & Lamech, quos etiam consilia, & manus operi admouisse credibile est.

*Responsio
in his hoc
Deus anno
500. Arca*

GEN. cap. 7. v. 6. & 10.

*Eratq; Noë sexcentorum annorum quando diluuij aqua inundaerunt super terram. v. 6.
Anno sexcentesimo vitæ Noe mense secundo septimo decimo die mensis, rupti sunt
omnes fontes abyssi magna &c. v. 10.*

1. Quamuis à mundi conditu vsque ad diluuium Eusebius in Chronico, Sulpitius lib. 1. sacrae historiae, Isidorus lib. 5. Etymolog. cap. vlt. recenseant annos 2242. iuxta vulgaram tamen editionem, Hebræum fontem, & paraphrasin Chaldaicam, ex Patriarcharum generationibus, vnanimi Chronologorum, sacrorum que huius temporis interpretum consensu, colliguntur anni 1656. Nec dubium est, quin generalis hæc inundatio annum integrum tenuerit: cœpit enim mense 2. die 17. anni 600. Noe, vt dicitur v. 10. finito autem diluuiio arefacta est terra die 27. mensis secundi anno 601. Noe. Gen. 8. v. 13. & 14. Sed

*Diluuium
fuit anno
mūdi 1656*

QVÆSTIO PRIMA

*Status
quæstionis.*

Hic est vtrum istis 1656. annis, contineatur annus ipse durantis diluuij; an vero annus mundi 1656. & Noe sexcentimus transactus fuerit, antequam erumperet cataclysmus.

2. Quorundam opinio est, diluuium incepisse anno mundi 1656. Noe sexcentesimo absoluto. Ita Pererius in hunc locum disp. 1. Arbitror inquit sexcentisimura

1. Opinio.

E

tesimura

tesimum illum annum, non tantum fuisse inchoatum, sed planè completum, exactis præterea 46. diebus sexcentissimi primi. Et repetit disput. 2. ante § placet, Scaliger, & ex eo Caluissius Introduct. Chron. cap. 35. Bucholterus ait Noe anno ætatis suæ 600. plus minus completo ingressum in Arcam. Probat Caluissius ex Gen. 7. v. 6. vbi Noe dicitur fuisse sexcentorum annorum, quando inuit diluuium: quod de annis completis accipiendum ait, sicut in simili 3. Reg. 6. v. 1.

Ratio 1.

Ratio 2.

3. Probari potest 2. ex S. Augustino. qui lib. 15. Ciuit. cap. 24. ait centum ipsos annos Noe Arcam fabricasse, & cum præceptum de ea ædificanda acciperet absoluisse annum ætatis quingentesimum. Pari modo anni illi 120. quos Deus ante diluuium agenda pœnitentiæ concessit, inciperunt anno 480. Noe completo, & 481. inchoato, vt habet S. Augustinus & ex eo Sallianus: & sic non nisi anno 600. Noe completo completur annus 120. pœnitentiæ concessus. Similiter Mathusala non compleuit annum ætatis 969. si initio anni 600. Noe venit Cataclysmus.

Conclusio.
Veni diluuii anno 600.
Noe inchoato.

4. Communior aatem sententia, censet currente anno sexcentesimo Noe diluuium cœpisse. Est Lyrani, Abulensis, Caietani, Cornelii, Bonfrerii, in hoc cap. Salliani anno mundi 1656. num. 4. qui in hanc sententiam laudat Rupertum, Marianum Scorum, Bedam, Adonem, Iulium Hilarionem tom. 7. Bibliothecæ Patrum libro de mundi duratione, Augustinum, Hieronymum: quibus tamen Pererius addi non debet. Idem censent Driedo, Genebrardus, Mercator. Petauius lib. 9. cap. 8. Torniius illo anno mundi 1656. Et è Sæctariis Temporarius, Beroaldus, Vignerius, Alstedius, Chron. 2. Epocharum,

Probatnr 1.

Pauvel, Scopulo. 1. Probatnr primò ex Gen. 7. v. 10. Anno sexcentesimo vite Noe mense secundo, septimo decimo die mensis rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ. Non potest autem dari ratio cur sicut dies 17. ad mensẽ proximè nominatum refertur, ita & mensis ad proximè nominatum annum non debeat referri, & quidem inchoatum duntaxat, non absolutum. Cui congruit quod scribitur Gen. 8. v. 13. Sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis imminuta sunt aqua super terram. Quod de anno 601. ineunte accipi debet, sicut annus iniens intelligitur, quo, mense primo, prima die mensis collocatum est tabernaculum. Exod. 40. v. 15. Neque enim à verborum intelligentia ordinaria & vsitata, sine ratione discedendum est.

Probatnr 2.

5. Probatnr 2. Quia Sem biennio post diluuium, genuit Arphaxad cum esset centum annorum, Gen. 21. v. 10. Atqui iam ante genuerat Elam & Assur: siquidem hi primo loco recensentur, Gen. 10. v. 22. & 1. Paralip. 1. v. 17. non vtique alia de causa, quam quod priùs sint editi. Hoc autem fieri non potuit, nisi illud biennium à diluuis finito computetur. Siqui-

dem

dem communis opinio tenet in Arca Noë & eius filios, ab omni usu coniugij abstinuisse. Ergo si anno mundi 1657. contigit diluuium, natus fuit Arphaxad anno 1659. completo: quod non admittunt Aduersarii, quorum rationes diluere non est magni negotij, ac proinde licet aliquando probabiliter diluuium anno 1657. mundi notauerim: re tamen accuratius considerata malo communi sententiæ subscribere: tum ob rationes iam allatas, tum quod biennium nati Arphaxad computari soleat à transacto diluuiio: pari autem ratione anni 350. quos Noë post diluuium vixit. Gen. 9. v. 28. à finito diluuiio numerandos puto. quibus si addantur 600. anni quos Noë ante finem diluuii transegerat, consent anni totius vitæ illius 950. Gen. 9. v. 29.

6. Ad primam igitur rationem dico, Noë dici sexcentorum annorum, sicut ut est in Hebræo, filius sexcentorum annorum, nempe inchoatorum Gen. 7. v. 6. quando erupit diluuium: ut insinuat ibidem v. 10. & cap. 8. v. 13. ut iam numero 4. dicebam.

Ad 1. Rdt.

7. Porro, Noë in Arca construenda centum ipsos annos posuisse dicitur, vel inchoatos nimirum, vel fortè per synecdochen extremis in numerum adscitis, vel fortè rotunda computatione omisâ vnus anni fractio. Idem de annis 120. ad pœnitendum humano generi indultis dici potest. Mathufala verò, annum attigit 969. sed non compleuit.

Ad 2.

8. Rem totam sic breuiter compono. 1. Annos Patriarcharum singulis generationibus, præfixos, Chronologicos puto, ac pro integris accipiendos: anni verò vltimi vitæ, pro inceptis haberi possunt, ut ostendit Scriptura, ad quorum vitæ suæ annum singuli Patriarchæ peruenerint. 2. Anni qui præponuntur plurium simul filiorum generationibus mihi non videntur Chronologiæ continuandæ idonei, ut cum Noe dicitur fuisse 500. annorum, quando genuit Sem, Cham & Iapheth, cum Thare septuagenarius dicitur genuisse Abram Nachor & Aran, ut dixi sup. cap. 5. v. 32. numer. 2. 3. an-

*Anni Pa-
riarcha-
rū nō sem-
per integri*

*Inisium &
finis dilu-
uii.*

num 600. Noe Gen. 7. v. 11. & 601. Gen. 8. v. 13. more ordinario pro curren- tibus accipio, ita ut Noe fuerit 600. annorum inchoatorum, quando venit diluuium Gen. 7. v. 6. sicut Christus erat octo dierum quando circumcide- batur. Hoc modo cœperit diluuium ineunte anno mundi 1656. desierit sub initium anni mundi 1657. qui fuit vitæ Noe 601. anni verò secundæ ætatis numerentur à diluuiio transacto, Noe vixerit ante finitum diluuium annos 600. eo finito 350. & summa annorum totius vitæ ad 950. peruenerit.

*De forma anni à Patriarchis usurpati.**1. Opinio.*

Lunariibus annis dierum 354. vfos Patriarchas forte existimauerint, ij, qui hebdomadas Danielis de annis lunariibus interpretantur, nisi enim apud Patriarchas in vsu fuisse hanc annorum formam dixerint, non facile, vt reor, docebunt annos lunares fuisse vsu ciuili receptos. Anni verò solares, quorum singuli ordinariè 365. dies complectuntur, adhibita identidem vnus alteriusve diei intercalatione, plerisque ad vsum popularem accommodatiores iudicantur.

Refellitur.

2. Annos purè lunares, (etsi apud Mathematicos in temporum calculationem veniant) non arbitror sub diluuij tempus vulgo usurpatos fuisse. Etenim si quispiam v. g. natus esset in æquinoctio verno, primum ætatis suæ annum vndecim diebus ante istud æquinoctium absolueret, secundum annum 22. diebus ante reditum solis in Arietem: nonum verò ante solstitium hibernum: decimum octauum ante autumnale æquinoctium, quæ numerandi ratio intricatior est, quam vt vulgo obseruari posse videatur: esto non sit omnino impossibilis.

2. Opinio probabilis.

3. Fieri vero potuit, vt prisca illi patres vterentur mensibus lunariibus, alternatim cauis 29. dierum, & plenis tricenijs, ac mensem vnum congruo embolismo quandoque interponerent, ad eum ferè modum, quo iam pridem intercalare solent Hebræi, anno ad solis cursum aliqua ratione accommodato, ita vt primus mensis non procul ab æquinoctio remoueretur. Nouerant enim Patriarchæ Solis Lunæque cursus, quantum satis erat, ad eiusmodi annorum formam vulgo proponendam. Imo credibile est Moysen, ita ad Hebrææ gentis captum annos Patriarcharum instituisse, vt non essent ijs annis ab similes quos ex institutione diuina à Nisan ordiendos tradebat.

Varia anni forma.

4. Vtrum autem reuera eam anni dispositionem & mensium quantitatem tenuerint, quam moderni Iudæi usurpant, quis affirmare audeat? Potuit enim Moyses per tales annos tempora metiri, qualibus in Ægypto Hebræi affluerant: qualem autem formam ij anni habuerint, non puto vlli mortalium hæctenus exploratum esse. Siquidem pluribus modis potuerunt illi veteres annos suos nostris ferè æquales, ad vsum popularem instituire. *Primo* enim occurrit annus æquabilis Ægyptiorum, qualis est in æra Nabonassari apud Ptolemæum, constans 12. mensibus tricenijs dierum & quinque epagomenis sine vlla intercalatione. *Secundo*, si post 120. annos æquabiles 165. dierum, integro

1.

2.

mense

menſe triginta dierum extraordinariè adſcito anni caput ad uſitatam epocham reuocatum fuiſſet. *Tertio*, ſi quarto quoque anno ſexta dies epagomenis adiecta, primi menſis initium ita fixum teneret, ſicut ex Iulij Cæſaris inſtitutione poſtea retentum eſt, in annis Syro Chaldaicis ad formam anni Iuliani accommodatis, qui perpetuo cum Octobri Iuliano aperiuntur. *Quarto*, ſi menſes eſſent lunares, & identidem per emboliſmum ad ſolis curſum directi, eo ferè modo, quo Calendaria modernorum Iudæorum cum Gregoriano quadrantenus congruunt.

5. Prima ratio hoc habet incommodi, quod per eam, anni caput paulatim à vere ad hiemem, ab hieme per autumnum & æſtatem, ruruſus ad uerum tempus prorepat, nèpe annis æquabilibus 1461. ut alibi monui. Secunda ratio per placet Scaligero & Caluiſio; nec Petauio diſplicet. Tertia uerò & quarta non plus habent difficultatis, quam Calendarium Iulianum, aut Gregorianum. Nam ut bene aduertit Petauius, ratio menſtrua interualla diebus triginta definiendi antiquiſſima eſt, quam & Græci veteres ſecuti ſunt, & Patriarcharum tempore exiſtiſſe, nihil uetat. Quænam uerò horum intercalandi methodus tunc in uſu fuerit, etiam noui later: quicquid aſſerat Scaliger & Caluiſius Intrad. Chron. cap. 33. Nam neque ex diluuij hiſtoria certo liquet, quænam fuerit eo tempore anni communis forma, neque conſtat, utrum Patriarchæ ſemper eam formam tenuerint, quæ ſub diluuij tempus uſu recepta erat, ſicut neque exploratum habemus, utrum Moyses menſem primum, ſecundum, ſeptimum, decimum in diluuij hiſtoria, à vere, an ab autumno deducat.

6. Equidem in hac rerum obſcuritate aduerto *primò*, quod etiam notat Petauius lib. 2. cap. 30. ex communi omnium conſenſu, Iosephi, Philonis aliorumque ueruſtiorum authoritate, Iudæos non modo à Chriſti natiuitate, ſed ante Chriſtum aliquot ſaltem ſæculis anno lunari uſos fuiſſe, non quidem ea penitus forma, & ijs regulis, quas æuo noſtro obſeruant, ſed quæ ad curſum Lunæ menſibus ordinandis aliquo modo ſpectarent, ita ut in menſe Niſan ratio haberetur æquinoctij uerni; in Tiſri æquinoctij autumnalis.

7. Aduerto *ſecundò*, probabiliffimum eſſe, Hebræos tempore Moyses menſes habuiſſe lunares, quod habet Lorinus, Num. 11. v. 20. & propè ſibi certum eſſe ſcribit Bonfrerius Exodi 12. v. 2. notab. 3. idque non ſolum Rabinorum in ſuo Seder olam & Calendarijs; ſed Chriſtianorum etiam Doctorum ferè omnium opinione, probatque ex eo, quod initium cuiuſque menſis ad Neomeniam retulerint. Nam à menſe Niſan annum ſacrum ex legis præſcripto auſpicabantur, ita ut communi authorum conſenſu circa plenilunium ſiue luna 14. ad uesperam Paſcha celebrarent; quod fieri commodè non poterat, niſi cæteri menſes curſui lunæ quadrantenus reſponderent. Addo, huius rei indicium ali-

E 3

quod

Anni æ
quabilis
difficultas.In Annis
Præſcis ha-
bita ratio
æquino-
ctiorum.Tempore
Moyses
menses fue-
re lunares.

quod apparere 1. Regum 20. v. 18. vbi Dauid ad Ionathan: *Ecce Calenda sunt cras*. *Idod* δὴ νεομηνία ἀορίον: ecce nouilunium cras, Ecce mensis cras. Vox enim *שָׁרָא* chodes ordinariè mensē significat, quia nimirum apud Hebræos menses lunationibus ciuili saltem modo congruebant.

*Et seqq.
Temporib.*

8. Ex quibus deduco in primis, nihil mihi probabilius videri, quam tempore Exodi, menses lunares obseruatos fuisse, & eam obseruationem sequentibus temporibus viguisse, cum nullum extet vel in sacris, vel in profanis authoribus indicium, quo videantur menses lunares in gente Hebræa post Exodum cœpisse vsurpari. Quod autem iam ad initium legis Mosaicæ hæc ratio mensium in vsu fuerit, sua praxi confirmant, accuratioris diligentie Chronologi, qui hæc subtilius inquirentes, quintam decimam mensis Nisan Israëlitarum migratione nobilitatam, sextam tertij mensis lege data memorabilem, & similia certis mensibus & diebus patrata, ex lunæ cursu inuestigant, & ad Romanos menses reducunt. Hac ratione Petauius colligit primum Pascha in Ramesse celebratum secunda die Aprilis, primum Pascha in terra Promissionis, decima Aprilis Iuliani: primum diem Nisan, quo tabernaculum erectum est, ad 8. Aprilis refert. Simili computo etiam Sectarij vtuntur, Scaliger, Serthus, Alstedius: quod minimè fecisse debuissent, si Hebræos mensibus & annis non lunaribus, sed solaribus tantum vsurpasse censuissent.

*Imo et tē-
pora dilu-
uii.*

9. Imò Toratus Gen. 7. in illa verba: *in mense secundo*, fatetur menses in sacro textu diluuij tempore notatos de lunaribus intelligendos esse. Idem diseretè asserit Lyranus Gen. 8. quam opinionem communem vocat & sequitur Serarius lib. 1. in Iosue, q. 7. Chineses & Iaponij etiamnum lunares menses habent, & annum à Vere ordiuntur, vt tradunt Maffeijs & Trigautius, monet Bonfrerius, & Annuæ Societatis ex Iaponia, anno Dom. 1624. Vnde autem hanc anni formam acceperint, non constat. Sicut neque constat ex quo tempore verum sit, quod ait Ecclesiasticus cap. 43. v. 7. *A Luna signum diei festi, & v. 8. mensis secundum nomen eius. nempe Hebraicè Iareach, Ierach. Græcè μὴν, μήν:* vnde etiam nonnulli nomen *mensis* deriuant.

*Forma an-
ni prisca
erat fortis-
simè qualom-
ni paschate
ad pascha
habemus.*

10. Re totà sine affectu consideratà opinor annos Patriarcharum fuisse ita lunares, vt mense vno lunari suis temporibus adiecto, suum initium non procul ab æquinotio haberent, eo ferè modo, quo Nisan à multis sæculis apud Hebræos, & mensis Paschalis apud Christianos, cum ingressu Solis in Arietem componi solet. Ferè, inquam, nolim enim modernas Iudæorum Ephemerides cum omnibus suis minutijs ad Patriarcharum tempora retrahere. Non video rationem, cur putemus Patriarchas anno Solari vsos, & à Moyse Lunarem institutum. Cauebat quidem lex Mosaica, vt annus Sacra à Nisan inchoaretur: sed non vetabar, quin prisca anni forma retineretur, & quoad

quoad res ciuiles annus ab autumno duceretur. Iosephus, cum dixisset Moy-
sen omnium quæ ad rem diuinam pertinerent, mensem Nisan, exordium fe-
cisse; alioqui, ait, quod ad nundinationem rerum venalium reliquamque dispen-
sationem anni, τὸν πρῶτον κόσμον διέφύλαξεν, primam formam ac modum conseruauit.
Sicut igitur tempore Christi, Machabæorum, Siracidæ, Regum Iuda &
Israël, atque Moylis; ita & temporibus Abraham, Noë reliquorumque Pa-
triarcharum, menses & annos lunares in vsu fuisse arbitror, & verna tem-
pore inijsse: qui vsus ne penitus interiret, Deus per Moysen iusserit Nisan
esse principium mensium apud Israelitas; ac proinde in historia diluuij,
menslem primum, secundum, septimum, decimum, eodem profus sensu in-
terpretor, quo in libro Exodi, Regum, Prophetarum, Machabæorum. Pos-
sello antiquitati suffragatur, nec est causa, cur eadem mensium nomina, am-
biguè modo hoc, modo alio sensu, accipiantur, & sine necessitate interpreta-
tiones multiplicentur.

11. Quod si quilibet annus Patriarchicus, diebus 365 vt nonnulli volunt
absoluebatur; ita vt post annos 120, mensis 30, dierum adijceretur: consequens
esset, vt post quadriennium vno circiter die æquinoctia citius euenirent. Exem-
pli causa, Si prima die primi anni foret æquinoctium; quintus annus inijsset v-
no circiter die, antequam rediret æquinoctium; annus nonus biduo æquino-
ctium præcurreret. Dixi circiter, ne in minutis hæteamus.

*Singuli
anni nom
fuerunt
365, dierum.*

12. Qui igitur talem anni formam Patriarchis tribuit, videat quam ra-
tione, diluuij tempore designando, aptè calculos ad æquinoctia colloget.
Quia in re Caluissii rationes non probo: cum enim rerum creationem die 26.
Octobris ad æquinoctium assignasset, & ab Orbis conditu vsque ad diluuium
annos 1656, menslem vnum ac dies 16, computasset, addit 1, omnes menses tunc
30, diebus fuisse definitos: Quod, inquit, apertissime in historia diluuij indicatur, ita vt
mirari libeat, quod quibusdam veniat in mentem, vt menses lunares in anno diluuij nu-
merent. Addit 27, duodecim mensibus tricenijs adiunctas fuisse dies 5, post
annos vero 120, elapsos, integrum menslem intercalatum, vt æquinoctium ad
suos terminos reuocaretur. Tutissimum nihilominus ipsi videtur, annum di-
luuii ab æquinoctio autumnali arcessere. Quæ mihi non satis cohærente viden-
tur. Si enim Caluissius ex historia diluuij apertissime colligit, menses tricenarios à
Patriarchis fuisse vsurpatos, cur eorum methodum anno diluuii inchoando
non seruat? quem si seruaret, annum diluuii à 2. Octobris deduceret, diebus
24, ante æquinoctium, quo mundum ait fuisse conditum, vt ipse fatetur.
Sicut igitur Sethus & alii grauare anni primordia, quo diluuium cæpit
multis diebus ab æquinoctio remouent: ita ereditibile est Patriarchas sic anno-
rum rationes instituisse, vt æquinoctia annorum, initiis propius adhærent.
Credi-

*Opinio
Caluissii
examina-
tur.*

Crediderim igitur Patriarchas Astronomiæ non ignaros. suos annos per legitimam mensis lunaris intercalationem æquinoctijs, eo ferè modo accommodasse, quo Iudæi nostro tempore faciunt, dum ad veris initium respiciunt, ut mensẽ Nilan ritè auspicerent.

QVÆSTIO III.

De varia Chronotaxi diluuij, donec Arca quiesceret.

Vnaquã-
sitas anni
360. altera
354.

I. **D**Vobis tricenarijs mensibus continentur dies 60. ternis 90. quaternis 120. quinis 150. senis 180. septenis 210. octonis 240. nouenis 270. denis 300. vndenis 330. duodenis 360. Mensibus autem lunaribus, si primus sit plenus, & sequenter alternis modo caui, modo pleni, binis continentur dies 59. ternis 89. quaternis 118. quinis 148. senis 177. septenis 207. octonis 236. nouenis 266. denis 295. vndenis 325. duodenis 354. Si ergo sex mensibus tricenarijs addantur dies 17. exurgent ab anni principio, vsque ad diem 17. mensis septimi dies 197. In lunaribus vero 194. Qua supputatione seruata; quando menses sunt tricenum dierum, ab anni epocha; vsque ad diem 27. septimi mensis inclusiue colliguntur dies 207. in lunaribus vero mensibus 204.

1. Hypo-
thesis.

2. Si dies 40. pluuiæ non continentur in illis 150. post quos aquæ minui cœperunt, ut dicitur Gen. 7. v. 12. & cap. 8. v. 3. numerabuntur ab incunte diluuiio vsque ad aquarum imminutionem dies 190. sin est, ut dies 40. pluuiæ sint pars dierum 150. prævalentis diluuij, sicut ab initio pluuiarum, vsque ad aquarum decrementum dies 150. duntaxat.

2. Hypo-
thesis.

3. Aduertendum præterea à die 17. mensis secundi, vsque ad 17. septimi, inclusiue esse dies 151. si menses singuli fuerint tricenarij. Detractis enim 46. diebus à 197. qui ab anni exordio, vsque ad 17. secundi mensis exclusiue præterfluxerant, remanent 151. Si verò menses putentur lunares, non comprehenduntur isto intervallo, nisi 148. dies: totidem enim sunt, residui, si 46. tollantur de 194. Quod si mensis primus caui fuerit, non nisi 45. subtrahendi sunt: sed tunc secundo mensi dabuntur 30 dies. Idem porro numerus dierum reperitur à 17. secundi mensis, vsque ad 27. septimi; qui à 17. secundi, vsque ad 17. septimi, nempe dies 161. in mensibus tricenarijs; in lunaribus 158.

Aqua di-
luuij non
fuit in im-
minuta.

4. Cum autem aquæ cataclysmi ad 15. cubitos vltra montium cacumina exercebant: valde consonum rationi videtur, ut antequam Arca in montibus Armeniæ resideret, aquæ diebus aliquot imminui cœperint.

5. Hæc

5. Hæc & similia diligenter notanda existimo; quia in Hebræo, & Latino textu signatur initium diluuij die 17. mensis secundi; in Græco 27. eiusdem. At verò quietem Arce in montibus Armenia, Hebræus 17. mensis septimi; Latinus & Græcus 27. eiusdem signant. Tempus ergo, quod ab ineunte pluuia elapsum est antequam Arca resideret; Hebræus à 17. secundi, ad 17. septimi mensis extendit; Græcus à 27. secundi ad 27. septimi porrigit. Latinus denique à 17. secundi mensis protrahit vsque ad 27. septimi. Atque ita Latinus de initio diluuij pugnat cum Græco, conuenit cum Hebræo: de tempore verò quo Arca requieuit ab Hebræo dissentit; Græco subscribit. Decem igitur dies addit Latinus ad rationes Hebræi & Græci: siquidem 10. diebus citius quam septuaginta diluuium inchoat; diebus itidem 10. tardius Arce quietem tribuit, quam fons Hebræus.

Hebrai & Latini textus differantia.

6. His animaduersis 24. modi excogitari possunt, quibus tempus, quo aquæ diluuij decrescere cœperunt comparari potest, cum eo die, quo Arca montibus infedisse dicitur. Octo modi desumuntur ex Hebræo textu, totidem è Græco, è Latino totidem.

24. Modis hic procedi potest.

7. Primo igitur, si cum textu Hebræo pluujs initium detur die 17. secundi mensis, & Arce quies signetur 17. septimi, & hic septimus mensis ab initio ruentium imbrium deducatur, nec non 40. dies pluuiz à 150. quibus aquæ dicitur obtinuisse terram, secernantur, ac denique menses tricenarij adhibeantur; tunc Arca requieuit die 197. ab ineunte diluuiio, & aquæ imminui cœperint vna hebdomade citius, nempe die 190. 2. In casu prædicto si menses lunares vsurpentur; aquarum decrementum quatrinduo solùm Arce quietem præcessisset. Arca enim substitisset die 194. ab irruente Cataclysmo.

1. Modus.

8. Tertio si iuxta Hebræum textum initium pluuiz 17. secundi mensis, Arce quietem 17. septimi notemus; mensēque septimum ab ineuntibus pluujs numeremus, & dies 40. imbrium in illis 150. sæuientium aquarum inuoluamus; in mensibus lunarijs Arca requieuit ab initio diluuij die 194. nempe diebus 44. post aquarum imminutionem die 150. cœptam. Quarto, si in hoc casu utamur mensibus tricenarijs: aquæ prius decreuissent 47. diebus, quam Arca die 197. subsisteret.

2. Modus.

9. Quinto, si eundem textum sequamur; sed mensē septimum ab anni Epochā putemus, & dies 40. imbrium, à 150. consistentis Cataclysmi distinguamus; subsederit Arca die 148. ab inchoato diluuiio, nempe 42. diebus, ante aquarum decrementum, si menses fuerint lunares. Sexto, si verò menses 30. dierum putentur, Arca hac ratione, quietem cœperit 39. diebus, citius, quam vis aquarum remitteret.

10. Septimo, si septimus mensis ab anni exordio, & dies 40. pro parte in

F illis

illis 150. inclusa computentur: fiet aquarum decretio die 151. Arca verò sistetur 148. die biduo antequam aquæ minuerentur, puta in mensibus lunaribus. *Octid.* At verò in mensibus tricenarijs, hoc casu quieuisset Arca, die 151. quo & aquæ remittere cœpissent. *Atque hæc de textu Hebræo.*

11. Iuxta 70. interpretationem, qua imbres die 27. secundi mensis iniisse, & aquæ 27. septimi decreuisse scribuntur: si mensis septimus computetur ab ineunte eluione, & dies 40. ab illis 150. distinguantur: aquarum imminutio fiet die 191. Arca verò firmabitur die 204. à diluio incepto: quæ est 14. ab aquarum decremento, in mensibus lunaribus. *Secundò*, in mensibus tricenarijs, quies Arca signabitur die 207. quæ est 17. ab aquarum decretionem.

12. *Tertiò*. Si mensis septimus rursus ab imbre ruente, & dies 40. pluuiarum cum alijs 150. confundantur: quies Arca incidet in diem 204. ab inundationis principio, quæ erit post aquarum remissionem 54. in mensibus lunaribus. *Quartò*. In tricenarijs autem Arca subsederit die 207. ab exordio pluuiarum, aquarum verò decrescendum die 57.

13. *Quintò*. Fac mensis septimum deduci ab anni capite, & 40. dies imbrum ab illis 150. distingui: tunc Arca montes attinget die 148. ab incepto diluio, antequam decrescerent aquæ diebus 52. in mensibus lunaribus. *Sextò*. Sed in mensibus tricenarijs, Arca prius quieuisset 40. diebus, quam aquæ decreuisent.

14. *Septimò*. Mensis septimum denuo accersit ab anni exordio: sed 40. dies pluuie include in summa 150. aquarum terram obtinentium: Arca quietem reperies die 148. ab irruente Cataclysmo, biduo antequam decrescerent aquæ, in mensibus lunaribus. *Octid.* At verò in tricenarijs simul & Arca requiescet die 151. ab inundationis exordio, & aquæ decrescunt. *Es hæc de Græco textu.*

15. Computatione denique Latina, qua imbres ruunt die 17. secundi mensis, Arca verò quiescit die 27. septimi: Si hunc mensis septimum ab initio pluuiarum, & dies 40. ante alios 150. computemus; Arca montibus adhærebit die 204. ab imbre ruente; vis aquarum remitter die 191. indidem computato, diebus ante quietem Arca 14. in mensibus lunaribus. *Secundò*. Hac ratione in tricenarijs, die 207. ab ineunte Cataclysmo, post aquarum decrementum die decimo septimo.

16. *Tertiò*. Si rursus mensis septimum ab ipso diluuij exordio peramus, sed dies 40. pluuie in illis 150. sauientium aquarum includamus: Arca subsederit die 204. ab initio eluionis; ab aquarum remissione 54. in mensibus lunaribus. *Quartò*. In mensibus 30. dierum, isto casu, Arca quies aquarum imminutionem sequetur 57. diebus.

17. *Quintò*

17. *Quind.* Pura mensē septimum ab anni principio, & dies 40. ab illis 150. seorsim numera: sic Arca quiescet die 204. ab initio anni: aqua verò decrescet die 237. nempe diebus 32. ante aquarum decrementum. Intellige in mensibus lunariibus. *Sextid.* In tricenarijs verò, Arca susteretur, die 207. ab anni exordio, vigesima nona ante aquarum remissionem.

18. *Septimd.* Si ab anni capite denuo mensis septimus ducatur, & 40. dies imbrum in illis 150. prævalentium aquarum intercipientur: Arca statuetur die anni currentis 204. quæ incidet in octauam diluuij decrescentis, in lunariibus mensibus. *Octauo.* In tricenarijs autem, Arca quies attinget diem 207. anni labentis, & vndecimam eluionis paulatim decrescentis. Vide, si placet, Pererium lib. 13. in Gen. disp. 5. Petauium lib. 9. cap. 10. Salianum & Torniellum, ad annum mundi 1656.

QVÆSTIO IV.

Vtrum in Chronotaxi diluuij textus Latinus, Hebraeo & Græco præferendus sit.

1. In Hebræo & Latino diluuiū iniisse dicitur die 17. mensis secundi; in Græco die 27. Gen. 7. 11. Arcam requieuisse die 17. mensis septimi habet Hebræus cum Chaldæo; Latinus & Græcus die 27. Gen. 8. v. 3. Sic nulla est de mensibus, sed solum de diebus controuersia. De qua sine ambagibus existimo, cum authoribus citandis Latinum textum reliquis præferendū esse: quia plus operæ impendit Ecclesia in hoc, quam illis corrigendis & limandis: textum tamen Hebræum, aut Græcum absolutè falsitatis non condemno. Licet enim nostra editio nihil contineat, quod aut sacræ fidei, aut bonis moribus, aut apertæ veritati repugnet, & Tridentinum sess. 4. decernat, vt hæc pro authentica habeatur; & vt nemo illam reijcere quouis prætextu audeat, vel præsumat: non videtur tamen esse contra mentem Concilij, si quis suspicetur, eam editionem necdum ita plenè esse correctam, quin adhuc, aliqua loca minoris momenti perfectius limati & corrigi possint, vt notat Bonfrerius in præloquijs cap. 15. sect. 5. & confirmat authoritate Andreæ Vegæ, qui eidem Concilio interfuit, & Marcelli II. qui antequam ad Pontificatum eueheretur, in illa Synodo Præses fuerat. Idem docet latius Serarius in Prolegomenis.

2. Arbitror igitur diluuij pluuia cœpisse die 17. secundi; Arcam in montibus Armeniæ quieuisse 27. die mensis septimi. Quod censent Del Rio, Cornelius, Bonfrerius, Gen. 7. & 8. Petauius lib. 13. ad ann. m. 1655. lib. 9. cap. 9. & sequentibus. Salianus ann. m. 1616. num. 7. & 48. Torniellus ann. m. 1656. num. 8. *Chronicum Alexandrinum.*

Vtrum Vere, an Autumno inceperit diluuium.

- Quidam autumno putant.* 1. Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 3. diluuium autumno cœpisse tradit, siue mense Marchesuan, quem passim sequuntur, qui mundum autumno conditum putat. Lyranus hîc, Tostatus, Oleaster, Petauius, Tornielius, Scaliger, Caluissus suæ assertionis rationem asserunt, quod verisimile sit, Deum illa anni parte diluuium immisisse, qua maximè pluuiæ & imbres decidere solent, quod plerumque adulto autumno accidere solet. Cum enim pluuiæ 40. dies; vis aquarum 150. dies præualuerint, diluuium totam hiemem tenuisse videtur: quod magis rerum naturæ congruit, quam si verno tempore cœptam inundationem tota æstate sæuisse dicamus. Idem aliqui coniectant ex eo, quod sub diluuii finem columba viridem oliuæ ramum in Arcam retulerit. Hoc enim autumno potius quam veri congruum esse putant.
- Rat. 1.*
- Ratio 2.*
- Ad vere cœsigitte probabilius.* 2. At verò S. Ambrosius cap. 14. initium diluuii in vernum tempus conijcit. Rupertus lib. 14. ca. 25. loquens de mense, quo erupit Cataclysmus ait: mensis secundus secundum legem, ipse est, qui apud Romanos Maius dicitur. His assentitur Del Rio, Cornelius, Menochius Gen. 7. Bonfrerius cap. 1. v. 11. Rabbi Mose apud Lyranum Gen. 7. Salianus ann. m. 1656. num. 18. Pererius Gen. 7. disp. 2. qui addit omnes prope Scriptores Ecclesiasticos idem sentire. Altedius Chron. Calendariorum, quæ sententia mihi vt communior, ita & probabilior videtur. Nam certum est diluuium anno integro perdurasse: siquidem Noe Patriarcha anno sexcentesimo vitæ suæ, mense 2. Arcam ingressus est: anno 601. mense item secundo Arca egressus in terram plenè desiccata exscendit, & animalia quoquo versum more modoque naturali pabulum sibi quæsitura dimisit. Vix autem, aut saltem non sine miraculo alimenta sibi conuenientia reperissent, si nostro Octobri vel Nouembri, terris recens exsiccatis in campos & siluas immissa fuissent.
- Ad 1. Rat. 2. opiniois* 3. Diluuiio particulari hiems potius, quam æstas idonea videtur: Vniuersalis Cataclysmi alia est ratio, qui in aliqua mundi plaga necessario in æstatem incidit. Suavis diuinæ prouidentia dispositio effecit vt respectu Armenia & vicinorum climatum, verno tempore diluuium inciperet, ac transacta anni periodo desineret. Sic animalium corpora tædio & pædore tot mensium pene confecta, veris amœnitate & vbertate respirarent, ijs herbis & frugibus paulatim repertis, quæ ad vires reparandas & species propagandas vires naturales suppeditare solent. Si vni tantum terræ portioni hanc Deus eluuiationem inducere,

ccre,

ere, neque post eam feras conseruare decreuisset, tempestas autumnalis im-
bribus apprimè conuenisset; Secus autem res gerebantur. Addunt nonnulli di-
uinam iustitiam, misericordiæ tamen admixtam tempus vernum imbribus
istis deputasse, vt hoc tam terribili & intempestiuo Cataclysmo duras homi-
num mentes Noëmi monitis non audientes, aut permoueret ad pœnitentiam,
aut etiam punire inciperet. Quod innuere uisus est D. Ambrosius, qui cum
præmisisset diluuium uerno tempore iniisse, subiunxit: *Tunc ergo fecit diluuium
quando dolor eorum maior foret, qui in sua abundantia puniebantur, &c.* Et infra: *Ideo
non post collectos fructus infunditur aqua, ne beneficium magis diluuii terra sentiret, puta
in ijs partibus, qui cum Noë habitabant, & uernum tempus habebant.*

4. Ramus oliuæ, vt supra dixi uirere potuit mense uidecimo, qui ferè
nostro Februario aut Ianuario respondet, cum tota hieme oliua uireat, & in
calidioribus illis regionibus iam tum soleat noua germina & teneriores ra-
musculos foras protrudere, vt præter alios notat Bonfrerius. Imo Rupertus
inde colligit diluuium uerno tempore finitum fuisse. Quibus consideratis sicut
eorum opinio qui veri diluuium tribuunt, mihi alijs præferenda uidetur: ita et-
iam me ijs libentius adiungo, qui mundi creationem ad uernam temperiem
referunt. Scriptores enim eo ferè conspirant, vt, qua quisque anni parte orbem
conditum putat, eadem etiam diluuium mundo inductum arbitretur.

Ad 2. Rat.

QVÆSTIO VI.

*Vnde deducatur mensis secundus, quo diluuium
cæpit.*

1. Certum est, mensẽ istum secundum, quo cæpit fieri diluuium aliqua ra-
tione ad annum sexcentimum vitæ Noë referendum esse, Moyses e-
nim clarè scribit: *anno sexcentesimo vitæ Noë, mense secundo, septimo decimo die men-
sis rupti sunt omnes fontes, &c.* Sed quæstio est, utrum mensis iste secundus com-
putetur ab initio anni 600. Noë, siue à die Natali ipsius; an uerò fuerit secun-
dus, anni communis & uisitati, qui tunc agebatur. Nam vt aduertit Pererius
Gen. 7. disp. 2. quemadmodum Romani supputabant annos ab Vrbe condita,
& nos æram Christi temporibus computandis usurpamus, ita credibile est sub
diluij tempus annos ab exordio mundi fuisse uisitados.

1. No mensis
2. curabat
annus
600. Noë.

2. Norant quoque boni authores assentientibus etiam A catholicis men-
ses antiquitus non fuisse proprijs nominibus distinctos, sed ex ordine, quo an-
num conficiebant denominatos, primum, secundum, tertium, &c. ac si noster
lanua-

Olim men-
sibus pro-
pria nomi-
na deerant,

Ianuarius, primus mensis appellatus fuisse, Februarius secundus, Martius tertius, & sic deinceps.

1. *Opinio.*

3. Salius ad annum m. 1656. à die natali Noë mensem secundum putare videtur: (quod simpliciter facit Tostatus in hunc locum) quamuis non omnino annum currentem mundi excludat. Sicut enim, inquit, dies decimus septimus ad proximè notatum mensem: ita & mensis secundus ad proximè nominatum annum refertur. Vnde colligit annos Noë cum annis mundi ferè concurrere, & utrosque à Veris initio incipere. Idem sentit Torniellus.

Ratio.

4. Hanc sententiam verba Moysis in se spectata non quidem respuunt, sed neque necessario exigunt. Vera etenim forent, quamuis Noë aliquot mensibus ante finem anni civilis proximè elapsi, incepisset annum ætatis suæ præcise sexcentesimo. Nam hoc casu verè scripsisset Moyses, factum diluuii initium labente anno sexcentesimo Noë, mense Iar, (vel ut alij putant, Marchesuan) qui est secundus ab exordio anni communis. Sic pleriq; authores, qui necem Principum Apostolorum notant anno 13. Neronis die 29. Iunij, dicere possent id factum anno 13. Neronis mense sexto, (nempe Romanis) die 29.

Explicatio
1. 2.

5. Eadem phrasi uti potuisset Moyses, quamuis Noë, computatione rigida necdum peruenisset ad initium anni vitæ suæ sexcentesimi, à die natiuitatis computati, sicut Scriptores non mali Sanctorum Petri & Pauli Martyrum signant anno 14. Neronis die 29. Iunij. Sic verum dices si asserueris Christum baptizatum anno xv. Tiberij mense primo (quo scilicet Romani annum suum ordiebantur) die sexta, siue id Geminis, siue præcedentibus Coss. adscribas, ut pluribus declaravi Introd. Chron. capite 18. & Petauus de Doctrin. Temp. lib. 9. cap. 10. Verba enim Moysis nihil aliud significant, quam tunc iniisse diluuium, quando numerabat Noë annum vitæ suæ sexcentesimo, & illuxerat dies 17. illius mensis qui dicebatur secundus: cum nihil obstat, quominus, vocabula primi, secundi, septimi, decimi mensis loco propriorum nominum usurpare, & ordinem mensium in narratione diluuij ab anni communis initio supputare poterit, quamuis anni Noë à die natali ipsius exactè aliter numerari possent.

Alia Ratio
nam 1. opinio nis.

6. Neque verò eadem prorsus ratione menses ad annos referuntur, quo singuli dies ad suum mensem. Numerus enim dierum non nisi ad mensem proximè notatum spectare solet: menses autem modo ad annum cui proximè iungitur, modo civilem duntaxat referri solet, prout verborum sensus exigit, & data exempla demonstrant. Sic Ptolemæus dum meminit annorum Nabonassari Mardokempadi, Cambysis, &c. adiungit menses, qui non ab Enthronismo die istorum Regum, ad annum communem Ægyptiacum referri debent. Idem fieri amat in sacris codicibus ut Exodi 40. v. 15. mense primo anni secundum,

secundi prima die mensis collocatum est tabernaculum. Hic enim annus secundus ab Exodo intelligitur; non tamen à die ipsa egressionis de Ægypto, sed ab initio anni communis supputari debet: sicut & dies 15. mensis secundi cuius est mentio Exodi 16. vers. 1. & tertius mensis, de quo Exodi 19. vers. 1. Idem videre est 3. Reg. 6. vers. 1. & ultimo, ubi anni ad regnum Salomonis, dies & menses ad annum popularem referuntur: mensis enim secundus quo templum est fundatum, non ab eo die, quo Salomon regni sui quartum annum auspicatus erat, sed ab anni vulgaris Epochâ numeratur. Idem est de mense octavo, quo Domus perfecta dicitur. Similibus temporum notis Prophetæ sua vaticinia insignire solent. Vnde valde miror nonnullos authores aliâs præclaros reperiri qui asserant insolitum & inauditum esse, ut cum aliquid factum dicitur, anno, verbi gratia, tertio, mense secundo alicuius Principis, annus referatur ad vitam vel principatum, mensis verò ad annum communem tunc currentem. Vide 4. Reg. 24. Ierem. cap. 28. cap. 29. & 52. Ezechielis cap. 1. 8. 20. 26. 29. 31. 32. &c. Aggæi 1. & 2. Zachariæ 1. 8. 7. & interpretes eorum capitum, ubi tales modi loquendi habentur & explicantur.

7. Existimo igitur diluuium anno 600. vitæ Noë exortum, sicut Templum ædificari cœptum est anno 4. Regni Salomonis, aut collocatum Tabernaculum anno secundo Exodi. Secundum mensum quo diluuium cœpit, ab anni qui tunc agebatur capite numerandum puto, siue esse secundum anni tunc ab orbe condito currentis. In hoc enim maior pars Scriptorum consentire videtur, ut monent Pererius & Petavius. Idem tanquam concessum sumunt Chronologi plerique omnes, qui annum mundi 1656. aut 1657. ab anno Noë 600. aut 601. minimè distinguunt. Hinc nonnulli cum Iosepho hunc secundum mensum vocant Marchesuan: alij ut Cornelius, Salianus, Menochius, liar esse volunt. Enimverò sicuti anni Adæ ab Orbis conditu in Scriptura computantur: ita & sequentium Patriarcharum anni ab eodem capite deduci videntur, ut series annorum per decem generationes ab Adamo ad diluuium, à diluio per Arphaxad ad posteros continuato temporum cursu pertexamur. Sic annus mundi 131. idem apud Chronologos est, qui primus Patriarchæ Sethi; annus mundi 1656. aut 1657. idem censetur cum anno diluuij, annus mundi 1658. vel potius 1659. cum anno primo Arphaxad, supputatione vsurata, quamuis fortè neglectis aliquot mensum fractionibus, minus accurata.

8. Ex his patet primò, cur initio huius quæstionis dixerim secundum mensum quo inundatio cœpit, (idè intellige de reliquis, ut septimo & decimo mēse) aliquo modo pertinere ad annū Noë sexcentisimū: quia hic mensis agebatur, quando

Conclusio.
cœpit diluuiū mense
2. anni
vulgaris.

1. Corollar.

2. Corollar.

quando putabatur annus ille 600. calculo, si non Mathematico, at ciuili saltem & computatione vulgo vsurpatâ. Secundo, fuisse quidem Noë noui sæculi & mundi renascentis patrem, atque ab ipso posteros tempora computare potuisse: non tamen idcirco desertam fuisse mundi æram, ante diluuium sine dubio vsitaram, quasi vero Moyses interciso Chronologiæ filo, per Patriarcharum generationes deducto, ab anno Noë sexcentesimo nouam temporum seriem ordiri voluisset.

QVÆSTIO VII.

Vtrum 40. dies pluuia contineantur in illis 150. quibus aqua terram obtinuisse dicuntur.

Status q. declaratur

1. CVM Moyses Gen. 7. v. 12. dixisset: *Et facta est pluuia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, v. 24. ait: obtinueruntq; aqua terram centum quinquaginta diebus.* Quo etiam pertinet illud, cap. 8. v. 3. *Et ceperunt minui (aque) post centum quinquaginta dies.* Hinc oritur quæstio, vtrum 40. dies pluuia, præcesserint illos 150. quibus aqua obtinuerunt terram: ita vt finitis pluuia diebus inciperent dies isti 150. & sic ab initio pluuiarum, vsque ad aquarum imminutionem transacti sint dies 190. an verò tempus pluuia in istis 150. diebus includatur, ita vt ab initio pluuia vsque ad aquarum decrementum non nisi 150. dies; à fine verò pluuia tantum 110. numerentur.

3. Computatio à fine pluuia.

2. Istos 150. dies à fine imbrium computat S. Chrysostr. hom. 25. in Genes. Tot, inquit, dies mansit illarum aquarum altitudo. Rupertus: *quadraginta dies pluuia, cum 150. diebus addita sex menses lunares efficiunt, & paulò plus quam decem dies supersunt.* Nempe dies 40. diebus 150. conficiunt 190. sex autem menses lunares diebus 177. absoluuntur, & sic supersunt dies 13. Eadem computatione vtuntur Abulensis, Del Rio, Torniellus, & Salianus ad ann. m. 16; 6. ac in eandem sententiam laudant Rabbi Salomonem, S. Augustinum & Iosephum. Verum S. Augustinus hanc difficultatem nouisse potius quam resoluisse videtur. Sic enim q. xi. in Genesin scribit. *Quod scriptum est: aqua exaltata est super terram 150. dies, quaritur vtrum vsque ad hunc diem creuerit, an per tot dies, in altitudine qua creuerat, manserit? quoniam alij interpretes planius videntur hoc dicere. Nam Aquila dixit: obtinuit, Symmachus: prauauerunt aqua. Hæc S. Augustinus. Iosephi autem narratio de diluuiio fidem non meretur, vt latè disputat Salianus, aut mendum irrepsit in textum, aut errore lapsus est Iosephus vt notat Pererius lib. 13. in Gen. disp. 3.*

3. Con-

*Ratio
compus.*

3. Confirmant Torniellus & Salianus suam expositionem. Quia diluuium cœpit post 46. dies anni, qui numeratur sexcentisimus Noë, continuata est pluuia per dies 40. cum perpetuo incremento: tum secutus est aquarum status dies 150. qui simul cum diebus imbrium iuncti faciunt 190. dies, hoc est, sex menses & dies 3. quibus si addas 16. dies, finietur septimus mensis. Pro octauo & nono mense adijciuntur 59. dies, vsque ad initium mensis decimi, quo cacumina montium apparuerunt. Hinc ad corui emissionem dies 40. effluerunt, denique bis septem consumpti dies, dum columba bis emittebatur. Quibus diebus vnâ in summam collectis implebitur totus Solaris annus sexcentisimus vitæ Noë, dierum 365. vt ipsi computant, & concludunt 40. dies huic anno defuturos, nisi 40. dies pluuie à prædictis 150. diebus secerantur.

Reijctur a

4. Verum hæc in primis calculatio mensem septimum facit cauum, ergo si menses lunares sunt alternatim caui & pleni, mensis primus cauus erit, quod non admittit Salianus. Deinde si dies vndecim adijciantur mensibus lunari- bus reddetur inuiculis mensium lunarium vsus, vt dicam cap. seq. v. 14. Ad hæc negandum est, omnes dies trium vltimorum mensium fuisse à Moysse recensitos. Satis erat si eos tantum commemoraret, quibus aliquid singulare factum fuerat. Gratis etiam aliqui assumunt particulam *igitur* Gen. 8. vers. 13. indicare mox tectum Arce reductum fuisse, cum reuerteretur columba. Solumenim innit *id igitur*, ita res esse gestas, vt ineunte anno 601. Noë tandem tectum illud aperiretur.

Reijctur a

5. Mirum præterea videtur quod huius opinionis auctores asserunt, nimirum cap. 7. Geneseos mensem secundum ab anni Epochâ deduci; mensem autem septimum & decimum, à die 17. mensis secundi siue ab ortu diluuij: rursus cap. 8. mensem primum & secundum ab anni capite numerari, sicut mensis secundus cap. 7. computabatur. Vnde bene aduertit Pererius lib. 12. disput. xi. magnam esse in hac sententia difficultatem, qua eius assertores coguntur ambigüe menses computare, aliquos scilicet ab anni Epochâ, alios ab initio diluuij: cum eos tamen Moyses sine vlla varietatis insinuatione ponens, eodem modo omnes putandos esse non obscure indicauerit.

*Adnotatione
i. sompno.*

6. Exempla quibus suum computum vult confirmare Torniellus, mihi eam ad rem parum idonea videntur: (ea autem producit anno m. 1656. nu. 24. in fine, & ann. m. 3053. num. 2.) Quin potius eorum pleraque indicant mensem septimum & decimum Gen. 8. v. 4. & 5. posse commodè à principio anni, qui 600. Noë dicebatur, computari, & 150. dies ibid. vers. 24. ab initio diluuij accersiri, sicut Torniellus annum 36. regni Asa, 2. Paralip. 16. vers. 1. ducit à primordio regni Iuda, annum 40. quo rebellauit Absalon 1. Reg. 15. vers. 7. ab

G

actio-

actione Dauidis, secundum & tertium mensum de quibus Exodi 16. v. 1. & ca. 19. v. 1. ab anni exordio supputandum fatetur. Vide quæ iam afferam in cap. 8. Gen. v. 2. 5. 10. 14.

2. *Computatio ab initio pluuiarum probabilior.*

7. Altera ergo supputatio mihi probabilior videtur, quæ ab initio pluuiæ vsq; ad aquarum decrementum, non nisi 150. dies numerat, ita vt 40. dies imbrium in illis 150. absorbeantur. Est S. Ambrosij de Noë & Arca cap. 17. vbi etiam vnum annum computat ab initio diluuij, non vsq; ad annum sexcentimum primum Noe, sed vsq; ad 27. diem secundi mensis, & mensum septimum ab initio non diluuij, sed anni, computat. Idem sentit Vincentius lib. 1. Specul. hist. cap. 60. Historia Scholastica cap. 54. Gen. Lyranus Gen. 8. lit. f. & h. Hugo de S. Victore, Cornelius, Bonfrerius, Menochius. Gen. 7. & 8. Gordonus cap. 5. num. 2. Petauus lib. 9. cap. 10. Pererius etiam locis citatis magis in hanc explicationem, quam in aliam propender. Accedunt Scaliger cap. de diluuij, Caluissus Isag. Chron. cap. 33. Rabi Salomon apud Tostatum & Lyranum in hunc locum. Nulla enim est necessitas aut ratio, quæ suadeat, multiplicanda esse initia mensium, primi, secundi, septimi, decimi, quos in eodem historiae contextu, sine vilo varietatis indicio ponit Moyses, dum ait, mense secundo anno sexcentesimo vitæ Noe, immisissam pluuiam, mense septimo Arcam quietuisse, mense decimo montium iuga apparuisse: ac rursus primo mense anni sexcentesimo primi (puta vitæ Noe, vt habent septuaginta & fatentur aduersarij) tetam Arcæ fuisse apertum, mense secundo arefactam terram &c. Sicut ergo mensis secundus omniam iudicio ab anni capite ducitur: ita septimus & decimus, vt supputant S. Ambrosius & alij iam laudati. Annum autem istum fuisse 600. vitæ Noe certum est, sensu superius explicato, quem annum 1656. Orbis conditi numero, aquarum imminutionem refero ad diem 151. ab initio diluuij computatam, quæ fuit 20. septimi mensis lunaris: si verò menses fuere triecenarij 17, Arcæ quietem sacer textus Latinus & Græcus notat die 27. eiusdem septimi mensis quæ dies incurrit in 18. ab inchoato diluuij, si mensibus lunaribus utamur, si triecenarijs incidet in 161.

Quomodo
Aque ob
sinuerunt
terræ 150.
diebus.

8. Huic expositioni neq; fons Hebræus, neq; vulgata editio, neq; Symmachi, neque Aquilæ, neq; septuaginta interpretum translatio, cum horum 150. dierum mentionem faciant, aduersatur: omnes enim eum sensum admittunt, vt vis diluuij dicatur, superasse terram, aquæ orbem terræ vicisse tum elevatione sua per dies 40. crescente, tum per alios 110. altitudine permanente, ita vt ab initio ascensus, siue ruptorum abyssi magnæ fontium, vsque ad aquarum imminutionem elapsi sint dies 150. toto enim illo temporis spatio præualuerunt aquæ, victoriam ab initio pluuiarum inceptam continuo obtinuerunt: partim crescendo, partim in sua altitudine consistendo, dominabantur orbi post

post illos verò 150. dies, vis illa immanis aquarum remittere, paulatim cedere, ac imminui, terra vero tyrannidis illius iugum sensim excutere visa est. Quæ tyrannidis in terras, non tunc solum sæuebat, cum maximam altitudinem retinere, sed tunc etiam, cum vis aquarum qua infernè ei impentium, qua supernè præcipitantium sic præualebat, vt orbis terrarum nullis ruptus molibus obiectis, nullis montium aggeribus oppositis resistere posset. Hebræum verbum גבחר, roborauit se, quod isto capite Gen. quater reperitur, v. 8. vbi noster vertit, mundauerunt, v. 19. præualuerunt, v. 20. altior fuit, v. 24. obtinuerunt. Septuaginta transtulerunt, ἐπεσπάρη. ἐπεσπάρη. ὑψώθη. ὑψώθη. nempe τὸ ὑδάσ.

IN CAPVT VIII.

GEN. v. 2.

Clausi sunt fontes abyssi, & cataracta cæli, & prohibita sunt pluuia. v. 2.

Hinc Oleaster contendit imbres ab initio diluuij cæptos, durasse 150. dies: eo quod in fine cap. 7. aquæ dicantur obtinuisse terram 150. diebus, quibus absolutis tum primum pluuia cessasse, neq. nisi post 40. dies imbrum Arcam à terra eleuatam fuisse autumat. Quod ante docuerat Aben Ezra vt habet, nec refutat Munsterus Gen. 7. Sed hæc opinatio bene à plebiscisq. refellitur. Deus enim præcedenti capite verba 4. non nisi 40. dierum pluuia minatus fuerat, & eas induxisse dicitur v. 12. Deinde scriptores passim etiam antiqui in hoc consentiunt, quod aquarum altitudo, aut 150. aut saltem 110. dies finitis imbribus tenuerit. Arcam verò, si non ante 40. diem eleuata fuisset, aquæ sine dubio obruissent: ac proinde intra 40. dies pluuiarum, ea fluitare cæpit, priusquam vis aquarum vertices montium transcendisset. Tostatus Gen. 7. putat 5. aut 6. die pluuiarum, Arcam sustolli cæpisse. Nec iuuat Oleastrum, quod Moyses prius illorum 150. dierum meminert, quam pluuia fuisse prohibita diceret. Nam etiam v. præcedenti aquas imminutas asseruerat: nec tamen inde colligere licet, eos ante decreuisse, quam pluuia cessarent. Moyses igitur, cum hic ait clausos fuisse fontes abyssi, anacephaleosi vitur, vt notat Sallianus num. 41. & causas minuendarum aquarum ex alijs affert, inter quas v. 1. commemorat ventum exsiccantem, tanquam causam positiuam decrementi aquarum: causas verò negatiuas v. 2. adducit, clausam abyssum, & cataractas cæli, nec non prohibitas pluuia, ne scilicet quod initio diluuij factum fuerat aquarum vis infernè ac supernè irrumpens vêtis, & alijs causis exsiccantibus obstaret. Sic autè inhibita sunt pluuia, vt cum ineunte cataclysmo 40. dies tenuisset, nullæ postea deciderint, quoad Noe cum suis Arca egredereetur anno sequenti

*Pluuia
Diluuij
durauit
150. diebus
sed 40.
sanium.*

menſe 2. die 27. Cum autem Noë in Arca fuerit menſem integrum lunarem & 10. dies, nec niſi 40. primis diebus pluuiæ deciderint, vndecim menſes ſine pluuiâ decurrerunt, vt aduertit Bonfr. Gen. 8. v. 4.

GEN. 8. v. 4.

Hic menſis non eſt ab initio diluuij vel anni 600. Noe ſed v. ſualis anni.

1. *Requieuiſq; Arca menſe ſeptimo.* Hunc ſeptimum menſem aliqui computant ab initio diluuij, vt Toſtatus & ij, qui ab initio pluuiæ vſque ad imminutionem aquarum 190. dies ſupputant: alij ab initio anni ſexcente ſimi vitæ Noe; alij denique quorum rationes probo, fatentur quidem hunc ſeptimum menſem incidere potuiſſe in annum 600. Noe, eum tamen numerant, à capite anni, iuxta modum ſupputandi illis temporibus vſitarum, ſiue ab autumno, ſiue à vere, prout ſunt diuerſæ authorum hæc de re opinionones. Ita Bonfrerius & Petrauius, fauetq; Cornelius in hunc verſiculum, & diſertè exprimit Menochius. Et patet ex dictis cap. præced. q. 8. Dicitur ergo requieuiſſe Arca menſe ſeptimo, ſubaudi. anno 600. Noë ſicut templum ædificari cœptum menſe 2. anni 4. Salomonis 3. Reg. 6. v. 1. & verbum Domini factum ad Zachariam menſe nono anni 4. Darij Regis, Zachariæ 7. v. 1. Lyranius in hunc locum ab initio anni hunc menſem ſeptimum deducit.

Ab Hebræo hic diſcrepat Latinus & Græcus.

2. *Vigeſimo ſeptimo die menſis.* Ita conſtanter legunt, editio Latina, Græca, & paſſim Sancti Patres. In Hebræum textum, poſt S. Hieronymi tempora, error facile potuit irrepere, idque propter literarum affinitatem, quibus Hebræi diè 17. & 27. exprimere ſolent, vt plerique huius loci interpretum animaduertunt, & concedere debent ij, qui hunc ſeptimum menſem putant ab anni exordio, vt ſupra declarauim. Bene etiam nonnulli notant, aquas diluuij paulatim decreuiſſe: ſiquidem Arca die 27. menſis ſeptimi montibus iam adhæſerat, nec tamen ante decimi menſis initium cacumina montium apparuiſſe dicuntur. Quare tempus ſufficiens interponi debet, inter primum aquarum decrementum, & diem, quo Arca montibus adhæſit. Porro hoc loco, Hebræus duas voces habet. *יָמֵי עֶשְׂרִים*, id eſt, decimo die, pro vnica diſtione *יָמֵי עֶשְׂרִים*, hoc eſt, vigeſimo, ſupple die, vt notant Cornelius, Bonfrerius & c. Similis ferè eſt lectionis varietas Pſal. 4. v. 3. Vſquequo graui corde: vt quid & c.

Opinio Caietani.

3. Caietanus in hunc locum, modernam Hebræorum lectionem ſequitur, & ait, *primò*, Arcam requieuiſſe menſe lunari ſeptimo, ab initio diluuij, die 17. *Secundò*, ſingulis menſibus apud Iudæos 29. dies deputari. *Tertio*, Ideo ab initio diluuij ad Arcæ quietem dies 191. computat. Vnde tandem cōcludit, 40. dies pluuiæ eſſe omnino ſeparandos à 150. diebus de quibus Gen. 7. v. 24. Verum hæc doctrina admittenda non eſt. Arca enim quieuit die 27. menſis ſeptimi ab anni capite, non à diluuii origine computati. Nec ſingulis menſibus lunaribus Iudæi 29. dies attribuunt, ſed alternis 29. & 30. Sic ab initio menſis primi

Deſignatur

primi vsque ad diem 17. septimi, sunt dies 194. Deinde ex supputatione Caietani imminutio aquarum & quies Arcae in eundem diem incidissent, quod sua-
 fu difficile est, imò falsum. Ex falso igitur ratiocinio colligit illos dies 40. plu-
 uia ab istis 10. excludendos esse, nec vlllo modo probat lectionem Iudaicam,
 Latinæ & Græcæ editioni præferendam.

4. Sed & Abulensis computus fallit, qui cum scitè mensibus septem luna-
 ribus dies 207. dedisset; (si menses impares pleni constituantur) inde 190. sub-
 trahit, quot ab initio diluuij vsque ad aquarum decrementum enumerat, re-
 manentibus 17. diebus, colligit totidem diebus aquas prius minui cœpisse,
 quam Arca iugis montium in se dasset. Sed fallit, inquam, computus. Hoc enim
 Arca non nisi finito mense septimo subsedit. Dicendum igitur est Arcam
 subsidisse in montibus die 27. mensis septimi, quæ erat 207. dies mensium luna-
 riarum ab anni exordio computata, à primo aquarum decremento octaua; ab
 initio diluuij 18.

Fallit Cæ-
 puius A-
 bulensis

GEN. 8. v. 5.

Decimo autem mense, prima die mensis, apparuerunt cacumina montium. Caieta-
 nus cum nonnullis alijs hunc mensis ab initio diluuij computat. Ab Arcae
 quiete, vsque ad initium huius decimi mensis dies 70. connumerat, è quibus 12.
 ad mensis septimum, reliquos 58. ad octauum & nonum mensis refert. Sed
 hæc admittenda non esse, ex dictis liquet. Sic enim menses singuli forent 29.
 dierum, quod iam refutatum est. Adhæc si ab ineunte diluuij, vsque ad appa-
 rentia montium capita, nouem menses vt vult Caietanus præterierunt; annus
 Noe 600. æquo longior fuit. Nam ante diluuium, transacti erant, vt minimum
 45. dies, si nimirum primus mensis 29. diebus absoluebatur; quibus si 40. dies
 corui dimissi, & saltem 14. columbæ bis emissæ adijciantur, consistit dies 99.
 in tres menses, decimum, vndecimum duodecimum distribuendi, qui tamen ex
 opinione Caietani non nisi 87. dies continent. Abundabit igitur annus sexcen-
 tesimus vitæ Noe, diebus, vt minimum 12. Annum etiã olim duodecim men-
 sibus vndecim diebus, ac 12. adiunctis diebus contentum fuisse, commi-
 nisi poterit; at probare deberet.

Hic mensis
 arat 10. nō
 ab initio
 diluuii nō
 que ab
 Arca qui-
 et sed ab
 initio an-
 ni cum
 visato.

Melius igitur hic mensis decimus ab anni primordio computatur, vt supra
 dixi, q. 6. in cap. 6. Gen. quod in hunc locum disertè asserunt Lyra. & Meno-
 chius cum ijs, qui 40. dies pluuiæ non distinguunt à 150. quibus aquæ terram
 obtinuisse dicitur Gen. 8. v. 24. vide supra q. 7. Apparuerunt igitur montium
 apices aquis nudati ineunte mense decimo, ab Epocha anni tunc vsitata, die
 167. si menses fuerunt lunares, ab inducto diluuij die 221. vt ex dictis tum hoc
 sapite, tum præcedenti colligere licet.

GEN. 8. v. 6.

Cumq; transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram Arca, quam feceras, dimisit coruum. Hi quadraginta dies computatur ab initio mensis decimi, quo montium vertices aquis decrescentibus eminere cœperunt, ita vt conspici possent. Ex quo colligimus coruum emissum, mense vndecimo, circa diem decimam aut vndecimam, prout quadraginta dies includi aut excludi, mensis decimus, aut cauus aut plenus computari potest.

GEN. 8. v. 10.

Quoties
& quan-
do emissa
columba.

Expectatis autem vltra septem diebus alius rursum dimisit columbam. Certum est ter emissam ex Arca columbam. Prima vice redit vacua, altera cum ramusculo, tertia emanavit. Argumentum nullum positum occurrit, quo affirmare auis septenos dies esse interpositos, à coruo dimisso ad primam columbæ emissionem; cum tamen sine ratione dierum numerus augeri non debeat, arbitror vel eo die quo coruus ablegatus fuerat, aut potius sequenti missam primam, & vacuam rediisse columbam, vt quod S. Patriarcha per coruum non poterat intelligere, per columbam exploraret: an scilicet aquæ cessassent terræ superficie, obtegere. Si enim dixeris cum Lyrano, Abulensi, Del Rio, Noe, coruo in Arcam non reuerso septem dies expectasse, antequam prima vice exploratricem columbam ablegaret: quæram cur non citius? cur non 40. dierum moras traxerit? An quia Moyses, ait eum septem aliis diebus præstolatum fuisse: At Moyses voce illa *aliis*, nihil aliud significare videtur, quam hos septem dies, esse ab illis 40. quorum paulo antè meminerat, distinctos, & inter primam ac secundam columbæ explorationem transactos. Ac proinde à die quo coruus euolauerat, vsq; ad eum quo columba ramusculum oliuæ in Arcam reportauit, non nisi septem dies, aut saltem octo fluxisse opinor, sicuti hinc ad tertium columbæ auolatam, alijs septem intercesserunt. Ita censent Caietanus, hic, Salianus loco citato, Pererius lib. 13. disputat. 6. quibus tacite suffragantur, qui non nisi bis septem dies emissionibus columbæ annumerant, Rupertus li. 4. cap. 23. Tornilius illo anno m. 1656. Olearter Gen. 7. Bonfrerius Gen. 8. v. 12. Genebrardus lib. 1. S. Ambrosius de Noe & Arca cap. 18. 19. 20.

Obiectio.

2. His obijci solet, tribus mensibus lunaribus contineri dies 88. Moysen verò ab initio mensis decimi vsque ad finem anni tantum numerare, 40. dies corui, bis septem columbæ, qui simul iuncti conficiunt 54. Ergo 34. dies deerunt ad anni complementum. Respondet Salianus nouem integros menses, ab initio diluuij, vsque ad detecta montium iuga putandos; tres verò sequentes menses compleri non solum 40. & bis septem diebus, sed etiam 46. qui diluuium præcesserant, è quibus 34. annum lunarem expleuerunt: reliqui verò 12. aut potius inquit *vndecim* pertinebant ad exæquandum menses lunares cum anno solari.

3. Ve:

3. Verum contra hanc expositionem occurrit in primis, quod mensis ille decimus, in cuius prima die apparuerunt cacumina montium, non ab initio diluuij, sed à capite anni putandus sit. Deinde hoc modo annus fuisset 12. mensium, & 12. dierum. Si enim primus mensis fuit plenus; reuera 46. dies illius anni diluuium præcesserunt; si primum mensem cauum feceris; cogoris duodecimum, imo & decimum plenos computare, & tribus vltimis mensibus 89. dies tribuere: quo tandem fiet vt annus iste 12. menses lunares & duodecim dies complectatur, nisi forte dixeris Patriarcham eodem illo die Arca tectum deduxisse, quo vidit columbam non redire. At verisimilius est columbae reditum vsq; ad vesperam fuisse expectatum: paulatim deinde sequenti die laboratum tecto remouendo, vt liber in omnem partem aspectus pateret, & videretur, quænam esset rerum facies, præsertim in planis & conuallibus, tandemque deprehenderetur, an terræ superficies humoribus nimijs & luto careret. Quod non ante sequentis anni primordia deprehensum est, quando tamen Noe, rebus omnibus bene perspectis, necdum excendendi tempus esse iudicauit, donec tandem die 7. mensis secundi, iussu Dei postliminio rursus in terrâ possessionem reuersus est.

Responsio.

4. Quare probabilior videtur eorum responsio, qui ab incunte diluuiio vsque ad aquarum decrementum 150. dies ponunt, mensem vero decimum, quo montium vertices patuerunt, ab initio anni computant: inde tres ipsos menses vsque ad anni finem numerant, rati Moysen, sicuti non omnes menses commemorauit, ita nec omnes dies istius anni expressisse: sed eos tantum, quibus aliquid memorabile contigerat.

Conclusio.

GEN. 8. v. 13.

Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis, imminuta sunt aqua super terram. & aperiens Noe relictum Arca, aspexit, viditq; quod exsiccata esset superficies terræ. 1. Quæstio hic est, quomodo dicat Moyses hoc versiculo exsiccata esse superficiem terræ, cum versu sequenti asserat, mense demum secundo, die 27. terram arefactam? Caietanus diem illum quo terra arefacta dicitur, vnam eandemq; fuisse putat, cum ea, qua exsiccata superficies terræ scribitur: dici autem primam mensis, si referatur ad annos vitæ Noe; sin autem ad annuam vsualem siue currentem; nominari 27. secundi mensis. Opinatur enim hic author mensem septimum & decimum, cuius mentio sit hoc ca. v. 4. & 5. ab initio diluuij petendos esse; mensem primum v. 13. ad Natalem spectare; mensem secundum v. 14. ab anni primordio deduci.

Quæstio.

1. Opinio.

2. At melius Pererius lib. 13. disp. 9. & alij passim arbitrantur Moysen in tam breui narratione, tanta ambiguitate loqui noluisse, quæ narratione ipsam obscu-

2. Opinio.

verior.

obscu-

obscuraret, & lectoris intelligentiam confunderet. Accipitur igitur hic primus mensis, prima dies mensis, secundus mensis, & 27. eiusdem, vt superior cap. secundus mensis 17. eiusdem, qua cœptum est fieri diluuium, facta ab anni currentis initio supputatione. Dicitur in Græco diferte hic annus sexcentessimus vitæ Noe (quod in Hebræo supprimitur) eo nimirum sensu, quo diluuium anno sexcentesimo Noe inijsse scribitur Gen. 7. v. 11. vt supra dixi.

Concl.

3. Prima die primi mensis terræ superficies, aquis nudata & exsiccata erat, interius vero humida, mollis & adhuc lutulenta: die 27. sequentis mensis terra ipsa ita perfecte arida siue sicca & solida extitit, vt commodam hominibus & bestijs habitationem præberet. Ita innuit textus ipse & plerique interpretam docent, Abulensis, Pererius, Cornelius, Bonfrerius, Saliarius an. mundi 1657. num. 5. & 6.

GEN. 8. v. 14.

Duratio
Diluuij.

Mense secundo, septimo & vigesimo die mensis arefacta est terra. Hinc apparet, quanto temporis spatio durauerit diluuium, Noe in Arca manente. Constat enim diluuium cœpisse, anno illo, quo numerabatur sexcentessimus vitæ Noe, die 27. secundi mensis. Gen. 7. v. 11. Finito autem penitus cum suis reliquijs diluuium, Noe cum suis ex Arca egressus est, mense secundo, septimo & vigesimo die mensis. Gen. 8. v. 14. & 18. vtique anno sexcentesimo primo. Transierunt igitur ab initio diluuij vsque ad exsensionem ex Arca inclusiue, annus vnus vsualis, & dies vndecim. Vtrum tunc anni solares in vsu fuerint, ita vt singuli communes 365. diebus constarent, in quæstione poni solet: probabilius puto fuisse lunares ordinariè dierum 354. cum Lyra Gen. 8. & alijs supra laudatis Gen. 7. q. 2. num. 9. Quod si ita est, nec annus iste Embolimus fuit, Noe clausus in Arca permanserit, ad diem 365. quo clauditur communis annus solaris. Hoc probabilissimum putat Bonfrerius hic v. 14. Neque huic calculationi aduersantur, quæ in hunc locum notat Cornelius. Puto enim diluuij tempore in vsu fuisse, annoseo fere modo constitutos, quo Hebræi iam olim vsi sunt, & per vnus mensis intercalationem, secundo vel tertio anno insertam, suos annos ad solis cursum reuocabant, vt habet ibidem Cornelius, qui hanc anni formam vocat solarem, eo quod Hebræi semper annum suum inchoarent à mense nouarum frugum, & in eo Pascha celebrarent. Fauet Iosephus, citatus illa q. 2. num. 10. Modus enim quo Iudæi annos dispensant facit vt lunaribus quidem mensibus vtantur, sed interposito certis temporibus Embolismo, Nisan haud procul ab æquinoctio verno retineant, atque adeo annos vsuales ad solis rorum quadantenus reducant. Quod ipsum lege accepta sub Moyle factitarunt, vt ea, de Paschate, eleuatione manipuli, Pentecoste, messe triticea obseruarent, quæ lege cauebantur. Non fuit igitur opus vlla fastorum mutatione, quoad numerum mensium, & die-

rum,

rūm, quando lex per Moysen data est; sed tantum monendi erant Hebræi, vt Nilam in mensibus anni sacri primus constanter haberetur, quia non solum eo mense contigerat Exodus, sed fortè etiam creatus fuerat Adam, & anni primus inde ducebantur.

2. Quamobrem Torniello & Saliano non assentior, dum anno mundi ^{Covellari.} 1656. & 1657. annum Noë sexcentessimum faciunt solarem, ex 12. mensibus lunariibus & diebus vndecim conglutinatum. Non enim video, cur lunares menses vsurpentur, nisi ad cursum lunæ accommodentur, ea ferè ratione, qua etiamnum factitant Hebræi. Hanc autem rationem omnino turbant dies isti vndecim adiecti; sic enim fieret, vt si annus 600. Noe, nouilunio iniret, sexcentessimus primus luna circiter vndecima, 602. luna 22. 603. luna 3. sequens circa plenilunium aperiretur, & totius annorum istorum decursu, menses dicti lunares, multum à lunari mutatione discrepant, ac proinde tolleretur omnis vsus vtilis mensium lunarium, qui vulgo alium in finem non vsurpantur, nisi vt singuli dies mensium, ætati lunæ, more modoque ciuili congruant: quod ficti isti dies vndecim non patiuntur, nisi quam rarissimè. Menses lunares non sunt ad vsum idonei, nisi vt ex ijs annus lunaris constituitur vel simplex 354. dierum, vel embolimæus 384. aut 383.

Q V E S T I O V N I C A.

Quomodo diluuij tempus ad menses Romanos accommodari possit.

1. **A**ugustinus Torniellus ad annum mund. 1657. num. 3. rationi magis consentaneum putat, diluuium autumno inijsse, & anno sequenti circa Nouembrem esse finitum. Nihilominus num. 4. prolixè argumenta congerit, quibus confirmet opinionem Antonij Fonseca Lusitani, qui in suis super Caietani commentaria notis, Gen. 8. arbitratur mense Ianuario Patriarcham ex Arca egressum, & Ianum à Gentilibus nuncupatum. Verùm quicquid sit de Iani appellatione; exitus de Arca, non est tribuendus mensi Ianuario, tum quia reclamant vbique Scriptores, tum quia Torniellus asserit probabilius esse ipsum Noë, non præcisè ab eo tempore quo ex Arca pedem extulit, nimirum 27. mensis secundi: sed à proximo mensis tertij initio, nouum annum, nouam æram instituisse, primaque die sacrificium Deo obtulisse: tum denique quia coniecturæ, quas in hanc sententiam adducit, facilem ac obuiam habent solutionem, vt eas legenti patebit.

1. Opinia.

Refutatur

H

2. Hac

2. Hacigitur opinione omiſſâ, duratio diluuij, varijs nec improbabilibus modis aptari poteſt Romanis menſibus nunc vſitatis, prout ſunt variæ nec probabilitate carentes, de anno ante vulgarem Chriſti æram, quo diluuium accidiffe dicitur opiniones. Salianus & Torniellus illud adſcribunt anno 2398. Petauius 2329. Caluiſius 2294. Bucholcerus 2319. alij alio anno. Rem duobus exemplis illuſtrare ſufficiat. Petauius ſub initium lib. 13. ad annum m. 1655. hanc diluuij Chronotaxin breuiter ac dilucidè tradit. Anno, inquit, mundi labente 1655. à Ianuario, ineunte vero 1656. ab Octobri ac rerum conditu diluuium accidit. Menſis primus inijt Octobris x. feria iii. Menſis ſecundus Nouembris ix. Itaque decima ſeptima die menſis ſecundi, Nouemb. xv. pluuiæ cœperunt, & Noë in Arcam ingreſſus eſt. Quadraginta porto diebus continuè pluit, quod Decembris 26. die feria iii. fieri deſijt. Eodem interuallo aquæ cæteræ, vehementius inundarunt, ac terram vniuerſam operuerunt, ſic vt quindecim cubitis ſupra montium vertices eminent. Anno verò mundi 1656. his verbis orſam Chronologiam pertexit: Huius anni maiorem partem diluuium occupauit. Poſtquam diebus centum & quinquaginta, partim ingentibus pluuijs, partim inundante mari auctæ in immenſum aquæ terram obruerunt; deinceps minui cœperunt à die 17. menſis æquabilis ſeptimi, qui eſt Aprilis xxiv. feria iii. inde xxvii. die menſis eiſdem, hoc eſt, vndecimo poſtquam minui cœpta ſunt, Maij xv. feria vt. requieuit Arca ſuper montes Armeniæ, vt habet editio Latina vulgata. Poſtea decimo menſe, prima die apparuerunt cacumina montium Iulij vii. feria vii. Poſt dies xl. Noë coruum emiſit ex Arca Auguſti xv. feria v. qui nō eſt reuerſus. Poſt vii. dies Auguſti xxiii. feria v. columbam dimiſit, quæ cum in ſiccō pedem ſigere non poſſet, ad eum reuertitur. Igitur poſt ſeptem alios dies, hoc eſt, Auguſti xxx. feria v. iterum emiſit columbam, quæ ad eum reuerſa virentem oleæ ramum attulit. Rurſus poſt ſeptem dies Septemb. vi. feria v. columbam dimiſit, quæ non eſt reuerſa. Euoluto demum anno ſexcenteſimo Noëmi & ineunte ſexcenteſimo primo, menſe primo, id eſt, Octobris x. feria vii. ſiccatis iam aquis Noë reſtū Arcæ diduxit. Menſe deinde ſecundo, die xxvii. nempe Decembris vii. feria vii. iuſſu Dei Noë ex Arca digreſſus eſt, ac Soteria celebravit. Hæc ibi Petauius, quæ latius explicat tomo 2. lib. ix. cap. xi.

*Chronotaxi
de diluuij
ex Caluiſio.*

3. Sethus Caluiſius ad annum m. 1656. ſic ſcribit. Noah die 21. Nouembris feria 4. accipit mandatum, vt ingreſſiatur Arcam cum vxore, tribus filijs & omnis generis animalibus. Pluuiæ incipiunt die 28. Nouembris &c. Ad annum verò 1657. pluuiæ ceſſant die 6. Ianuarij. Arca quieuit die 26. Aprilis in montibus Ararat. Circa octauam Iulij apparuerunt cacumina montium. Noah coruum emittit circa 17. Auguſti, poſt octiduum die 24. Auguſti emittit

mittit columbam, iterum post octiduum ultimo Augusti columba emissa læ-
tum aquarum imminutarum nuncium præbet, exhibito ramusculo oleæ viren-
tis. Die 7. Septembris columba emissa non redit. Circa vndecimum Octo-
bris Noah tectum Arcæ remouet, seq; cum omnibus animantibus iterum ter-
ræ committit, circa 7. Decembris. Hæc ex illo, paucis omissis, ad Chronolo-
giam non spectantibus: quæ prolixius deducit Isagoges Chron. cap. 33.

4. Nota hunc authorem sequi textum Hebræum, ex quo Arcæ quietem *Nota 1.*
notat 17. mensis septimi: atque ita iuxta ipsius computum, eadem die qua cor-
perunt aquæ imminui, Arca requieuit. Quod licet absurdum sit, mauult tamen
hereticus hoc admittere, quam cum Sanctis Patribus Latinam & Græcam
versionem admittere. Vide supra, quæ annoto Gen. 7. q. 2. sub finem.

5. Aduerte rursus horum duorum authorum calculationem congruere *Nota 2.*
annis Iulianis, siue Calendario veteri, quo à Christi pueritia vsque ad Grego-
rium XIII. vsi sunt Romani, tum Ethnici, tum Christiani. Denique in vtriusque
supputationibus accipiendos esse menses 30. dierum.

6. Ego vero probabilius existimo Patriarchas vtpote Astronomiæ non *Opinio au-*
ignaros, & à vulgi consuetudine non abhorrentes, talem anni formam obser- *thoris.*
uasse, vt singulorum annorum capita non multis diebus ab æquinoctio dista-
rent, & vsu saltem ciuili initia mensium cum nouilunijs congruerent: ac pro-
inde mensibus lunaribus vsos fuisse, qui magis Gregoriano quam Iuliano Cal-
endario responderent. Cum etiam ex æquo & bono constituam diluuium
anno mundi 1656. ante communem æram Christi 2385. putauit subijciendum
diagramma, durationis diluuij per dies singulos extensæ & ad menses lunares,
& Romanos accommodatæ, iuxta formam styli Gregoriani. Incipio verò di-
luuij Chronotaxin à die 17. mensis secundi, anni tunc currentis, qui erat sex-
centessimus Noë, eiusque dies 46. elapsi erant, si mensis primus fuit plenus:
quamuis potius crediderim fuisse cauum. Sed communi appre-
hensionî hîc seruiô.

H 2

DIAGRAM-

DIAGRAMMA DVURATIONIS DILV VII.

Dies anni	Dies ab initio diluuij.	Mensis lunaris Iiar.	Mensis Rom. Maj.		Dies anni.	Dies ab initio diluuij.	Mensis lunaris Iiar.	Mensis Rom. Maj.
47	1	17. a	6	a Die 27. secundi mensis cepit diluuiū. Gen. 7. v. 12. Si id contigit, anno ante aram Christi 2387. initium anni Lunaris commodè referri potest ad 10. Aprilis Iuliani cyclo Solis r. lit. Domin. B. A. Aureo numero 17. Stylo vero Gregoriano, quo hic vror ad 21. Martij fer. 2. lit. Dom. C. B.	69	23	10	28
48	2	18	7		70	24	11	29
49	3	19	8		71	25	12	30
50	4	20	9		72	26	13	31
51	5	21	10		73	27	14	1. Iun.
52	6	22	11		74	28	15	2
53	7	23	12		75	29	16	3
54	8	24	13		76	30	17	4
55	9	25	14		77	31	18	5
56	10	26	15		78	32	19	6
57	11	27	16	79	33	20	7	
58	12	28	17	80	34	21	8	
59	13	29	18	b Incipit Sivan mensis tertius.	81	35	22	9
60	14	1. b	19		82	36	23	10
61	15	2	20	c Vltimus dies pluuiæ fuit quadragesimus ab initio diluuij 27. mensis Sivan 14. Iulij fer. 3. Diluuium autè incepit die 17. secundi mensis Maij Gregoriani die 6. fer. 6.	83	37	24	11
62	16	3	21		84	38	25	12
63	17	4	22		85	39	26	13
64	18	5	23		86	40. 6	27	14
65	19	6	24		87	41	28	15
66	20	7	25		88	42	29	16
67	21	8	26	d Tamuz 4. mensis inijt die 44. ab initio Diluuij 18. Iunij.	89	43	30	17
68	22	9	27		90	44	1. d	18

Dies

Dies anni.	Dies ab initio diluuij.	Mensis lunaris.	Mensis Rom. lun.
91	45	2	19
92	46	3	20
93	47	4	21
94	48	5	22
95	49	6	23
96	50	7	24
97	51	8	25
98	52	9	26
99	53	10	27
100	54	11	28
101	55	12	29
102	56	13	30
103	57	14	1. Iul.
104	58	15	2
105	59	16	3
106	60	17	4
107	61	18	5
108	62	19	6
109	63	20	7
110	64	21	8
111	65	22	9
112	66	23	10

Dies anni.	Dies ab initio Diluu.	Mensis lunaris.	Mensis Rom. Iun.
113	67	24	11
114	68	25	12
115	69	26	13
116	70	27	14
117	71	28	15
118	72	29	16
119	73	1. e	17
120	74	2	18
121	75	3	19
122	76	4	20
123	77	5	21
124	78	6	22
125	79	7	23
126	80	8	24
127	81	9	25
128	82	10	26
129	83	11	27
130	84	12	28
131	85	13	29
132	86	14	30
133	87	15	31
134	88	16	1. Aug

H 3

Dies

Dies

Dies anni vsua- lis.	Dies ab i- nitio diluuij.	Mensis Ab	Mensis Rom. Aug.		Dies anni vsua- lis.	Dies ab ini- tio di- luuij.	Mensis Ab	Mensis Rom. Aug.
135	89	17	2		157	111	9	24
136	90	18	3		158	112	10	25
137	91	19	4		159	113	11	26
138	92	20	5		160	114	12	27
139	93	21	6		161	115	13	28
140	94	22	7		162	116	14	29
141	95	23	8		163	117	15	30
142	96	24	9		164	118	16	31
143	97	25	10		165	119	17	i. Sept.
144	98	26	11		166	120	18	2
145	99	27	12		167	121	19	3
146	100	28	13		168	122	20	4
147	101	29	14		169	123	21	5
148	102	30	15		170	124	22	6
149	103	1. f	16	f Elul mensis sextus	171	125	23	7
150	104	2	17	incipit die 103. di- luuij, Augusti 16.	172	126	24	8
151	105	3	18		173	127	25	9
152	106	4	19		174	128	26	10
153	107	5	20		175	129	27	11
154	108	6	21	g Die 178. ab initio anni 132. ab initio diluuij, Septemb.	176	130	28	12
155	109	7	22	14. aperitur mensis septimus Tisri.	177	131	29	13
156	110	8	23		178	132	1. g	14

Dies anni.	Dies ab initio diluuij.	Mensis Tisri.	Mensis Sept.		Dies anni.	Dies ab initio diluuij.	Mensis Tisri.	Mensis Sept.
179	133	2	15		201	155	24	7
180	134	3	16	h Obtinuerunt aqua terram 150. diebus. Gen.7.v.24.	202	156	25	8
181	135	4	17	Et coeperunt minui post 150. dies. Gen.8.v.3. nempe ab incepto diluuii. Dies autem centesima quinquagesima incidit in 2. Octobris fer.1.	203	157	26	9
182	136	5	18		204	158	27 k	10
183	137	6	19		205	159	28	11
184	138	7	20		206	160	29	12
185	139	8	21		207	161	30	13
186	140	9	22		208	162	1. l	14
187	141	10	23		209	163	2	15
188	142	11	24		210	164	3	16
189	143	12	25	k Requiesit arca mense septimo vigesimo septimo die mensis super montes Armenia. Gen.8.v.4. puta 10. Octobris fer.2.	211	165	4	17
190	144	13	26		212	166	5	18
191	145	14	27		213	167	6	19
192	146	15	28		214	168	7	20
193	147	16	29		215	169	8	21
194	148	17	30		216	170	9	22
195	149	18	1. Oct.		217	171	10	23
196	150	19 h	2	l Die 162. ab initio diluuij coepit mensis octauus Marchesuan.	218	172	11	24
197	151	20	3		219	173	12	25
198	152	21	4		220	174	13	26
199	153	22	5		221	175	14	27
200	154	23	6		222	176	15	28

Dies

Dies anni.	Ab initio diluuij.	Mensis Chesuā	Mensis Octob.		Dies anni.	Ab initio diluuij.	Mensis Chesuā	Mensis Octob.
223	177	16	29		245	199	9	20
224	178	17	30		246	200	10	21
225	179	18	31		247	201	11	22
226	180	19	1. NOV.		248	202	12	23
227	181	20	2		249	203	13	24
228	182	21	3		250	204	14	25
229	183	22	4		251	205	15	26
230	184	23	5		252	206	16	27
231	185	24	6		253	207	17	28
232	186	25	7		254	208	18	29
233	187	26	8		255	209	19	30
234	188	27	9		256	210	20	1. Dec.
235	189	28	10		257	211	21	2
236	190	29	11		258	212	22	3
237	191	1. III	12	m Initium mensis noni Casleu.	259	213	23	4
238	192	2	13		260	214	24	5
239	193	3	14		261	215	25	6
240	194	4	15		262	216	26	7
241	195	5	16		263	217	27	8
242	196	6	17		264	218	28	9
243	197	7	18		265	219	29	10
244	198	8	19		266	220	30	11

Dies

Dies anni.	Ab initio diluuij.	Mensis Tebeth	Mensis Decēb.		Dies anni.	Ab initio diluuij.	Mensis Tebeth	Mensis Decēb.
267	221	1	12	n Initium mensis decimi Tebeth. Decimo mense prima die mensis apparuerunt cacumina montium. Gen. 8. v. 5. die ab inchoato diluuiō 221. Decembris 12. fer. 2.	289	243	23	3
268	222	2	13		290	244	24	4
269	223	3	14		291	245	25	5
270	224	4	15		292	246	26	6
271	225	5	16	p Initium mensis vndecimi Sebat.	293	247	27	7
272	226	6	17		294	248	28	8
273	227	7	18		295	249	29	9
274	228	8	19		296	250	1. p	10
275	229	9	20	q Cumq; transissent 40. dies aperiens Nā fenestram arca, quam fecerat, dimisit eorum. Gen. 8. v. 6. Hi 40. dies ab initio mensis decimi computantur; & finiuntur die 11. mensis vndecimi 20. Ianuarij, ann. ante Chr. 2384. feria 6. Sequenti die, puto emissam prima vice columbam fer. 7. de qua Gen. 8. v. 8. Emisit quoq; columbam post eam.	297	251	2	11
276	230	10	21		298	252	3	12
277	231	11	22		299	253	4	13
278	232	12	23		300	254	5	14
279	233	13	24	computantur; & finiuntur die 11. mensis vndecimi 20. Ianuarij, ann. ante Chr. 2384. feria 6. Sequenti die, puto emissam prima vice columbam fer. 7. de qua Gen. 8. v. 8. Emisit quoq; columbam post eam.	301	255	6	15
280	234	14	25		302	256	7	16
281	235	15	26		303	257	8	17
282	236	16	27		304	258	9	18
283	237	17	28	computantur; & finiuntur die 11. mensis vndecimi 20. Ianuarij, ann. ante Chr. 2384. feria 6. Sequenti die, puto emissam prima vice columbam fer. 7. de qua Gen. 8. v. 8. Emisit quoq; columbam post eam.	305	259	10	19
284	238	18	29		306	260	11 q	20
285	239	19	30		307	261	12	21
286	240	20	31		308	262	13	22
287	241	21	1. Ian.	computantur; & finiuntur die 11. mensis vndecimi 20. Ianuarij, ann. ante Chr. 2384. feria 6. Sequenti die, puto emissam prima vice columbam fer. 7. de qua Gen. 8. v. 8. Emisit quoq; columbam post eam.	309	263	14	23
288	242	22	2		310	264	15	24

I

Dns

Dies anni	Ab ini- tuo di- lunii.	Mensis Sebat.	Mensis Ianua.		Dies anni	Ab i- nitio dilunii.	Mensis Sebat.	Mensis Ianua.
311	265	16	25		333	287	8	16
312	266	17	26		345	288	9	17
313	267	18 <i>r</i>	27	* Circa diem 8. mēsis vndecimi pu- to emissam altera vice columbā, quā- do dicitur ramum virentis oliuę in ar- cam retulisse.	335	289	10	18
314	268	19	28		336	290	11	19
315	269	20	29		337	291	12	20
316	270	21	30		338	292	13	21
317	271	22	31		339	293	14	22
318	272	23	1. Feb.		340	294	15	23
319	273	24	2	* Circa 25. aut 26. mēsis vndecimi, tertium emissā col- lumbā, non redijt in arcam. v. 12.	341	295	16	24
320	274	25 <i>a</i>	3		342	296	17	25
321	275	26	4		343	297	18	26
322	276	27	5		344	298	19	27
323	277	28	6		345	299	20	28
324	278	29	7		346	300	21	1. Mar.
325	279	30	8	* Initium mēsis duodecimi Adar dicti.	347	301	22	2
326	280	1. b	9		348	302	23	3
327	281	2	10		349	303	24	4
328	282	3	11		350	304	25	5
329	283	4	12		351	305	26	6
330	284	5	13		352	306	27	7
331	285	6	14		353	307	28	8
332	286	7	15		354	308	29	9

Dies anni.	Ab initio diluuij.	Mensis Nisan.	Mensis Martij.		Dies anni	Ab initio diluuij.	Mensis Nisan.	Mensis Martij.	
355	309	1 c	10	c Initium primi mensis anni ab Orbe condito 1657. quo spectat illud Gen.8. v.13. Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, primadie mensis, imminuta sunt aqua super terram.	12	331	23	1. Apr.	
356	310	2	11		13	332	24	2	
357	311	3	12		14	333	25	3	
358	312	4	13		15	334	26	4	
359	313	5	14		16	335	27	5	
360	314	6	15		17	336	28	6	
361	315	7	16		18	337	29	7	
362	316	8	17		19	338	30	8	
363	317	9	18		d Finis anni solaris.	20	339	1. c	9
364	318	10	19		e Initium mensis secundi, qui postea dictus est Iar.	21	340	2	10
365	319	11	20			22	341	3	11
1. d	320	12	21			23	342	4	12
2	321	13	22			24	343	5	13
3	322	14	23			25	344	6	14
4	323	15	24			26	345	7	15
5	324	16	25			27	346	8	16
6	325	17	26			28	347	9	17
7	326	18	27			29	348	10	18
8	327	19	28			30	349	11	19
9	328	20	29		31	350	12	20	
10	329	21	30		32	351	13	21	
11	330	22	31		33	352	14	22	

I 2

Dies

Dies anni.	Ab mi- tio di- luuij.	Mensis Iar.	Mensis Aprilis
34	353.	15	23
35	354	16	24
36	355	17	25
37	356	18.	26
38	357	19	27
39	358	20.	28.
40	359	21.	29.
41	360.	22.	30.
42	361	23.	1. Maij
43	362	24	2.
44	363	25	3.
45	364	26	4
46	365	27	5
		f	

f. Mense secundo, septimo & vigesimo die mensis arefacta est terra. Gen. 8. v. 14. Tunc Noë cum suis iussu Dei, ex arca egressus, sacrificat. vers. 18. Egressum Noë ex arca, refero ad diem 5. Maij, cum anno precedenti sexta die eiusdem in eam ingressus esset. Qui verò in historia diluuij menses 30. dierum, & quantitatem anni æquabilis Ægyptiaci sumendam existimant, Patriarcham anno integro solari & diebus vndecim in arca remorantur.

IN CAPVT IX.

GEN. v. 21.

*Huius hi-
storia tem-
pore in cer-
tano est.*

Bibensq; vinum inebriatus est, &c. Quoto anno post diluuium id acciderit, incertum est. Theodoretus q. 57. in Genesis tradit ex Hebræis Chanaan filium Chami, primò auium suam nudatum petulanter aspexisse, tum parenti suo rem istam retulisse, Chamum filij petulantiam non eoërcuisse, imò senis nuditatem irrisisse, ac fratribus, nisi modestiores fuissent, illudendam proposuisse. Hanc traditionem admittit Caieranus, in hunc versiculum, Meno-
chius

nochius vers. 25. Salianus ann. m. 1671. num. 2. Eandem referunt & tacite approbare videntur Pererius hîc, Torriellus ann. m. 1666. num. 3. Probabilitate non carere assentit Bonfrerius, cui assentior. Hinc ratio facile redditur, cur & Patriarcha non in alios Chami filios, sed in Chanaan solum maledictionis fulmen intorserit: quia videlicet illi fuerant peccati exsartes, Chanaan verò sceleris particeps, ita & maledictioni obnoxius. Atque ita probabile est, annis aliquot à diluuiò decursis hoc accidisse, quando nimirum Chanaan, post tres suos fratres natus doli capax erat, vt notant S. Ambrosius cap. 32. Pererius, Dell Rio, Cornelius, Bonfrerius, Salianus, Torriellus. Vtrum verò iam adultus fuerit incompertum est. Crediderim potius eum adhuc puerum tunc fuisse, sicut eum vocat Septuaginta, siue adolescentulum, 10. aut 12. circiter annorum, vt nonnullis auctorum citatorum placeat. Esto demonstratiuè refelli non possint, ij qui fortè dicerent, Chanaan iam ad ætatem adultam peruenisse, vel quædam Gennadio & Origene, eum natum necdum fuisse, quando Noë nudatus fuit, arbitrarentur. Sicut enim Prophetico spiritu Noë Chanaanis male dixit, antequam existerent, ita & Chanaan nepoti, eius impietatem paternæ similem præuidens, maledicere potuit.

GEN. 9. v. 24.

Cum didicisset, quæ fecerat ei filius suus minor, Septuaginta *ve* *ε* *ρ* *α* *ρ* *ο* *ν* vocant, quem Theodoretus putat fuisse Chanaan filium Chami, nepotem Noë, cui mox versiculo sequenti maledicitur: solent enim aui suos nepotes dulci filiorum vocabulo compellere. Iure autem poterat dici minor, vt distingueretur à Sem, Cham, & Iapheth; qui fuere maiores, & propinquiore Noë filij, vt aduertit Pererius. Communis tamen doctrina est, minoris filij nomine hîc intelligi ipsam Cham parentem Chanaan, qui comparatiuè minor siue iunior Semo dicitur, quamuis Iapheth senior. Ita Pererius, Cornelius, Bonfrerius, cum S. Chrysofomo hom. 29. in Genesim, vbi ait Chamum maiorem fuisse, quam Iapheth, dicit tamen minorem, & suis fratribus postponi, propter scelus in parentem commissum. Idem habet S. Ambrosius illo cap. 32. de Noë & Arca, qui cum dixisset, Cham fuisse medium filiorum Noë, subiungit, eum iuniorem appellari non ætate, non tempore, sed rudem sentu, & in quadam intellectu infantia constitutum.

Quis minor est filius Noë.

GEN. 9. v. 29.

Vixit autem Noë post diluuium trecentis quinquaginta annis: Hos annos sicut & biennium nati Alphaxad à transacto diluuiò putandos arbitror. Notant autem hic nonnulli Mathusalam vixisse cum Adamo annos 242. cum Noë verò circiter sexcentos, siquidem ipse Mathusala proximè ante diluuium obiit. Unde colligimus Patriarcham Noë viuæ vocis oraculo à Mathusala rerum naturalium

Vixit Noë 350. annis à transacto diluuiò.

ralium & supernaturalium scientiam consequi potuisse, quam Adamus Mathusalæ tradiderat. Addunt aliqui Abrahamum cum Noë vixisse annos 58. (cū à diluuiō, vsque ad excessum Noë Scriptura 350. annos numeret) & hoc modo plurimarum rerum scientiam ab Adamo per Mathusalam, & Noë ad Abrahā peruenisse. Verum hoc intelligi debet, ex eorum sententia, qui putant Abrahamum annis à diluuiō 292. elapsis natum. Ego verò cum alijs à diluuiō ad ortum Abrahæ annos 382. computo. Cum vero Semus ante Mathusalæ obitum annis vt minimum 98. natus fuerit, & post diluuium 502. annos vixerit; potuit ad annum Abrahami 120. peruenisse, & quæ ipse Semus à Mathusalā, & hic à primo parente didicerat, cum Abrahamo communicare.

IN CAPVT X.

GEN. v. 21.

*An Iaphet
natus ante
Semum.
1. Opinio
affirmat.*

1. Ratio.

2. Ratio.

*2. Opinio
negat.*

Fratre Iaphet maiore. Græca habent ἀδελφὸν ἰαφὲθ τῷ μεγάλῳ, fratri Iaphet maioris: textus verò Hebræus ex se ambiguus est. Opinionem Rabinorum & textum Græcum secuti Lyranus & Tostatus, putauerunt Iaphet, siue Iapetum fuisse natu maximum trium filiorum Noë, qui hic recensentur, secundum Cham, tertium Sem: quam opinionem probabilissimam existimauit Genebrardus. In cuius confirmationem adduci potest:

1. Quod Semus biennio post diluuium non nisi centum annorum dicatur. Gen. 11. v. 10. & Noë hos tres filios genuisse cum esset 500. annorum. Gen. 5. v. 31. Genuerit igitur Noë Iaphetum anno illo quingentesimo, Chamum 501. ac denique Semum 502. qui hoc modo biennio post diluuium centenarius inuenietur. 2. Quod hoc capite primo loco commemorentur filij Iapeti, deinde Cham, vltimò Sem. Si quis huius sententiæ authoribus obijciat scripturam, quæ filijs Noë recensendis constanter primum Semo locum tribuit, alterum Chamo, tertium Iapeto: Respondebunt, id fieri ratione dignitatis & sanctitatis, quia à Semo per Arphaxad descendit Abraham, atque adeo Messias ipse.

2. Tenenda nihilominus mihi videtur alia sententia, quæ iuxta vulgatam editionem, Semum inter fratres, Iapeto maiorem nominat. Ita legunt Caietanus, Pagninus, Vatablus, & legendum docent Cornelius atque Bonfrerius, qui notant verisimile esse, septuaginta versionem olim à Latina non discrepasse, eo quod in ijs eodem modo, quo in nostra editione legat S. Augustinus, lib. 16. de ciuit. cap. 3. S. verò Ambrosius cap. 31. sic sacram paginam interpretatur, vt Semus sit natu maximus filiorum Noë, medius Cham, minimus Iaphet: cui cum authoribus iam citatis assentior, fauente Tornio anno. m. 1659. vbi ait probabilius

bilius sibi videri Sem fuisse Iapeto maiorem, quod diserte afferit Menochius in hunc v. 21.

3. Ad id verò quod iam afferebatur, de filijs Noe anno ætatis ipsius 500. generati cæptis respondet Pererius lib. 13. disp. 10. vel Noe non cæpisse generare quingentesimo ætatis suæ anno præcisè: sed 502. eoque ipso anno Sem esse genitum, ob idque biennio post diluuium, fuisse eum centum annorum: vel Sem illo anno post diluuium, quo genuit Arphaxad, non fuisse centum annorum præcisè, sed centum & duorum: cum diuinæ Scripturæ mos sit, minutis numeris prætermisissis integrum siue rotundum numerum duntaxat commemorare. Idem habet Petavius lib. 9. cap. 17. & Cornelius in hunc locum, qui postea cap. 11. Gen. addit Sem genitum anno 502. Noe, & præcisè fuisse 100. annorum, quando genuit Arphaxad: quia enim, inquit, hic numerus minusus exprimitur, scilicet, quod biennio post diluuium Sem fuerit centum annorum, qui non exprimitur, cap. 5. vers. 32. hinc Moyses hic potius, quam capite 5. præcisè videtur consignare annos Sem. Hæc expositionem tuetur Bonfrerius, & ait sensum Scripturæ esse Gen. 5. Noe non ante 500. annum, sed sub illud tempus illos generasse. Idem habet Sallianusan. m. 1059. & 1659. Petavius in serie temporum ann. m. 1558. ait: Noe annos natus 502. genuit Sem. Et an. 1658. Arphaxad filius Sem nascitur, cum is centesimum annum ageret. Idem habet Caluissius an. m. 1658.

Ad 1. Raz.

4. Ratio etiam ad præcedentis opinionis firmamentum proposita, efficaç non videtur. Moyses enim paucis Cham & Iaphet profapiam expedire volebat, vt continuato postea historiæ filo, ordinem & res gestas posterorum Sem, sine interruptione vsque ad Abraham pertexeret. Primo loco recensentur filij Iaphet, deinde Chami, vltimo Semi, nempe à minimo, ad maximum natus Chami progenies filijs Semi proximè adiungitur, quia Moyses sæpius Chananzorum mentionem facturus erat, propter historiæ de Semi posteris professio instituendam.

Ad 2. Raz.

5. Neq; verò ex eo præcisè, quod Sem primo loco nominetur, eum ante alios genitum dixerim; neq; etiam ex eo, quod quis sanctitate & dignitate suos fratres antecedit, nomè ipsius fratrum nominibus semper præponi debere existimauerim. Sic enim Iuda ante suos fratres, David ante suos nominandus erat. Verum qui constanter in sacris literis ante suos fratres nominatur, is tempore cæteris præire censetur, nisi ratio sufficiens afferatur cur natiuitatis ordo nominibus eorum recensendis semper negligatur, vt in Abrahamo & eius fratribus contingit. E duobus igitur fratribus Iaphet Semus non dignitatis solum, sed etiam natiuitatis iure maior est, vt eum appellat vulgata editio. Gen. 10. v. 21.

Semus suis fratribus dignior & senior.

De Phaleg cuius fit mentio hęc v. 25. inquiram cap. seq. v. 16. quando sit natus, quomodo in diebus eius terra diuisa sit.

IN

Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad biennio post diluuium.

*Sem quādo
natus.*

1. Semum anno parentis sui quingentesimo secundo potius, quam præcise 500. genitum fuisse arbitror cum Lyrano Gen. 5. & alijs authoribus cap. præcedenti v. 21. num. laudaris. Vt verò à Noe ad Arphaxad Chronologia huius extendatur, minimè mihi necessaria videretur notitia anni ætatis Noe, quo ille Semum, neque ætatis Semi, quo ille Arphaxadum genuerit. Siquidem anno Noe sexcentesimo inijt diluuium, anno sequenti mense secundo desijt: cui addito biennio reperietur annus, quo Arphaxad in lucem venit, quamuis ex Scripturâ non constaret quoto ætatis suæ anno Noe Semum, quoto suæ Semus Arphaxadum genuisset. Sed quæstio est: quomodo Arphaxad biennio post diluuium nasci potuerit, cum ex communi sententia parentes eius in Arca, vsu coniugij abstinerint: & duo fratres ante ipsum in Scriptura numerentur.

*Status
quæstionis.*

1. *Opinio.*

2. Sunt nonnulli, qui de hisce minutijs parum solliciti, diluuium signant anno mundi 1656. ortum Arphaxadi 1658. vti que anno altero post diluuium currente. Ita Gordonus, Petauius, Bellarminus, in suis tabulis. In eundem computum incidunt, qui annum mundi 1657. tribuunt diluuii, & 1659. natiuitati Arphaxad, vt Bucholcerus. His addit Salianus Verromium, Adrichomium, & Sectarijs, Codomannum, Vignerium, Caluissium, Bruchtonum, Capellum. Imo Caluissius anno mundi 1657. notat diluuium, 1658. natalem Arphaxad.

2. *Opinio
probabilior*

3. Tornellus autem & Salianus probabilius asserunt natum Arphaxad anno mundi 1659. duobus annis à diluuii exactis, currentibus anno 3. secunde ætatis, centesimo primo Sem, 602. Noe. Vix enim reddi potest ratio cur hic annus secundus à diluuii non censeatur completus, sicut anni Patriarcharum, ex quibus Chronologia ab Adamo ad diluuium, & hinc ad Thare deducitur vnanimi ferè consensu Chronologorum tanquam expleti sumuntur. Imo, quot quot ab Adamo ad diluuium 1656. annos, à diluuii ad Abrahamum cum Hebræis 292. annos colligunt, duos annos Chronologicos inter diluuii finem & ortum Arphaxad inferere coguntur, sicut, ab ortu Arphaxad vsque ad natum Salen 35. supputant. Viderint proinde authores iam num. 2. citati, quomodo suos calculos ponant. Dicunt quidem septuaginta Arphaxadum natum anno altero deuteræ post Cataclysmum, sed liberam nobis relinquunt interpretationem, vt hunc annum completum intelligamus, & ab Orbe condito ad diluuium vtiq; transactum annos 1656. inde ad natalem Abraham (si Cainan excludatur &

Thare

Thare septuagenario Abraham nascatur) 292. computeamus. Illo igitur anno mundi, quo Noe finito diluuiio ex Arca egressus est, videtur natus AElam, sequenti Assur, tertio Arphaxad, Deo eas vires mulieribus suppeditante, quæ proli tam crebro concipiendæ & alendæ pares essent. Sic non erit opus incertas causas expiscari, quibus Arphaxad, aut primo aut secundo inter AElam & Assur natus dicatur, cum tertio semper loco memoretur: hoc enim commodè natiuitatis ordini tribui potest.

4. Arbitrabitur forte quispiam AElam & Assur, propter nobilitatem prius nominari, quam Arphaxad hic Gen. 10. v. 22. & 1. Paralip. 1. v. 17. eo quod ab AElam Perseæ genus ducant, Assur verò Imperij Assyriorum conditor fuisse credatur. Verum debilis est hæc coniectura: si enim veræ dignitatis ratio haberetur, primo loco nominari deberet Arphaxad, à quo Abraham, Gens Hebræa David, Salomon, atque adeo Messias ipse descendit. Taceo præclaris S. Scripturæ interpretibus, Gen. 10. v. 11. videri probabilis Imperij Assyriorum conditorem non fuisse filium Semi, sed ex posteris Chami, vt habet Petauus lib. 9. cap. 13. Videri possunt Pererius, del Rio, Cornelius, Bonferius & alij. Gen. 10. v. 11. Deinde probabile est, non nisi biennio post diluuium exacto, primum filium Semo natum fuisse. Vnde etiam colligimus AElam & Assur non eam ob causam præponi Arphaxado, ob quam prius Iapheth & Cham nominati dicebam quam ipsum Semum. Gen. 10. v. 21. num. 4. Duo enim anni Chronologici à diluuiio finito ad Naram Arphaxad intercesserant, ex eorum etiam sententiâ, qui à diluuiio ad Abrahamum 292. annos colligunt, hinc ad Exodum 505 à mundi conditu, ad Exodum 2453, vel qui admissio Cainan & dilata ad annum 130. Thare Abrahami natiuitate, à prima rerum origine ad Exodum 2543. putandos arbitrantur.

Arphaxad
nobilitas
suis fratri-
bus.

GEN. XI. V. 12.

QVÆSTIO I.

De Cainan iuniore.

1. Cainan senior fuit filius Enos, parens Malaleelis: iunior autem Cainan filius Arphaxad, parens Salæ. Hunc silent Hebræi codices & Chaldaica Paraphrasis: recensent septuaginta interpretes & S. Lucas. Si quidem Gen. 10. v. 24. sic in Hebræo & Chaldæo legimus: *Arphaxad genuit Sale, & Sale genuit Heber.* siue vt habet vulgata, *Arphaxad genuit Sale, de quo ortus est Heber.* Et cap. 11. v. 2. Porro *Arphaxad vixit triginta quinq. annis & genuit Sale.* Et 1. Paralip. 1. v. 18. *Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipse genuit Heber.* Sic constanter si- letur nomen Cainan iunioris apud Hebræos.

Quis Cai-
nan se-
nior? quis
iunior?

K

2. A. E.

2. At vero septuaginta cap. 10. Gen. v. 24. sic habent: Arphaxad genuit Cainan: Cainan autem genuit Sale. Sale autem genuit Eber. Et cap. 11. v. 12. Et vixit Arphaxad annos centum & triginta quinque, & genuit Cainan: & vixit Arphaxad postquam genuit ipse Cainan annos 430. & genuit filios & filias, & mortuus est. Et vixit Cainan annos centum triginta, & genuit Sala: & vixit Cainan postquam genuit ipse Sala ann. 330. & genuit filios & filias, & mortuus est. Et 1. Paralip. 1. v. 18. Arphaxad genuit Cainan: Cainan autem genuit Sale. Eiusdem Cainan meminit Sanctus Lucas Euang. cap. 3. v. 36. qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad.

Statum
questionis

1. opinio
negat.

Ratio 1.

Ratio 2.

Ratio 3.

Ratio 4.

Ratio 5.

Ratio 6.

2. opinio
probabili-
simi affir-
mat.

Quæstio igitur hic primum oritur, antiqua, celebris, difficilis, vtram hic Cainan unquam in rerum natura fuerit, nec ne?

3. Negant tacite Iosephus, lib. 1. Antiq. cap. 6. Epiphanius heresi 55. Beda & A. do subrimide negare videntur: aperte vero negant Eugubinus, Ceteranus, Sixtus Senensis, Genebrardus, Driedo, Abulensis, Ioannes Lucidus, Petavius lib. 9. cap. 17. & turmatim sectarij, Funccius, Bibliander, Beroldus, Mercator, Temporarius, Calvinus, Codomannus &c. Capellus vellet expunctum Cainan ex Euangelio S. Lucæ: Beza autem reapse expunctum. At vero Cornelius à Lapide in hunc locum multa quidem congerit: concludit tamen hæc suo loco, nempe Luc. 3. discutienda esse.

4. Probant recentiores hanc sententiam 1. Quia Hebræi codices, Paraphrastes Chaldaeus, vulgata editio Chronologiae Iudaicæ, Iosephus, Eusebius, Epiphanius locis citatis omittunt Cainan. Hebræi autem sunt præferendi Græcis ex sententia S. Augustini, lib. 15. Ciuit. cap. 3. Si translatio, inquit, ab originali dissentit: & lingua potius credendum est, vnde in aliam per interpretem facta est translatio. 2. Alias sequeretur Moysem hic tam in Chronologia, quam in historia mundi errasse: siquidem omisit Cainan, & annos ætatis eiusdem, quos ante Natiuitatem Salæ vixerat. 3. Editio Romana 70. interpretum auctoritate Sixti V. vulgata, lib. 1. Paralip. cap. 1. excludit Cainan, & sic ostendit eundem Gen. 11. fuisse excludendum. 4. Totidem anni, tum generationis, tum vniuersæ ætatis tribuuntur Salæ, quot Cainan: vterque enim dicitur genuisse filios, cum esset 130. annorum; inde vixisse 330. annos. Vnde suspicari quispiam possit, intrusum esse Cainan. 5. S. Hieronymus, qui solet alias diligenter notare vbiicumque 70. ab Hebræis dissident, hoc præfens discrimen silet: ergo correctiores videtur habuisse Græcos, in quibus Cainan prætermittebatur. 6. Procopius Gazæus disertè ait: Hebraica veritas habet, Salam genitum esse ab Arphaxad: quæ enim in medio ponuntur obelisco signata videntur.

5. Contraria tamen sententia nec pauciores habet, & maioris auctorita-

ritatis scriptores, qui afferunt septuaginta seniores, Dei spiritu afflatos, absque mendacio inter Arphaxad & Salen posuisse Cainan. Nam Eusebius ad initium Chronici inter Patriarchas Cainan admittit, & Epiphanius bis in Anchorato & hæresi 66. ac initio Panatij; pauloque inferius ab Adamo ad Abraham generationes 21. recenset, cum dempto Cainan forent 20. tantum. Idem facit S. Augustinus lib. 16. ciuit. cap. 3. & 10. Nicephorus Constant. cap. 2. Chron. Contius ibidem, qui grauius in contrariæ sententiæ authores inuchitur. Fasti Siculi, Marianus Scorus, in Chron. Georgius Syncellus apud Scaligerum, quibus Beda, (quicquid aliqui dicant) assentiri videretur præfat. in Actus Apost. et si fateatur se non posse difficultatem expedire. Hos ex recentioribus sequuntur Torniellus & Salius anno 38. à diluuiò, Ribera præludio 2. in Prophetas, Salmeron tomo 3. tract. 28. Canus in locis Theologicis, Sigonius in Sulpitium, Lipomanus in catena, del Rio, Sa, in hoc cap. Bellarminus, Gordonus, Samerius in suis Chronol. Barradius tom. 1. Concord. Euang. lib. 5. cap. 29. Suarez in 3. p. q. 1. disp. 6. sect. 1. Toletus in caput 3. Lucæ, Vincentius Regius, lib. 1. Euangelicæ elucidationis cap. 3. ver. 10. Raderus in Fastos Siculos, Azor lib. 6. Institutionum moralium cap. 58. dicendum inquit, existimo 70. interpretes adidisse generationem Cainan, vel afflatu & instinctu spiritus S. vel vna traditione à maioribus per manus accepta, & ita Lucam eam posuisse. Addit Gordonus periodo 3. in hanc sententiam grauiores nostri temporis scriptores consentire. Ratio est, quia nulla reddi potest idonea causa, cur à 70. falsum asseratur, aut à S. Luca Euangelico textui falso insertum dicatur, at iusta ratio potuit esse, cur in Hebræis codicibus Cainan sileatur. Quæ enim vel Septuaginta interpretum, vel aliorum audacia tanta esse potuit, quæ non modo nomen Cainan, sed & annos, quos ante, quos post genitum filium vixisset memoratur, in sacrum textum intruderet, si Cainan nunquam exiit? Quæ malitia, quæ spes vilitatis, aut 70. seniores, aut eorum amanuenses potuit ad hoc mendacium impellere, tam disertis verbis, toties nomine repetito, tam accuratis annorum numeris concinnandum? Quomodo hic error in Euangelium irrepit? An fortè Euangelista prout apud 70. legerat, sic Cainan in Euangelium sine vlla explanatione retulit, nec curauit, falsumne, an verum esset? Absit hæc temeritas ab Euangelista: multo verò minus intexuit, quæ falsa esse nouerat. An fortè deceptus est S. Lucas, vt hæc licet falsa; vera tamen esse putaret? procul hæc deceptio, ab eo, cuius calamum S. spiritus assistentia regebat. An fortè mente subaudiebat hæc aut similia: prout in Græcis codicibus, quamuis falsò legitur? At hoc certè calamo exprimèdum erat, ne Christiani in errore inducerentur, aut occasio daretur malè sensatis sectarijs eiusmodi glossemata quoties liberet

Ratione
2. opinio-
nis.

comminisci. An fortè ab aliquo, non Euangelista, Cainan margini primum adscriptus: deinde ab alio in textum translatus? eadem incommoda sequerentur.

*Ad 1. rati-
onem 1.
opinionis.*

4. Ad rationes contrariæ opinionis proclivè est generalem afferre respon-
sionem, eas duci ab autoritate negatiua. Editionem tum Hebræas, tum La-
tinam, veram esse, neque tanquam falsam ex Græco corrigi: sed per 70. senio-
res in veteri testamento, & per S. Lucam in nouo explicari, & quoad pauca
quæ deerant suppleri. Hebræus enim non asserit Cainan in rerum natura nun-
quam constituisse, sed tantum silentio præterit. Interpres autem Chaldeus, &
vulgatus Latinus iure Cainan omiserunt, ne ab officio puri interpretis disce-
dere viderentur. Iosephi autoritatem, vt alijs in locis, ita hic si commode ex-
plicari non potest, sine magno incommodo negligere licet. Cur autem Epi-
phanus illa hær. 55. negligat Cainan, quem alibi sapius Patriarchis annume-
rat, incertum est: forte, quia ibi contra Samaritanos disputat, qui non nisi He-
braicas scripturas admittebant, vt ex Radero notat Salianus: vel fortè, quia
generatio Cainan non erat necessaria ad argumentum, quo in Samaritanos
vtebatur, perperam existimantes Sem filium Noe eundem cum Melchisede-
cho fuisse. Iure enim Epiphanius Cainan prætermisit, ne quid afferret, quod
ab aduersarijs negari posset, vel non constaret ab ijs admitti, vt notat Bonfere-
rius. Quid autem reuera hac de re senserit Epiphanius, alibi satis ostendit. Eu-
sebius aliquando dissimulat Cainan: quem cum alibi exprimat, negasse non
censetur. Ad autoritatem S. Augustini respondeo: quando est pura transla-
tio, quæ à fonte ipso discrepat: fonti credendum potius, quam translationi. Sic
numeri annorum in serie Patriarcharum, ex Hebræo certius quam ex Græco
habentur. Sic latina quædam exemplaria, quæ Lucæ 15. v. 8. habebant *euertis do-
mum*, re etè correctæ sunt ex Græco, vbi habetur, *euertit*. At verò, quando trans-
lationi adiuncta est declaratio, & quorundam quæ subintelligi possunt ex-
pressio, tunc admittitur translatio: nec tamen fons ipse deseritur; sed quod in
fonte latebat, quasi in apertam veritatis planiciem educitur. Vnde S. Augusti-
nus seipsum explicans ib. cap. 23. merito ait, *creduntur septuaginta interpretes accep-
se propheticum spiritum, vt si quid eius auctoritate mutarent, atq; aliter quam erat, quod
interpretabantur dicerent, neq; hoc diuinitus esse dictum, dubitarent*. Hæc ille, & meri-
tò: tunc enim aliter quidem rem narrant, quam scripto sit comprehensa; con-
trarium tamen non asserunt, sed quod obscurè aut imperfeetè scriptum erat,
clarius & perfectius recensent.

*Ad 2. rati-
onem 1.
opinionis.*

5. Secundæ rationis neganda est illatio. Duobus modis, admissio Cainan
potest ab errore Moyse vindicari. 1. Si cum nonnullis, vt Toletus, dicamus
eum quidem olim inter Patriarchas Cainan posuisse, & annos eius, sed tem-
porum

porum aut hominum iniuria, vnum alterumue è sacra pagina versiculum excidisse. Corruptum enim aut saltem mutilum, non vno in loco Hebræum textum graues auctores opinantur, vt videre est apud Salmeronem illo tract. 28. & Bellarminum tomo 1. lib. 2. de Verbo Dei, cap. 2. Quod si perfidia Iudaica, quippiam alibi è Codicibus Hebræis erasit: cur non etiam hic, vel ob eam causam, vt si dem 70. senioribus derogaret, odiumq; in Ecclesiam Synagogæ reliquijs instillaret? Altero modo ab errore Moyse eximi potest, si cum Salliano, Salmerone, Del Rio, nihil hic Hebræis codicibus detractum indutum sit, sed iusta de causa Cainan à Moysse data opera prætermissum putemus. Sicut enim S. Matthæus cap. 1. tui Euangelij tres generationes translij, & S. Ioannes apocalyp. 7. tribum Dan inter cæteras non recensuit: Ita Moyse idonea aliqua de causa, puta vel latentis mysterij, vel quod decem tantum generationes à Noe ad Abraham recensere vellet, sicut totidem ab Adamo ad Noe retulerat, potuit vnam generationem præterire, & quod vel de Chronologia vel de historiarum perfectione scriptis non erat complexus, per traditionem ad posteros, atque ad deo successu temporis ad ipsos 70. interpretes transmittere. Neq; verò idcirco historia veritate caret, quod vna generatio omitatur, aut Arphaxad dicatur genuisse Salen, qui est illius nepos: nam & Euangelio sua constat veritas, licet in eo tres generationes sint intermissæ, & Ioramus dicatur genuisse Iosiam, qui fuit Iorami abnepos: hæc enim de generatione mediata sine mendacio intelligi possunt, iuxta vsitatum scholis axioma. *Quod est causa causa, est causa causati.* Minimè igitur absurdum videri debet, aliquid ad clarum veritatis sensum spectans, in textu Hebræo quandoque intelligi, quod à 70. senioribus explicetur, vt patet ex ijs, quæ de Cainan & Abel habemus, Gen. 4. v. 8. vbi Hebrææ & Chaldææ editioni hæc verba desunt; *eamus foras, siue in agrum*, quæ in Græca & Latina reperiuntur. Similiter, quæ Exodi 12. v. 40. dicuntur de tempore, quo Israelitæ habitauerunt in Ægypto latius Græci codices explicant, quam Hebræi, & ex his Latini atque Chaldæi, vt fusi illo loco declarabitur.

6. Nec est, quod vllum Chronologia sollicitum reddat: Est enim nunquam fuerit Cainan iunior, eritne idcirco clara in scripturis Chronologia? Haud facile conceder Petauius, memor eorum, quæ scripsit tum alibi tum lib. 9. cap. 6. §. Principio annorum, & cap. 17. ab initio: non concedent alij, qui memoria reperent intricatas illas rationes de Natali Abraham, de annis ab Exodo, vsque ad initia templi Salomonis, de annis Iosue, Iudicum, Regum Iuda, & Israel, seruituris Babylonicæ, Hebdomadam Danielis, &c. Plura hæc de re cum attulisset Bonfrerius Gen. 11. v. 12. *Malim, inquit, totam Chronologiam temporum, & rationem eueri & inueri, sateriq; me nescire, quid quoq; tempore gestum sit, quam*

scripturam mendacij arguere, quod nimis quam impium sit, vel quod ab Ecclesia omnibusq; passim Doctõribus receptum sit pro sacra scriptura, vt supposititium credere. Viderint, ne id fecisse putentur ij, qui Cainan negant vnquam fuisse, nomenq; Cainan per errorem in Euangelium impactam volunt.

Ad 3. Rationem 1. opinionum.

7. Tertium argumentum in aduersarios retorquetur. Ista enim Biblia disertè Cainan exprimitur, in libro Geneleos: ergo in libro Paralip. eundem tacitè intellexerunt: libro Geneleos Arphaxad dicitur genuisse Cainan, pura immediate: in Paralipomenis scribitur genuisse Salam, subaudi, mediate. Cur vero Cainan in libris Paralipomenon tacitè prætereatur, causam nonnulli autumant, quod his libris eorum tantum catalogus texatur, qui magnæ alicuius familiæ capita fuerunt, & quasi agmen duxerunt, qualis putatur non fuisse Cainan. Addit Bonfrerius nihil mirum videri quod i. Paralip. 1. Romanum exemplar Cainan omitat, cum ibidem in margine notatum habeatur, in eo loco esse hiatum & lacunam, nec tantum ille versus desit, sed etiam aliquot alij antecedentes & sequentes.

Ad 4.

8. Ex quarto nihil aliud colligi potest, nisi quod Sale, tot annis ante & post susceptam prolem ibi nominatam vixerit, quot simili ratione patens eius vixerat: quid autem hic adynaton? quid absurdum? Imò fortè non deerunt, qui mirentur, id non sæpius in sacris codicibus reperiri.

Ad 5. & 6.

9. Quintum etiam argumentum ab autoritate negatiua ducitur, & sic negatur consecutio: quanquam satis pro Cainan steterit S. Hieronymus, cum apud S. Lucam, & apud Eusebium in Chronico à se in linguam latinam translato, Cainan in choro Patriarcharum constituar, nec vsquam alibi contrariū insinuet. Neq; verisimile est eos codices S. Hieronymi manus effugisse, quibus eo tempore S. Augustinus & alij utebantur. Quin potius inde suspicio oriri potest S. Hieronymum, aut ex aliquibus exemplaribus Hebræis adhuc integris, aut aliunde cognouisse veritatem Græcæ translationis de Cainan, ac idcirco hac de re siluisse, sicut & filer de illo vers. 40. Exodi 12. Imo hoc ipso capite de annis Arphaxad, & Sale, nec non cap. 12. v. 8. & 9. cap. 23. v. 15. Non igitur omnia loca notauit S. Hieronymus in quibus 70. ab Hebræis dissentiant. Huius tamen loci cum meminisse refert Sixtus Senensis Biblioth. lib. 5. annot. 88. & ex eo Bonfrerius hic, ita vt S. Hieronymus fateatur S. Lucam in Euangelio Cainan poluisse, & nullatenus falsum scribere potuisse, spiritu sancto calamus regente.

Ad rationem Petauianam.

10. Ex dictis facile depromi potest solutio eorum, quæ assertoribus Cainan obijcit Petauius lib. 9. cap. 16. Idem enim author cap. 24. explicans verbum illum 40. Exodi 12. Non possumus, inquit, magis idoneos asserre vindices nodi istius, & interpretationis nostræ, quam seniores illos septuaginta, quos instinctu quodam afflatus, spiritus S. sacri codices vertisse, antiquorum Patrum pleriq; sentiunt. Idem proflus de Cai-

Cainan dicere possunt qui eum inter Patriarchas agnoscunt. Addit Perattius S. Paulum ad Galatas 3. v. 17. sine dubio ad eorundem 70. lectionem habuisse respectum. Verum quod de S. Paulo asserit ille: idem alij in negotio Cainan, de S. Luca affirmabunt. Dices: Cainan ab Hellenistis Christianis in Lucæ contextum eadem inculcatum esse licentia, qua & in septuaginta seniorum editionem prius irrepsit. R. 1. Probandum esset hoc assumptum. 2. Pari modo dicent S. Augustinus & alij Cainan patroni, idem objici posse de illo loco ad Galatas, & de Seniorum versione Exodi 12. v. 40. & sic Hebræos paucioribus quidem annis quam 430. in Aegypto moratos: certum tamen illius moræ annorum numerum non constare.

11. Dices iterum: Mendosus est locus ille apud S. Matthæum, quo Ioram dicitur genuisse Oziam, & Iosias Iechoniam: ergo & ille apud S. Lucam quo Sale ponitur Cainan. At quam facile inferas hanc consequentiam, tam secure negari potest. Ex tuo enim antecedente, æquè concludi posse videtur vers. illum ad Galatas, aut textum Hebræum, quo Arphaxad dicitur genuisse Sale corruptum esse.

12. Placet igitur eorum sententia, qui Cainan agnoscunt: quia etsi fateantur aliquid deesse Hebræis codicibus, ad plenam rerum explicationem, id tamen sine veritatis præiudicio fieri contendunt: qui verò Cainan non admittunt, coguntur asserere falsum esse, quod apud 70. legitur, & falso textu fictum Cainæ nomen, à S. Luca, vel alio quopiam in Euangelia derivatum, nulla adhibita cautione aut explicatione huius intrusionis, ac denique Ecclesiam hunc errorem dissimulare.

13. Perpendantur sine studio partium hæc à S. Augustino ad S. Hieron. scripta epist. 8. *Ad hanc considerationem coget te pietas, qua cognoscis fluctuare auctoritatem Scripturarum divinarum, ut in eis, quod vult quisque credat, quod non vult, non credat, si semel fuerit persuasum aliqua illos viros per quos nobis hæc ministrata sunt in scripturis suis officiosè potuisse mentiri. Et epist. 9. Si ad scripturas sanctas admissa fuerint velut officiosa mendacia: quid in eis remanebit auctoritatis? quæ tandem de scripturis illis sententia proferetur, cuius pondere contentiosa falsitatis obreratur improbitas? statim enim ut protuleris; si aliter sapit, qui contra nititur, dicet illud, quod prolatum eris bono aliquo officio scriptorem esse mentitum.* Hæc ibi, quæ aliquo modo in eam quadrare videntur, qui dixerit, aliqua falsa per exscriptoris imprudentiam sacro textui inserta, præsertim ubi omnes editiones concordant. Vide notas in lib. Iud.

q. 4. num. 2.

Q V A-

1. Obiectio.

Resp.

2. Obiectio infirma.

S. Augustini doctrina.

QVÆSTIO II.

Quot annis Cainan vixerit, ante genitum Sale.

*Cainan
natus an
nos 30. ge-
nuit Sale.*

1. IN translatione septuaginta legimus Cainan fuisse 130. annorum, quando genuit Sale: quem annorum numerum retinet Marianus Scorus; sed non satis securè, calculos Græcos Hebræis admiscet. Quare breviter censendum puto, detrahendos esse centum annos, quos ut supra diximus, 70. singulis generationibus in prima & secunda ætate, ad numerum Hebræum quando ad 100. non pertingit, adijciunt: ac proinde Cainan fuisse 30. annorum, cum et natus est Sale. Ita computant Bellarminus, Tornellus, Pererius, Samerius, Gordonus, Salianus, Bonfrerius, &c. Natus est igitur Cainan, anno 38. corrente, post diluuium. Siquidem Arphaxad natus est biennio exacto post diluuium, & triginta quinque annos expleuerat ante ortum Cainan.

*Arphaxad
& Cainan
non fuerunt
fratres.*

2. Sunt qui putant Arphaxad & Cainan fratres fuisse, sed Cainan sine prole discessisse, ac Salen genitum secundum naturam ex Arphaxad; secundum legem ex Cainan. Patronos suæ opinionis laudant, Naclantum, Lyranum, & Temporarium &c. Verum hæc opinatio mihi non arridet. 1. Quia S. Lucas ca. 3. textit catalogum ascendentium, non autem lateralium consanguineorum, & ita de Arphaxad, Cainan, Sale, sicut de Abraham, Isaac, & Jacob loquitur. Quando Cainan dicitur fuisse frater Arphaxad; posset quidem absolute intelligi ad arphads: contextus tamen verborum Euangelij præcedentium, & subsequen- tium, nec non intentio S. Lucæ, hanc interpretationem non admittit. Nimis violenta esset sine vlla necessitate æquiuocatio, ut inter 70. & amplius patres vnus frater, sine vlla differentia collocetur. 2. Falsa esset translatio 70. Gen. xi. vbi disertè Arphaxad dicitur genuisse Cainan: quod de fratre dici non potest. Deinde si mortuo Cainan, Arphaxad genuit Salen: quomodo ijdem 70. scribere potuerunt Cainan vixisse tot annos post genitum Salen: quomodo etiam error in annorum numerum irrepserit, saltem erit verum, Cainan genito Sale aliquandiu vixisse. Si aut Hebræo soli aut soli Græco lapsus esset impingendus: mallem errorem Græco tribuere. At vero existimo, nec in Græco, nec in Hebræo fallum haberi. Hebræus non affirmat quicquam, quod à Græco & veritate dissideat. Est enim verum, quod Arphaxad genuerit Salen, nempe mediatè, quando genuit Cainan, Tunc enim erat

causa causa.

QVÆSTIO III.

De Phaleg.

GEN. II. v. 16.

1. Diluio ad ortum Phaleg iuxta Hebræam & Latinam editionem colliguntur anni 101. excluso Cainan iuniore: isto vero admissio 131. Idcirco autem vocatus est Phaleg, (quod diuisionem significat) quod in diebus eius diuisa sit terra. Gen. 10. v. 25. Vtrum tamen sub natalem ipsius hæc diuisio facta sit, an postea, inter auctores non conuenit.

*Phaleg
natus an-
nis 131. à
diluuiio.
Statua
quæstionis.
1. Opinio.*

2. Prima opinio est nomen Phaleg non inditum fuisse filio Heber ex futuro euentu: sed ex eo, quod sub idem tempus, quo nascebatur, diuisio hominum in varias colonias acciderit. Ita Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 7. S. Augustinus lib. 16. ciuit. cap. 11. *Intelligendum est, inquit, ipsum Heber propterea tale nomen imposuisse filio suo, ut vocaretur Phaleg, quod interpretatur diuisio, quia tunc ei natus est, quando terra per linguas diuisa est. Quam sententiam latè defendit Bonfrerius Gen. 11. & probat: quia si terra diuisa est, in sine, aut decursu vitæ Phaleg, non erit ratio, cur ea potius in diebus Phaleg, quàm lectan fratris eius, facta dicatur, siquidè ambo illi fratres tunc viuebant. Confirmatur ex eo, quod alias Scriptura indicet similes euentus occasione præbuisse nomina nascentibus pueris imponendi. Sic Iacob à planta pedis fratris sui, quàm nascens manu apprehēderat nomen accepit. Gen. 25. v. 25. sic Nurus Heli filium suum Icabod appellauit, dicens: translata est gloria de Israel. 1. Reg. 4. v. 21. Huic opinioni adhærent Caluissius, & Bucholcerus.*

Refutatur

3. Verum hæc Chronographia plerisque minus arridet, quia, ut ait Cornelius, Scriptura non ait in ortu, sed in diebus Phaleg diuisam esse terram. Neque sub ortum Phaleg tantus erat hominum numerus, ut sufficeret colonijs quaqua versum per orbem deducendis, & tot linguis inter se differentibus satis esset, prout communiter ab authoribus commemoratur. Deinde esto, de rigore loquendi, verè dici posset: in diebus lectan diuisa est terra: ab hac tamen diuisione Phaleg potius, quam frater ipsius appellationem sortitus est: quia nascente Phalego, Heber diuinitus hanc diuisionem futuram cognouit, non autem sub tempus natiuitatis lectan. Sic Lamech filium suum vocauit Noe, dicens: iste consolabitur nos, ab operibus & laboribus manuum nostrarum. Sic Oseas Propheta liberis suis nomina indidit, quibus significabantur mala populo Iudaico euentura. Ose 1. v. 6. & 9. Vnde apparet in Scripturis sacris nomina desumi, non solum à præteritis aut præsentibus, sed etiam à futuris euentis.

4. Secunda opinio est Rabbi Iosue, & Hebræorum in Seder Olam, qui sub finem vitæ Phaleg linguarum diuisum, & inde hominum in varias regio-

2. Opinio.

L nes

Reijciuntur.

nes dispersionem contigisse arbitrantur, ea fortassis ratione ducti, quod non ante genus humanum sic propagatum putent, ut ista migratio in varias terras fieri posset. Verum hæc opinatio minus placet, quam præcedens. Ex ea enim sequeretur hæc linguarum & gentium diuisionem incidisse in annum circiter 340. à diluuiio, prout Hebræi excluso Cainan iuniore ratiocinia ponunt. Nam ortum Phaleg in annum 101. à diluuiio transactum conijciunt, quibus si accedant 239 anni vitæ Phaleg, exurgent à diluuiio, ad linguarum & populorum separationem anni 340. quando secundum Hebræos Abrahamus annum agebat 48. Hoc autem aduersatur communi historicorum & Chronologorum asserto: quo Abraham natus dicitur anno 43. Nini Regis Assyriorum; ante Ninum verò Belus, quem plerique Nemrodum esse censent, annos 65. regnauerat: atque ita 107. ut minimum, coloniarum & aliqua regna ante natalem Abraham constituta erant, atque adeo in varias orbis partes concesserant illi, quos ab edificanda turri Babylonis, linguarum confusio abstraxerat. Porro Nemrod eundem fuisse, cum eo, quem Scriptores Ethnici Belum nominant, parentemque Nini, atque Babylone annos 65. regnasse tradit Eusebius initio Chronici; S. Hieronymus in cap. 2. Osee. S. Augustinus lib. 16. ciuit. cap. 17. Pererius lib. 15. in Gen. disp. 3. Cornelius à Lapide Gen. 10. v. 10. Salianus & Torniellus iam citandi. Petauus anno m. 25. 9.

3. Opinio probabilior

5. Tertia opinio est, linguarum & populorum diuisionem non esse factam sub ortum aut obitum Phaleg, sed annis aliquot ab eius natiuitate transactis. Ita Torniellus & Salianus ad annum m. 1931. Petauus lib. 9. cap. 13. Cornelius Gen. 10. v. 25. S. Chrysostomus hom. 30. in Gen. *Considera, ait, quem admodum res future præscientiam vocabulo nati pueri declarauit, ut cum videris rem opere adimpleram, non ultra mireris, videns diuinitus id pueri nomine prædictum.* Probatur hæc supputatio, quia Heber natus annos 34. genuit Phalegum, antequam nasceretur Iectan: non est autem prius facta dispersio gentium, quam Iectan 13. filios haberet, nec illos pueros, sed qui tam grandes iam familias haberent, ut in linguas proprias diuidi possent, & digni essent nominibus gentium, ut totidem verbis lib. 16. ciuitat. cap. 11. notat sanctus Augustinus, qui suspicatur quidem, Iectan esse maiorem natu: sed hoc non obstat huic rationi. Phaleg enim natus est anno 34. parentis sui, ergo Iectan frater ipsius, tantam sobolem nascente Phalego habere non potuit, ut 13. familias, ne dicam populos, constitueret, etiam si Iectan fuisset primogenitus Heberi.

Obiectio.

6. Occurrit Bonfrerius, & negat opus esse asserere hos filios Iectan natos fuisse tempore confusiois linguarum, sed satis esse, si dicamus paulo post natos & inchoatam terræ diuisionem à Iectane & cæteris qui turri extruende

inter-

interfuere; postmodum verò à filijs lectan distributionem perfectam nec non in plures partes ac populos dissectam. Addit probari non posse, eos omnes, qui cap. 10. Genes. recensentur, ædificationi turris & linguarum diuisioni interfuisse. At verò authores tertix opinionis instare possunt, & dicere, non esse sine ratione, post confusionem & dispersionem Babylonicam, aliam haud multo post in 13. colonias partitionem excogitandam. 2. Quo iure Bonfrerius à prima deductione coloniarum filios lectan eximit, alius alias personas illo cap. 10. notatas excipiet, verbi gratia, filios Aram; contra communem interpretum sensum, qui singulos nepotum & posterorum Noe illo capite numeratos, vel asserunt, vel tanquam concessum sumunt, fuisse capita gentium à suis fratribus distincta, & propter linguarum diuersitatem peculiare populos constituisse, quibus omnibus ac singulis diuersas regiones assignant, eo profus modo, quo alijs familiarum principibus, qui eo tempore, quo linguæ vnus commercium esse desijt, in varias patrias concesserunt. 3. Verisimilius est ad vnã eandemque diuisionem respexisse, cum ver. 27. scripsit, *in diebus Phaleg diuisam esse terram*, & ver. 31. ait *istos (nempe proximè nominatos) esse filios Sem, secundum cognationes & linguas, & regiones in gentibus suis.* & ver. 32. *ab his diuisas esse gentes.* 4. Filij lectan in 13. populos diuisi, aut in possessiones incolis vacuas venerunt, aut iam ab alijs gentibus occupatas. Si prius, quærenda erit ratio, cur illi, quos linguæ vnus confusio in varias regiones distraxerat, tantam terræ portionem neglexerint, quantum filij lectan occuparunt. Sin posterus asserueris, diuinandum erit, quinam isti populi fuerint, quos lectanidæ suis sedibus expulerint. Si dixeris consultò relictas in futurum populis lectan sine habitatoribus prouincias; hoc ipso fateberis binas terræ diuisiones, alteram designatione, alteram reali executione factam, quod Bonfrerius contra Epiphanium, Torniellum, Salianum, multis improbat.

Responso.

7. Quamobrem probabilius existimo, confusionem linguarum, & populorum in varias plagas migrationem, non prius factam, quam filij lectan in eam multitudinem excreuissent, quæ tredecim gentibus sufficeret, & Phaleg iam ad ætatem adultam peruenuisset, ut volunt authores tertix opinionis, qui tamen non conueniunt de anno ætatis Phaleg, quo linguarum diuisio turris Babylonicæ ædificationem interceptit & eius ædificatores, *inde dispersit Dominus super faciem cunctarum regionum.* Gen. 11. v. 9.

Quando facta linguarum diuisio.

Quoniam anno ætatis Phaleg.

Opinio.

8. Torniellus & Salianus id referunt ad annum 144. vitæ Phaleg, qui erat 275. à diluuiio, ante Natiuitatem Abrahamæ 107. Regnum enim Babylonicum in ipsa linguarum diuisione natum putant, in quo ante ortu Abrahamæ Belum siue Nemrod annos 65. Ninum 42. regnasse cõstans est Scriptorum sententia.

L 2

At

At vero Bonferius negat constare posse regnum Babylonicum Beli cœpisse in ipsa linguarum diuisione, maximè cum Scriptura tradat, immisso linguarum diffidio ab ædificatione cessatum esse. Gen. 11. v. 8. Nemrod Babylone quidem regnasse fatetur; sed non nisi post Babylonicam confusionem confirmatis sensim per tyrannidem viribus, populis in suam potestatem redactis, viribus, ac in primis Babylone, extractis.

2. *Opinio.* Cornelius Gen. 10. ver. 10. censet Nemrod in Babel regnare cœpisse sub annum 170. à diluuiò, quo linguarum & gentium distractionem factam putat, tum sensim viribus & potentia auctum, factum esse regem, & quasi Monarcham anno 184. à diluuiò: inde regnum tenuisse annos 65. Nemrodo Ninum successisse, cuius regni anno 43. natus fuerit Abraham, annis post diluuium 292. nempe excluso Cainan, & natali Abrahæ ad annum 70. Thare signato.

3. *Opinio.* Petauius libro 13. ortum Phaleg, notat anno ante Christum 2227. confusionem linguarum & primordium imperij Assyriorum anno 2175. Beli interitum, & initium regnantis Nini anno 2110. obitum eiusdem Nini anno 2058. natalem Abrahæ anno 2036. ante æram Christi.

Corollar. 1. 9. Ex quibus patet 1. Petauium in eo cum Torniello & Saliano conuenire, quod à diuisione linguarum regni Babylonicæ æram deducat, Belo 65. annos Nino 52. tribuat: à communi verò sententia in eo recedere, quod Abrahæ natiuitatem ad annum 23. Semiramidis differat. 2. Ex eius sententia ab ortu Phaleg ad gentium dispersionem fluxisse annos 52. à diluuiò autem 153. Tertio patet, aliquem errorem in replexisse in ea quæ idem author habet lib. 9. cap. 14. vbi ad primordium Beli assequendum annis Abrahæ tantum 97. addit. Nini scilicet 42. & 55. Beli.

Conclusio. 10. Equidem ommissis aliorum authorum diffidijs existimo probabilior rem esse eorum computum, qui ab initio regni Babylonicæ, vsque ad ortum Abrahæ, annos 107. numerant, quorum 65. Belo tribuuntur, Nino 42. Vtrum vero dispersio gentium eodem tempore, an prius fuerit quam Belus regnum capesceret, affirmare non ausim: tardius factam non arbitror, licet suspicet Belum initio diuisionis terrarum, non nisi inter suos populares ducem fuisse, sicut in cæteris gentibus erant principes, & capita familiarum, quorum quilibet suam coloniam gubernabat: atque ita populos, aliquanto temporis spatio remansisse distinctos, prout deserta turris ædificatione, in suas quique regiones abscesserant, donec paulatim Belus, herili potius imperio, quam charitate partem missam resumeret, alias etiam ciuitates conderet, vicinis regionibus manuum adijceret, ac sese tandem palam pro rege gereret. Quod si mox ab ipsa populorum digressionem, annos regni Babylonicæ computare libuerit, dicatur Belus,

tunc suæ tantum genti, aliquam diu imperitasse, postea vicinas gentes sollicita-
se, tandem vel ipse, vel Ninus, per fas & nefas, aliorum ditiones etiam remotio-
res inuasisse, vt tradunt Iustinus & Diodorus, qui libro 3. recensitis plurimis
gentibus à Nino subactis: *ad extremum*, inquit, *debellauit Zoroastrem regem Ba-*
bianorum, qui comparato quadringentorum hominum exercitu, aduersus Ninum pu-
gnaturus obviam ei processit, cum id temporis haberet Ninus in exercitu suo, (vt proditum
est à Ctesia) peditem decies septies centena millia, equitum ducenta millia, curruum autem
falcatorum, paulo minus decem millibus, & sexcentis. Hæc Diodorus.

APPENDIX

De æra Babylonica.

Simplicius in lib. 2. de cælo, com. 46. meminit quarundam obseruationum
ætherearum, quas Aristoteles mandato Calisthenes Babylone in Græciam
misit, quæ teste Porphyrio erant annorum 1903. vsque ad Alexandri Macedo-
nis tempora signatæ. Vnde Chronologi huius æræ caput ad annum circiter
2233. ante vulgarem Christi epocham figunt, vt dixi in Chron. cap. 10. Pe-
tauius lib. 9. cap. 13. vno anno discrepat, quia à victo Dario orditur Alexandri
Magni tempora; ego à capta Babylone anno Periodi Iulianæ 2481. computa-
bam. Putauerit forte quispiam hanc æram à Babylonica gentium dispersio-
ne deduci; verum id sciri vix potest. Nam Tornellus & Sallianus hanc disper-
sionem circa annum 2123. ante vulgarem æram Christi factam putant, Cor-
nelius præter propter ann. 2126. Petauus 2175. qui apertè fatetur, aliquas ob-
seruationes in ista æra notatas, dispersione humani generis, & regni Babyloni-
ci primordijs antiquiores esse: quod non negant Serhus Caltrifius & Buchol-
cerus, qui hanc æram ante natalem Phaleg, cui gentium diuisionem adscri-
bunt, auspicantur. Mihi æra Babylonica oritur circa annum 20. Phaleg, quo
necdam fuisse linguarum confusionem arbitror. Si verum esset, quod aliqui ex
Epiphanio asserunt, nimirum ante ortum Phaleg, Noe tribus suis filijs suas
cuique terræ portiones sortitione attribuisse; hæc sortitio siue designatio prin-
cipijs æræ Babylonicæ præponeretur. Sciebant quidem mortales antequam
Vrbis & turris Babylonicæ fabricam aggredierentur, se in varias mundi partes
digressuros, vt innuitur Gen. 11. v. 4. vtrum autem inter eos, iam tum de orbis
distributione conuentum fuerit, & quantum temporis durante adhuc linguæ
communis vsu ædificationi sit impensum; non constat.

GEN. 11. v. 26.

Vixitq; Thare septuaginta annis, & genuit Abram, & Nachor & Aran.

Vt solidior sit loci huius explicatio, non erit abs re considerare, quid super
æo duo sancti Doctores Hieronymus & August. senserint: imò illa ipsa verba,
I 3 quæ

*Inicium
æra Baby-
lonica.*

quæ in huius loci expositionem nobis scripta reliquerunt, huc bona fide transcribere, atque notis aliquot, & corollarijs illustrare.

QVÆSTIO IV.

Quoto anno Thare, natus sit Abraham, ex sententia S. Hieronymi.

*Doctrina
S. Hiero-
nymi.*

1. IN quæstionibus siue traditionibus super Genesin ad illa verba: *erat autem Abram septuaginta quinque annorum, quando egressus est ex Charran.* Gen. 12. indissolubilis, inquit, quæstio. Si enim Thara pater Abraham, cum adhuc esset in regione Chaldæa 70. annorum genuit Abraham, & postea in Charran ducentesimo quinto ætatis suæ anno, mortuus est: quomodo nunc post mortem Tharæ Abraham exiens de Charra 75. annorum fuisse memoratur, cum à Natiuitate Abraham vsque ad mortem patris eius 135. fuisse anni docentur? Vera est igitur illa Hebræorum traditio, quam supra diximus, quod egressus sit Thare cum filijs suis, de igne Chaldæorum, & quod Abraham Babylonix vallatus incendio, quia illud adorare volebat, Dei sit auxilio liberatus, & ex illo tempore, ei dies vitæ, & tempus reputeatur ætatis, ex quo confessus est Dominum, spernens idola Chaldæorum. Potest autem fieri, vt quia Scriptura reliquit incertum, ante paucos annos Thare de Chaldæa profectus venerit in Charran, quam mortem obiret, vel certe statim post persecutionem in Charran venerit, & ibi diutius sit moratus. Si quis ergo huic expositioni contrarius est, quærat aliam solutionem, & tunc ea rectè, quæ à nobis dicta sunt, improbabit.

*Corollarium
triplex.*

2. Ex his habemus 1. hanc quæstionem prima fronte videri insolubilem, si nimirum natalem Abraham ad 70. annum Tharæ constituamus. 2. Ad huius nodi solutionem nihil à S. Hieronymo afferri, nisi eam traditionem, quam paulo ante fabulam vocauerat. 3. Alijs relinqui huius difficultatis expeditionem.

*Abrahæ ve-
niens in
Chanaan
nitidei nō
erat 135.
annorum.*

3. Porro siue hæc narratio de igne Chaldæorum fabulosa sit, siue non bene ostendit Pererius dici non posse, Abrahamum cum primum in Chanaanitidem venit, annos vitæ suæ numerasse 135. à liberatione verò ab igne Chaldæorum fuisse 75. Nam hoc modo Isaac genitus fuisset, annis 35. antequam à Charran discessisset Abrahamus: hic enim erat 100. annorum, quando natus est Isaac. At verò sacra libri Genesios historia Abrahamum in terram Chanaan venisse tradit, antè natiuitatem Isaac: siquidem vt alia quæ clarissima sunt, taciteam, Agar nupsit Abrahamo, post annos decem, quam habitare cœperant in terra Chanaan Gen. 16. v. 3. Ismael autem ex Agare susceptus, iam erat tredecim annorum, cum biennio ante Natæl Isaac circūcideretur, vt patet Gen. 17. v. 24. & c. 18. Nec est quod obganniant Hebræi & dicant illos 100. annos, quos nascente Isaac Abrahamus gessisse dicitur, ab igne Chaldæorū numerandos sic

scenim Isaac natus esset anno vitæ Abrahami 160. Atqui idem Isaac, quadragenarius viuo adhuc Abrahamo Rebeccam dedit uxorem. Gen. 24. Vixisset ergo Abrahamus annos 200. & amplius, contra sacram paginam, qua anni vitæ Abrahami 175, notantur. Gen. 25. v. 7.

QVÆSTIO V.

Quid hac de re scribat S. Augustinus.

Quest. 25, in Genesin sic scribit: Quomodo accipiendum sit, quod cum esset Thare pater Abrahamæ annorum 70 genuit Abraham, & postea cū suis omnibus, mansit in Charran, & vixit annos 205, in Charran, & mortuus est. Et dixit Dominus ad Abraham ut exiret de Charran, & exiit inde cum esset idem Abraham 75. annorum: nisi quia per recapitulationem, ostenditur viuo Thare locutum esse Dominum, & Abraham viuo patre suo, secundum præceptū Domini exiisse de Charran cum esset 75. annorum, centesimo & quadagesimo & quinto anno vitæ patris sui, si dies vitæ patris sui anni 205. fuerint, ut ideo scriptum sit, fuerunt anni vitæ Thare 205. in Charran: quia ibi compleuit oēs annos totius vitæ suæ. Soluitur ergo quæstio, per recapitulationem, quæ indissolubilis remaneret, si post mortem Thare acciperemus locutū esse Dominum ad Abraham, ut exiret de Charran, quia non poterat esse adhuc annorum 75. cum pater eius iam mortuus esset, qui eum 70. ætatis suæ anno genuerat, ut Abraham post mortem Patris sui annorum esset 135. si omnes anni patris eius 205. fuerunt. Recapitulatio itaque ista, si aduertatur in Scripturis, multas quæstiones soluit, quæ indissolubiles videri possint, secundum etiam superiorum quæstionum expositionem per eandem recapitulationem factā. Quæquam & aliter ista quæstio à quibusdam soluitur, ex illo computati annos ætatis Abrahamæ, ex quo liberatus est ex igne Chaldaeorum, in quem missus est, ut atderet, quia eundem ignem superstitione Chaldaeorum colere noluit. Liberatus inde, et si in Scripturis non legitur, Iudaica tamen narratione traditur.

*Doctrina
S. Augustini.*

*1. Solutio
per recapitulationem.*

2. Solutio.

Potest & sic solui: quoniam Scriptura quæ dixit: cum esset Thare annorum 70. genuit Abraham & Nachor, & Aran, non utique hoc intelligi voluit, quia eodem anno ætatis suæ omnes tres genuit, sed ex quo anno generare cæpit, eum annū commemoravit Scriptura. Fieri autem potest, ut posterior generatus sit Abraham sed merito excellentiæ, quæ in Scripturis valde commendatur, prior fuerit nominatus, sicut Propheta priorē nominavit minorē: *Iacob dilexi, Esau autē odio habui*, & in Paralipomenon cū sit quartus ordine nascēdi Iudas, prior est nominatus, à quo Iudaicæ genti nomen est datum, propter tribum regiā. Commodius autem plures exitus inveniuntur, quibus quæstiones difficiles dissoluntur. Consideranda sanè est narratio Stephani de hac re, cui magis harū expositionū non repugnet. Et illud quidem cogit, ut non sicut narrari videtur in Genesi post.

post mortem Thare locutus sit Deus ad Abraham, vt exiret de cognatione sua & de domo patris sui: sed cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charran, iam vtique egressus de terra Chaldæorū, vt in illo itinere intelligatur ei locutus Deus. Sed quod Stephanus postea sic narrat: *tunc egressus Abraham de terra Chaldæorum, habitauit in Charran, & inde postquam mortuus est pater eius, collocauit eum in terra hac*, non paruus affert angustias huic expositioni, quæ fit per recapitulationem. Videtur enim habuisse imperium Domini, quo ei fuerat locutus, in itinere Mesopotamiæ egresso, de terra Chaldæorum & eunti in Charran, & hoc imperium post mortem patris sui obedienter implēsse, cum dicitur, *& habitauit in Charran: & inde postquam mortuus est pater eius collocauit eum in terra hac*. Ac per hoc manet quæstio. Si 75. annorum (sicut euidenter Scriptura Genesios loquitur) fuit, quando egressus est de Charran, quomodo potest esse hoc verum, nisi fortè quod ait Stephanus: *tunc Abraham egressus est de terra Chaldæorum, & habitauit in Charran*, non sic accipiatur, tunc egressus est, postquam illocutus est Dominus: iam enim erat in Mesopotamia, sicut supra dictum est, quando illud audiuit à Domino, sed ipsam regulam recapitulationis contextere voluit Stephanus, & simul dicere, vnde egressus, vbi habitauerit, cum ait: *tunc Abraham egressus est de terra Chaldæorum & habitauit in Charran*. In medio autem, id est, inter egressum de terra Chaldæorum & habitationem in Charran, locutus est ei Deus. Postea verò, quod adiungit Stephanus: *& inde postquam mortuus est pater eius collocauit eum in terra hac*, intuentum est, quia non dixit, & postquam mortuus est pater eius, egressus est de Charran: sed inde collocauit eum in terra hac, vt post habitationem in Charran, collocaretur in terra Chanaan, non post mortem patris egressus, sed post mortem patris collocatus in terra Chanaan, vt ordo verborum sit: habitauit in Charran, & inde collocauit eum in terra hac, postquam mortuus est pater eius, vt tunc intelligamus collocatum vel constitutum Abraham in terra Chanaan, quando illic eum nepotem suscepit, cuius vniuersum semen, illic fuerat regnaturum, ex promissione Dei hæreditate donata. Nam ex ipso Abraham natus est Ismael de Agar, nati & alij ex Cethura, ad quos terra illius non pertinet hæreditas, & ex Isaac natus est Esau, qui similiter ab illa hæreditate alienatus est. Et Iacob autem filio Isaac, quotquot filij nati sunt, id est, vniuersum semen eius ad illam hæreditatem pertinuit. Sic ergo collocatus, & constitutus est in illa terra Abraham, quoniam vixit vsque ad natiuitatem Iacob. Si re ad intelligitur, soluta quæstio est, secundum capitulationem, quamuis & aliæ solutiones non sint contemnendæ.

2. Hæc ibi S. Augustinus, qui eadem alijs verbis inculcat lib. 16. de ciuit. cap. 15. omiſſa ſecūda ſolutione, & hæc ſub ſinem capituli addit. Intelligendū eſt igitur,

igitur locutum Deum fuisse cum Abraham, cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charra, sed eum in Charra peruenisse, cum patre retento apud se præcepto Dei, & inde exisse, septuagesimo & quinto suo, patris autem 145. anno. Collocationem verò eius in terra Chanaan, non profectioem de Charra, post mortem patris eius factam esse dixit, quia iam mortuus erat pater eius quando emit terram, cuius ibi iam suæ rei cœpit esse possessor. Quod autem iam in Mesopotamia constituto, hoc est, iam egresso de terra Chaldeorum dixit Deus, *exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui*, non ut corpus inde eijceret, quod iam fecerat sed ut animam euelleret, dicitur, Non enim exierat inde animo, si spe & desiderio redeundi tenebatur, quæ spes & desiderium Deo iubente ac iuuante, & illo obediente fuerat amputanda. Non sanè incredibiliter existimatur cum postea secutus est Nachor patrem suum, tunc Abraham præceptum Domini impleuisse, ut cum Sara coniuge sua, & Loth filio fratris sui exiret de Charra hæc ibi.

3. Huc etiam spectant, quæ idem S. Doctor habet cap. 16. eiusdem libri, dum sic scribit: sed intelligendum est, quod eodem anno facta sunt omnia, & Dei promissio antequam in Charra habitaret Abraham, & in Charra habitatio eius, & inde profectio, non solum quia Eusebius in Chronieis, ab anno huius promissionis computat, & ostendit, post quadringentos & triginta annos exitum esse de Aegypto, quando lex data est, verum etiam quia id commemorat Apostolus Paulus Fauctus Vincentius lib. 1. Spec. hist. cap. 104. Abraham, inquit, cum esset annorum circiter 75. ad imperium Domini relicta patria & gente, acceptaq; promissione seminis & terra possidenda venit in terram Chanaan. Et clarius lib. 2. cap. 6.

4. Ex ijs, quæ hæc tenus ex S. Augustino retuli, patet primo, eum q. 25. in Gen. & illo cap. 15. lib. 16. de Ciuit. inquirere, quomodo sacra scriptura intelligatur dum ait, Thare dum esset 70. annorum genuisse Abraham, & Nachor, & Aran: Thare vixisse annos 205. & paulo post, nartet Abraham fuisse 75. annorum. 2. huius nodi tres afferri solutiones, primam per recapitulationem, secundam per traditionem, tertiam sine recapitulatione & traditione. Duæ priores explicationes referunt a brahæ natalem ad annum 70. Thare, postrema ad centesimum trigessimum. Duæ priores moriente Thare tribuunt Abrahamo annos vitæ 135. vltima 75. Pater tertio, non esse abs re, si ad euadendas difficultates questionum angustias, varijs modis vtamur. Commodius, inquit, plures exitus inueniuntur, quibus quæstiones difficiles dissoluuntur. Quarto. Consideranda esse, quæ A. & 7. narrat S. Stephanus, & videndum cuiam harum trium explicationum minus repugnet. Quinto, cum prolixius verba S. Stephani ad primam solutionem retulisset, addidisse in fine q. 25. alias solutiones non esse contemnendas. Vnde colligo hanc quæstionem, non esse absolutè à S. Augustino definitam. Nec mirum: in

M

libris

Corollarium

1.

2.

3.

4.

5.

libris enim Quæstion. licet aliqua ita tractarit, vt soluta & exposita iudicari possint, ideo tamen Quæstionum libros, sic appellare voluit, quia ea qua ibi disputantur, magis quaerenda proposuit, quam quæstia dissoluit, vt ipse notat li. 2. Retr. c. 55. Neque etiam rem absoluisse videtur illo c. 23. de Ciuit. cum ibi duas ponat solutiones, & neutram refellat. Liberum igitur lectori relinquit, quâ quisq; mallet interpretationem sequi. *Sextid.* S. Augustinum plus quidē operæ posuisse, vt declararet quomodo pacto ea sententia defendi possit, quæ ortum Abrahamæ ad annum 70. Thare signandum putat: non tamen probare, sed supponere tantum, Abrahamum illo anno natum fuisse. Siquidem tertiam, quam affert solutionem, admonet non esse contemnendam, cuius tamen non meminit illo libro 16. Ciuit. quia forte nullam aut exiguam habet difficultatem vt Peterus fatetur, & infra dicam

7 *latius. Septimid.* Quædam, quæ ad explicationem primæ solutionis à S. Augustino afferuntur, non carere notabili difficultate. *Primid* enim, iuxta eam vix defendi potest, quomodo Ischa eadem sit, cum Sara, filia Aran, vxore Abrahamæ, quod tamen cum alijs plurimis docet S. Augustinus lib. 22. contra Faustum c. 35. & alibi. *Secundid*, quod ait primam Abrahamæ vocationem de qua loquitur S. Stephanus non esse factam in Chaldæa, sed in itinere, quo Abraham in Charan veniebat; alij plerique negant. *Tertid* quod asserit translationem suæ vt loquitur collocationem Abrahami in Chanaan, non fuisse profectioem ex Charris; sed tunc à Deo in terra promissionis collocatum quando ei natus est nepos Iacob, communiter maximè à recentioribus refutatur, qui tamen in hisce tribus punctis, nempe de vocatione Abrahamæ, vxore eius, & translatione in Chananitidem non absolute S. Augustini auctoritatem deserunt, sed solum ex hypothesi, si nimirum primam illam quæstionis solutionem propugnaret S. Augustinus; quod non facit: proponit quidem, sed alias etiam non contemnendas esse fatetur. *Octauo.* Si iuxta solutionem tertiam Thare non ante annu vitæ suæ septuagesimum tres illos filios, quorum meminit Scriptura generare cæpit, & minimus, aut saltem secundus natus fuit Abraham, dici poterit Abrahamus anno 75. ætatis suæ à Chaldæa diuino monitu Charras venisse cum parente suo, & vsq; ad eius obitum ibi habitasse, inde eodem anno, aut vi primæ vocationis, aut certè iterum à Deo monitum se in Chananitidem transtulisse

9 cum necdum haberet filium. *Nono* valde dubium esse, si non falsum, quod aliqui proferunt, nempe Abrahamum viuo adhuc parente, corpore quidem Deo paruisse, postea verò animo, cum scilicet nulla eum ad reuiscendas ædes paternas causa sollicitabat. Hoc enim non satis congruere videtur, cum prompta Abrahamæ obedientia. Nam sicut filium immolare iussus, sine mora de nocte surgens diuino mandato quantumuis arduo obsequi studuit, Gen. 22. v. 3. ita credibile est, Deo imperanti vt exiret, de terra, domo, cognatione sua, statim corpore

corpore & animo obtemperasse, eodemque anno, quo ei facta est prima promissio, venisse Charran, & inde in terram Chanaan. *Decimo*, ex sententia S. Augustini, quærendos quidem esse plures exitus, è difficilium quæstionum perplexitate, sed non plures exitus Abrahami de Charan.

QVÆSTIO VI.

Quando Deus Abrahamum Charris in Chananitidem transtulerit.

1. **I**D post mortem Tharæ accidisse testatur S. Stephanus Act. 7. v. 4. quod nemo scriptorum Christianorum in dubium vocare potest. An vero id factum fuerit, quâdo primum in Chananitidem sese Charris contulit Abraham, ut narratur Gen. 12. in quæstione versatur. Sunt enim, qui negant Moysen illo capite 12. mentionem huius translationis fecisse; Abrahamum quidem annos 75. natum, à Deo vocatum in Chananitidem venisse fatentur, sed inde post 60. annos sub Thare obitum Mesopotamiam repetisse volunt, siue ut parentis funus curaret, siue ut hæreditatem cerneret, ac tandem inde translatum à Deo in Chanaanæ permansisse. Ita Cornelius Gen. 12. v. 4. & Petavius lib. 9. cap. 17. ex eorum mente, qui annum Thare 70. Natali Abrahamæ dedicant. Et probatur hæc opinio, quia S. Stephanus ubi Latinus habet, *transtulit*, scripsit *μετακίσει*, id est, firmiter collocavit, ut ipsi interpretantur. Abrahamum autem ante mortem parentis, non putant in Chanaanæ firmiter collocatum fuisse. Taceo explicationem quam affert S. Augustinus, nempe Abrahamum à Deo in terra Chanaan firmiter collocatum, quando natus est Iacob, Abrahamæ nepos.

*Status
quæstionis.
1. Opinio.*

2. Alij verò contendunt tunc à Deo Abrahamum in Palæstinam translatum, quando ex Haran in Sichem venit, ut narratur Gen. 12. quam Chronographiam sequuntur ij, qui ad annum 130. Thare, ortum Abrahamæ differunt, & migrationes Abrahamæ ex Haran, ab aduersarijs sine necessitate multiplicari putant, & sine efficaci ratione natalem Abrahamæ ad annum 70. Thare referri. Hinc Bonferrius Gen. 11. vers. 26. ait *μετακίσει* idem esse ac efficere, ut quis habitationem & domicilium mutet: quod non fecit Abraham, cum iam 60. annos habitasset in Chanaan, & tantum conficiendi negotij causa animo mox in Chanaan reuertendi in Charan abiisset. *Quis enim, inquit, dicat eum, qui fixum in Belgio domicilium habet. si Parisios negotij causa profectus fuerit, inde mox negotio confecto reuersurus, cum reuersus domum fuerit, mutasse habitationem & domicilium?* Addit Sanctius in cap. 7. Act. num. 10. translationem siue secundam, quam aliqui excogitant Abrahami ex Haran profectionem, dici

2. Opinio.

non debere firmam collocationem siue constitutionem: quia plus quam 400. annis tota Abrahami posteritas peregrinata est, donec à Iosue exturbata antiquis possessoribus in terram promissionis introducta est. Et probat ex illo Hebr. 11. Fide demoratus est in terra promissionis tanquam in aliena, in casulis habitando, cum Isaac & Iacob coheredibus re promissionis eiusdem.

Conclusio. Hanc Bonfrerij & Sanctij interpretationem sequor: sicut enim *κατοικῶ*, id est est, quod *habito*; & *κατοικίζω* quod *habitare facio*, iuxta illud Plal. 112. *ὁ κατοικίζων τὴν οἶκον ἐν δίκῃ*: qui habitare facit sterilem in domo: ita *μεροικίζω* aliam vim non habet, quam *migrare facio*, siue is qui migrat, fixè & constanter in termino quæ petit, siue ad tempus sit permanens. Vnde illud Thren. 1. v. 3. *μεροικίσα μὲν Ἰούδας*, cum scilicet ea Tribus Babylonem ducta est, non ibi perpetuo mansura, sed post annos 70. postliminio reditura. Quamobrem qui vocem *μεροικίζω* ad perpetuam siue constantem habitationem duntaxat referunt, & opponunt illi migrationi, qua Abraham è Mesopotamia Sichimam primum aduenit, à genuina vocum significatione mihi deflexisse videntur. Sicut neque probatur opinatio Andreæ Masij in cap. vii. Iosue, vbi verba S. Stephani de centis Deum transtulisse Abrahamum in terram Chanaan post mortè Thare, interpretatur de morte animæ siue peccato Idololatriæ, quo Thare corpore viuus, animæ interitum subiecit: liquido enim apparet hanc explicationem esse excogitatam, & nullo modo probandam, vt bene Pererius lib. 16. in Gen. disp. 3. docet. Deus igitur transtulit Abrahamum in terram Chanaan; quando ipse Abrahamus Dei iussu & auxilio ex Haran migravit in Chananitidem, vt scribitur Gen. 12.

QVÆSTIO VII.

*Vtrum Sara fuerit filia Aran, neptis & uxor
Abraha.*

Opinio. 1. *S*aram fuisse non Aran sed Thare filiam ac sororem, non tamen uerè filiam Abrahæ censent Clemens Alexandrinus sub finem lib. 1. Stromatum, Lippomanus & Caietanus in cap. 20. Gen. Dominicus Soto lib. 2. de Iust. & inter q. 3. quibus fauere videtur S. Hieronymus in Tradit. Hebr. in Genesim, Petruuius lib. 9. cap. 17. loquens de authoribus pro secunda opinione mox citandis. Nos inquit ad ea sic parati sumus, vt quod isti ex Hebraeorum traditione certissimum putant, eadem fiducia falsum arbitremur Iescham eandem esse cum Sara. Hanc enim Thare patrem genitam, sed ex alia coniuge, qui melius, quam omnes isti, scire potuit Abrahamus docent Gen. 20. v. 12. Probat hęc opinio 1. Quia qui volunt Iescham esse eandem cum

cum Sara non nisi Hebræorum traditione nituntur. 2. Ex illis verbis Abraham Gen. 20. v. 12. & vere soror mea est, filia patris mei, & non filia matris mee. 3. Ex Gen. xi. v. 29. Duxerunt autem Abraham & Nachor uxores: nomen uxoris Abraham Sarai. & nomen uxoris Nachor Melcha, filia Aran patris Melcha & patris Iescha. Si enim Sara fuisset filia Aran, cur id non expressisset Moyses, sicut de Melcha & Loth expressit? Confirmatur ex eodem capite, v. 31. Tulit itaq; Thare Abram filium suum & Loth filium Aran filij sui, & Sarai nurum suam, uxorem Abraham filij sui. Si Sara esset filia Aran, cur id disertè hic non diceretur, sicut Loth disertè nominatur filius Aran?

2. Altera opinio, vt communior, ita & probabilior credit Saram fuisse filiam Aran sororem Loth, Abrahami ex fratre neptem, ita vt auus Saræ fuerit Thare, patens Abraham. Sic habet Iosephus lib. 1. antiq. cap. 6. *Aranes, ait relicto filio Lotho, & filibus Sara & Melcha in regione Chaldaeorum est mortuus.* Et paulo inferior. *Neptes verd ex fratre duxerant coniuges, Melcham Nachor, Saram Abrahamus.* Quod ipsum repetit cap. seq. Idem sentiunt S. Hieronymus, S. Augustinus locis mox indicandis, Procopius, Lyranus, Tostatus, Pererius, del Rio, Cornelius Sa, Carthusianus, Bontrierius, Menochius, Vatablus, in loca Gen. pro prioris opinionis confirmatione adducta. Genebrardus ad finem 2. ætatis, Tornicellus & Salianus in suis Annalibus ad an. m. 2049. Hebræi in Seder Olam, adduntque hi authores magno consensu Saram eam esse, quæ & Iescha appellatur. Probat hęc interpretatio. Ratio enim honesti non permittit, vt credamus Abrahami ætate viros iustos cum sororibus eodem parente genitis nuptias contraxisse: imo neq; vulgò factitatum id fuisse videtur, nisi forte apud barbaras & impias aliquas nationes, vt postea de regibus Aegypti, & Cambyse Persarum Monarcha patratum legimus & horremus. Idcirco Abrahamus dicebat Saram esse sororem suam, vt inde homines certo sibi persuaderent, eam non esse coniugem. Nec idcirco mentiebatur Abraham: quia vulgari apud Hebræos loquendi vsu, fratres & sorores eæ personæ dici solent, quæ sanguine iunctæ sunt, vt patruelis, consobrini, amitini, item nepotes & neptes cum patris, aunculis, materteris.

3. Confirmatur 1. ex Leuitico cap. 20. v. 17. *Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris sue, & viderit turpitudinem eius, illaq; conspexit fratris ignominiam, nefariam rem operati sunt, occidentur in conspectu populi sui.* Vnde apparet prorsus detestandum esse eiusmodi connubium, nisi humani generis propagandi summa necessitas ad talem coniunctionem videret, vt contigit in primis Adami & Euzæ liberis. Hinc S. Augustinus 15. Ciuit. 16. *Cum non essent vlli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent, viri sorores suas coniuges acceperunt, quod profecto quanto est antiquius compellente necessitate, tanto postea factum est damnabilis religione*

M 3.

prohi-

2. Opinio
commu-
nior &
melior..

Probatur

1.

Probatur

2.

prohibente. Quod non de religione Mosaica duntaxat intelligendum autumamus, sed naturali, post eam multiplicationem hominum, quam a brahami tempore ex antiquis historijs, & sacrae Scripturae interpretibus fuisse legitimus. Recole, quæ ex alijs retuli supra de Phaleg, ante Appendicem de æra Babylonica.

Probat

3.

4. Confirmatur 2. Cum Thare duas filij sui Aranis natus parente ortas, quæ optimè collocatas desideratit, & Melcham Nachori dederit; credibile est alteram nempe Iescham Abrahamo elocasse, patruo neprem, quod neq; tunc neq; legis Mosaicæ tempore vetabatur. Nam Othoniel vir bonus, vxorem duxit axam filiam fratris sui Chaleb. Iud. 1. quod legi per Moysen dare minime aduersabatur. Quam in sententiam S. Hieronymus in Tradit. Hebr. Gen. xi. sic scribit: Aran filius Thare, frater Abraham & Nachor duas filias genuit, Melcham & Sarai cognomento Iescham *δωδέκαμοι*, è quibus Melcham accepit vxorem Nachor, & Sarai Abraham: necdum quippe inter patruos & fratrum filias nuptiæ fuerant lege prohibitæ, quæ in primis hominibus etiã inter fratres & sorores initæ sunt. Hæc ibi. Et contra Heluidium: quomodo, inquit & Abraham ipse Saram sororem suam habuit vxorẽ: etenim ait, verè soror mea est, de patre, sed non de matre, i. e. fratris est filia, non sororis. Alioquin quale est, vti Abraham vir iustus, patris sui filiã coniugẽ sumpserit, cū in primis hominibus propter auriũ sanctitatẽ id ipsum scriptura nõ nominet, malens intelligi, quã proferri, & Deus lege postea sanciat ac minetur, qui acceperit sororẽ &c. Leu. 10.

5. Ex quibus apparet contrariam explicationem, quæ apud eundem S. Hieronymum reperitur, in Tradit. Gen. 20. vel esse mutilam, vel non tam proprio, quam alieno depromptam. Eandem prorsus doctrinã tradit S. Aug. lib. 22. contra Faustum cap. 35 hisce verbis: Cum Abraham eo tempore viueret in humanis quo tempore iam frater, ex utroq; aut altero, alteraue parente natos necti coniugio non licebat, filios autem fratrum, aliosque longiore gradus generis consanguineos nulla lege, nulla potestate prohibita consuetudo urgebat: quid mirum si sororem suam, id est, ex patris sui sanguine procreatã habebat vxorem? nam hoc ipse reddenti sibi regi dixit, de patre esse sororem, non de matre. Vbi certè vt sororem mentiretur, nullo iam timore cogebatur, quando ille vxorem eius esse didicerat, & eam diuinitus territus cum honore reddebat. Fratres autem siue sorores generali nomine consanguineos vel consanguineas solere apud veteres appellari Scriptura testatur. Nam & Tobias minor, quam accipiebat vxorem appellauit sororem, non quidem eiusdem patris aut matris sicut natam, sed ex eadem stirpe cognationis exortam. Et Loth Abrahamæ frater dicitur cuius tamen patrum fuisse Abrahamum scriptura declarat. Similiter in Euangelio fratres Domini nominantur, non eiusdem matris filij, sed ex eadem sanguinitate propinqui. Eadem docet lib. 6. ciuit. cap. 11. 12.

19. ac pleriq; Theologi cum S. Thoma 2. 2. q. 110. Huic sententię calculum suum addit S. Chrysof. hom. 45. in Genesim, vbi Abrahamum sic loquentem introducit: Ne putetis me etiam sic mentitum esse: etenim soror mea est, ex patre, sed & non ex matre, quia eundem patrem vocat, quem & ego: ideo & ego sororem meam vocavi. Hinc iure miratur Pererius S. Chrysofomum in contrariam sententiam citari.

6. Ad primam rationem prioris opinionis; dico eos qui Saram Abrahami neprem esse censent, non sola Hebræorum traditione, niti: sed etiam rationibus, iam num. 2. 3. 4. allatis.

7. Sara verè, hoc est, sine mendacio fuit soror Abrahæ, eo sensu, quo sanguine iuncti Hebræo idiotismo fratres & sorores nominantur, vt iam ex S. Augustino dicebam, & patet Gen. 13. v. 8. Tobia 8. v. 9. Matthæi 13. v. 55. Ioan. 7. v. 3. & alibi. Sciebat vtiq; Abrahamus, & dicebat Saram esse sororem suam ex patre & non ex matre, quia Thare quidem genuit Aranem & Abrahamum, sed non ex eadem coniuge, vt præter alios inculcant Cornelius & Bonfrerius Gen. 20. Quod cum non ignoraret Abrahamus vocabat eam generali nomine sororè, hoc est, consanguineam suam, ex parte patris sui qui erat auus Saræ: cuius auia non erat genitrix Abrahami. Quo fiebat vt more scripturæ Sara diceretur filia Thare, eo sensu, quo Dauid dicitur pater Abiæ sui pronepotis. 3. Reg. 15. v. 3. & Nabuchodonosor passim dicitur Pater Baltassaris, vt Dan. 5. ex Petauij & aliorum plurimorum, qui hunc putant Nabuchodonosoris nepotem fuisse; & clarissimè ex Matth. 1. Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahami.

8. Tertium argumentum soluendum est ab aduersarijs. Si enim Sara fuit filia Thare, cur id Moyses siluit, cum expressè dixit Aranem fuisse filiam Thare? Saram tamen fuisse Arane genitam insinuasse videtur, dum monet Aran fuisse parentè Melchæ & Ischæ, quæ alio nomine Sara dicebatur: eam autè nō vocat expressè filiam Aranis, sed vxorè Abrahæ, quia huius coniugium magis nobilitat Saram quàm filiatio ex Aran. Si quidem ex hoc connubio facta est mater credentium & totius populi à Deo electi. Confirmatio in authorès retorquetur: Si enim Sara fuisset filia Thare: cur hic dicitur tulisse *nurum suam*, & non potius verbo amabiliore *filiam*, sicut dicitur tulisse Abrahamum *filium suum*?

9. Obijciunt nonnulli verba Thamar, quibus fratrè suum cōpellabat, 2. Reg. 13. v. 13. *Loquere ad regem. & non negabit me tibi.* Vnde deducūt illā credidisse, quod saltè ex dispensatione, soror fratri nubere posset. At crediderit sanè id fieri posse, sed puellari credulitate: magis autè credendum est, S. Augustino, S. Hieron. & alijs, qui id negāt. Vide Sanctiū in c. 13. l. 2. Reg. qui tandè cōcludit magis sibi probari, verba illa à Thamar dicta fuisse eo q̄ ignoraret, quid lex & natura præscriberet, aut q̄ hac ratione pruriētis insaniā eludere veller. Idè purat Abul. q. 4.

QVÆ-

Ad 1. prioris opinionis.

Ad 2.

Ad 3.

Obiectio.

Responsio.

QVÆSTIO VIII.

Quoto anno Thare natus sit Abraham.

Quidam
putant
anno 70.

1. Quidam Abrahamum Thare septuagenario natum autumant. Ita Hebræi in Seder Olam, Iosephus, 1. Antiq. 6. Pererius & Cornelius Gen. 11. & 12. Suarius 3. p. q. 1. art. ult. Azor lib. 6. moral. cap. 58. Petavius lib. 9. cap. 18. Genebrardus, & turmatim tum alij, tum in primis sectarij, vt Scaliger, Caluifius, Bucholcerus, Alstedius, Funccius, Chytræus, Origanus, probat ex scriptura Gen. 11. v. 26. *Vixit Thare septuaginta annis, & genuit Abram & Nachor, & Aran:* quibus verbis asserunt Moysen clarè indicare, quod Thare septuagenarius Abrahamum genuerit, atque ita per hunc annum septuagesimum Thare Moyses voluerit sacram Chronologiam continuare, quæ alioquin, iniquiunt, esset incerta & dubia, imo falsa, si non septuagesimo, sed centesimo trigesimo anno Thare, natus foret Abrahamus, 2. Cum oraculo diuino accipisset Abraham sibi nasciturum filium dixit: *putasne centenario nascetur filius, & septuagenaria pariet?* Gen. 17. v. 17. Non habuisset causam hoc dicendi, si natus fuisset anno patris sui centesimo trigesimo.

Alii anno
130. idq;
probabilius.

2. Sunt tamen alij, qui censent Abrahamum anno patris sui 130. exacto natum esse. Ita Tornicellus & Salianus ad annum mundi 2039. Sanctius in cap. 7. A. & A. post. Barradius tom. 1. Concordiæ Euang. lib. 8. cap. 9. Pontacus in Chron. Eusebij Merzilla paraphrasi in Pentateuchum, Lyra, Caietanus, Bonfrerius, in Genesin, Naclantus libro aeternorum Christi & de annis 3. ætatis mundi. Theodoretus apud Lipomanum, & disertè Procopius Gazæus in cap. 12. Gen. Mihi inquit elucescere satis superq; videtur, Tharam genuisse Abrahamum, non instante anno 70. sed eo perfectè completo. Nec etiam continuo, vbi ille annus finem accepit, natus est Abraham, sed demum centesimo trigesimo Tharæ. Eadem est doctrina S. Chrysof. vt paulo post ostendam: cui subscribunt è sectarijs Nicolaus Reimarus, Beroaldus, Temporarius, Tremellius, Bruchtonius, Pavvel, qui in hanc sententiam trahit, si Dijs placet, Lutherus & Calvinus. Ad huius sententiæ declarationem quidam Sacræ scripturæ verba, considerandi sunt. 1. *Vixit Thare septuaginta annis, & genuit Abram & Nachor & Aran* Gen. 11. v. 26. 2. *Tulit itaq; Thare Abram filium suum, & Loth filium Haran, filium filij sui, & Sarai nurum suam, vxorem Abraham filij sui, & educit eos de Chaldaeorum, vt venit in terram Chanaan, veneruntq; vsque Haran, & habitauerunt ibi. Et facti sunt dies Thare. ducentorum quinque annorum & mortuus est in Haran.* ib. v. 31. & 32. 3. *Septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur de Haran.* Gen. 12. v. 4. 4. *Tunc exiit de terra Chaldaeorum, & habitauit in Charran, & inde postquam mortuus*

mortuus est pater eius transtulit illum (Abrahamum) in terram istam, in qua vos habitatis, & non dedit illi hereditatem &c. cum non haberet filium. Act. 7. v. 4. & 5.

3. Ex hisce tribus postremis locis Abrahamum anno 130. Thare genitum probari potest. Nam teste S. Stephano in Act. Apost. Deo duce, & imperante Abram in Chananitidem venit: & tunc erat 75. annorum teste Moyse loco citato, cum paulo ante dixisset Thare obiisse in Haran. Tolle 75. de annis 205. vitæ Thare: remanebunt 130. quos Thare ante Abrahamum exegerat.

4. Respondent prioris sententiæ auctores Abrahamum sæpius Charris *Obiectio* in Chananitidem profectum. *Primò* quidem, cum esset 75. annorum, & Thare haberet 134. ætatis annos: atque huius profectiois Moysem in Gen. meminisse: sed ibi non obseruatum temporis ordinem, dum Thare obitus, ante illam primam profectioem narratur. *Secundò*, annis 60. ab hac migratione translatis, cum sub parentis obitum Abrahamus Charras rediisset, indeque rursus se in terram Chanaan referret: atque de hac profectioe locutum S. Stephanum existimant. Verum hæc responsio plures Abrahami transmigrations, ex Haran, in terram Chanaan gratis excogitat, idque ex eo, quod præsumat, quasi centum, id quod est in controuersia, nempe Abrahamum esse natum Thare septuagenario. Amo reclamare videtur S. Stephanus Act. 7. v. 5. cum ait Abrahamo non fuisse filium, quando Thare mortuo Deus Abrahamum transtulit in Terram promissionis. Alludit enim S. Stephanus illo versu quinto, ad vers. 7. cap. 12. Geneleos, atque ita de eadem profectioe loquitur, de qua Moyse loco isto Geneleos. 2. Reclamat apertè S. Chrysostomus hom. 31. in Genesin, ubi multis in hanc rem allatis disertè asserit Abrahamum Charris, non ante euocatum à Deo, quam Thare obiisset. Quod & homilia 36. inculcat. Vnde clarè patet, ex huius S. Doctoris sententia Abrahamum non nisi semel ex Haran, idque parente iam mortuo migrasse. Et sic aduersarij non solum migrationes sine sufficienti ratione multiplicant, sed & temporis prolepsin gratis excogitant, in ijs, quæ Moyse, de morte Thare, & Abrahami in Chananaã aduentu narrauit. Quod verò dicunt *1. Pet. 2. 15* non conuenire illi profectioe de qua Moyse in Genesi meminuit, nescio quo iure id asserant. Siquidem vt supra monui, *1. Pet. 2. 15* nihil aliud significat, quam aliquem mutato domicilio, ad nouas sedes occupandas inducere, siue transferre. Quod factum scribitur illo cap. 12. Gen. eo prorsus modo, quo mutatis sedibus homines domicilium aliud transferre solent, secum ducentes familiam, & rem familiarem totam. Tulit Sarai uxorem suam, & Loth filium fratris sui, vnuersamq; familiam, quam possederant, & animas quas fecerant in Haran, & egressi sunt, vt irent, in terram Chanaan. Cum autem auctore Deo hæc fecerit Abraham, verè ac propriè de hac migratione dici potest, quod Deus tunc illum *1. Pet. 2. 15*, hoc est migrare fecerit, siue transtulerit in terram Chanaan.

N

5. Re-

Arg. 3.

5. Reclamant tertio, quæ deinceps in Genesi narrantur à Moyse, tum illo cap. 12. tum sequentibus, & indicant Abrahamum, annos 75. natum è Charan sic digressum esse ut nunquam eo se & familiam suam retulerit, imò neque per nuncios lógo temporis spatio videatur quicquam cum cognatis, qui vel Charris, vel in Vr Chaldæorum degebant habuisse commercij. Nam ut bene cum Torniello aduertit Sallianus, quando Abraham descendit de monte, in quo filium immolaturus erat, ex Mesopotamia nuncium accepit, Melcham peperisse fratri suo Nachori, octo filios, Romam cõcubinam quatuor. Erat autem eo tempore Abraham circiter 125. annorum. Vnde colligunt isti authores Abrahamum cum esset 75. annorum, non reliquisse parentem in Haran superstitem: cum enim læpius saltem per nuncios reuississet, & citius de tam secunda Melchæ sobole certior factus fuisset. His addit Bonferrius Gen. 11. v. 26. Si Abraham anno ætatis suæ 135. Charras redijt, quid ni tunc potius nuptias inter Isaac annos iam 45. natum & Rebeccam conciliaffet, quàm post quinque annos magis impendijs, eo seruum ea de causa ablegaret? Cur seruus de rebus Domini sui, de eius opulentiâ, de filio ex Sara suscepto (Gen. 24. v. 35.) quasi de rebus ignotis loquitur, si ante paucos annos Abraham eos inuiderat? Respondet non modo, illud nimis otiosè quæri, hanc præ posteræ curiositatis enucleatam diligentiam meritò prudentibus viris ludibrium debere. *Satis est nobis*, inquit, *Abrahamum anno patris lxx. natum esse, testatum in scripturis legi.* Verum hæc verba sunt & principij, ut dicitur peticio. Nam ut Semum anno parentis 500. natum in Scriptura legimus, sicut Abrahamum 70. Quomodo autem tam de Semo, quam de Abrahamo scriptura intelligenda sit, hoc vero est quod varijs discursibus

Replicæ

Ad replicam

inquirunt Chronologi, cū id scriptura non explicet expressis & apertis verbis.

Arg. 4.

6. Confirmatur hæc sententia 1. ex eo, quod sit plana & facilis, ac sine apertis contradictionibus, omnem propositæ quæstionis difficultatem penitus exhauriat, nullamq; ne in speciem quidem, in sacris literis dissonantiam relinquat, ut testatur Pererius, lib. 16. in Gen. disp. 13. Quæ meo iudicio causa fuit, cur hanc sententiã paucis expediuerit, & minimè contemnendam monuerit Augustinus. Cõtraria autem opinio, quæ sine probatione supponit Abrahamum parente septuagenario natũ, intricatissimos ac penè indissolubiles difficultatis

Arg. 5.

nodos habet, ut oēs fatentur. Confirmatur 2. ex eo, quod ut q. 4. de clarat. Sara credatur esse filia Aran, quæ non nisi decennio iunior Abrahamo fuit. Volũt quidem Hebræi Saran octenni patreculo natam: sed non est facile creditũ, eam ætatè liberorũ procreationi aptam fuisse. Isaac non ante quadragensimum ætatis annum elocata est Rebecca. Iacob septuagesimũ annũ ante suas nuptias sperarar. Cõfirmant aliqui tertio ex S. Paulo Heb. 11. v. 15. vbi cum dixisset Abrahamum, Isaac, Iacob, Saram fuisse peregrinos & hospites super terram ad dicitur

Arg. 6.
sed in scriptura

si quidem illius meminissent, de qua exiuerant: habebant utique tempus reuer-
tendi. Sed hæc ratio non videtur efficax.

7. Primo aduersæ partis argumento principium peti videtur: hic enim quæ-
ritur, utrum ex eo, quod Moyses dicat, vixisse Thare 70. annos & genuisse A-
bram, Nachor, Aran, velit significare, tres istos illo anno natos; an verò solum
Abrahamum; reliquos duos annis præcedentibus, aut sequentibus. An fortè Aran
prius, natum, Abrahamum illo anno, Nachorem postea? An deniq; nihil aliud
intenderit Moyses, quàm indicare istos tres fuisse fratres, & oēs genitos, cum iam
Thare esset ut minimum 70. annorum, cum tamen alij Patriarchæ post Arphaxad,
Gen. 11. recensiti circa annum trigessimum suorum parentum nati dicantur.
In hæc enim licet diuersissimas interpretationes sacer contextus distrahi posse
videtur. Abrahamum illo anno 70. vel solum, ante alios, vel cum reliquis duo-
bus natum non arbitror: si præsertim Sara fuit Aran filia, ut ex dictis patet. Si
dixeris prædictis verbis significari Aran & Nachorem iam antea natos fuisse:
Abrahamum verò isto anno in lucem prodijisse; quæret quispiam unde hanc in-
terpretationem habeas? deinde an simili modo similem phrasin de Sem, Cham
& Iapheth interpreteris. Ego verò arbitror planum & genuinum illorum ver-
borum sensum esse, Thare prius 70. annos vixisse, tum successu temporis istos
tres genuisse: quo autem ordine, quo præcisè anno singuli procreati fuerint,
aliunde inquirendum.

*Adi rati-
onem i. o-
pinionu.
Quo sensu
dicitur quod
Thare 70.
annorum
genuerit.*

*4. Sensus
esse possunt
prima
fronse.*

*Sensus pro-
babilior.*

*Responsio
ad obiecta.*

8. Nego vero ex hac interpretatione Chronologiam turbari: hæc enim ab
Arphaxad ad Abrahamum, non deducitur per annum 70. Thare; sed per an-
num 205. de quo Gen. 11. in fine, iuncto initio cap. 12. Cum enim ibi Moyses di-
xisset Thare è viuis excessisse, cum esset 205. annorum, mox versu 4. cap. 12. sub-
dit Abrahamum fuisse 75. annorum, quando patre vita functo in Chanaan cõ-
cedebat, ut explicat S. Stephanus Act. 7. v. 4. Non igitur Moyses incertam hoc
loco Chronologiam reliquit, tantum abest ut falsam tradat; quantumuis ab
anno 70. Thare, Abrahami natalem separemus. Imò sicut Moyses explicuit
annorum seriem, signando natalem Arphaxad biennio post diluuium, quam
intricaram reliquerat, ortum Sem, Cham & Iapheth ad annum 500. Noe refe-
rendo: ita ex eo quod annum 75. Abrahamæ adiungat ad 205. Thare, satis decla-
rasse videtur, quod obscurè dixerat, narrando Thare vixisse 70. annos, tum
Abram, Nachor, & Aran genuisse.

*Cur scri-
ptura ma-
minerit
Aran &
Nachor.*

9. Iure autem sacer contextus hæc trium istorum Thare filiorum meminit,
quia ex Aran Sara, ex Nachor Rebecca descendit: atque adeo Israelitæ, totum
genus suum ex hisce tribus fratribus trahunt; paternum ab Abrahamo: ma-
ternum ex Nachor & Aran. Nec tacere debuit Moyses annum 70. Thare:
Thare: quia cum reliqui Patriarchæ post diluuium nati circa annum

ætatis suæ 30. filios hoc cap. recensitos genuissent: attamen Thare non nisi post annum 70. genuit Abram, Nachor, Aran, quod discrimen iure merito notandum erat, quamuis inde series annorum non deducatur.

Ad 2.

10. Ad 2. argumentum respondet Salius Abrahamum non solum suam senectutem initio admirationis considerasse, sed etiam corpus suum emortuū, imò & Saræ de qua agebatur conditionem, quæ & senexerat, & semper sterilis fuerat; postea verò cum in spem, contra spem, omiſſa naturalium impedimentorum consideratione credidisset, eum diuinitus vigorem accepit, ut non solum ex Sara Isaacum, sed ex Cethura etiam post multos annos prolem copiosam susciperet. Gen. 25. v. 2. Hinc de Sara Apostolus Hebr. 11. v. 11. *Fide & ipsa Sara sterilis, virtutem in conceptionem seminis accepit etiam præter tempus ætatis.* Adde Menochius, ex admiratione natam istam interrogationem Abrahamæ: *Si dubitasset, inquit, à Domino reprehensus fuisset.* S. Hieronymus tamen & S. Chrysoſt. eum dubitasse censent.

Aran fuit
senior A
bramo.

Cur Abrã
fratribus
suis præpo-
natur.

11. Ex dictis colligitur 1. Aran fuisse Abrahamo seniore: siquidem Sara siue Iescha non nisi decennio iunior erat Abrahamo. 2. Non idcirco Abrahamum ante suos fratres Aran & Nachor nominari, quod primus eorum natus fuerit, sed quod dignitatis excellentia præcesserit, sicut ob similem rationem Isaac præponitur Ismaëli. Gen. 25. v. 9. Iacobus fratri suo Esau, Malach. 1. v. 3. progenies Iudæ prius commemoratur, quam fratrum eius. 1. Paral. 4. v. 1. Idem suis fratribus anteponitur Apoc. 7. ver. 1. licet ordine nascendi, quartus fuerit. Ita S. August. loc. c. Lyranus Genes. 11. Tostatus ib. q. 19. & c. 3. Ex verbis Sacre Scripturæ Gen. 11. v. 26. solum haberi Tharã fuisse prius septuagenarium, quam Abram, Nachor, Aran nascerentur, ut in simili de Noë ex multorum sententia dixi, qui cum esset 600. annorum, dicitur genuisse Sem, Cham, Iapheth.

QVÆSTIO IX.

Quoto anno post diluuium natus sit Abram.

1. Opinio.

1. Notat Pererius ex supputatione Eusebij à diluuiò ad Abraham centos annos 1720. in alijs tamen exemplaribus, & pluribus in locis notatur tantum 942. S. Augustinus 16. ciuit. 10. putat 1072. Isidorus 5. Etym. cap. vii. 942. ex computo Iosephi exurgunt 993. Quicquid autem sit de varijs hæc de sententijs, annorum numerus, qui hoc temporis interuallo effluerunt colligitur ex annis, quos habebant Patriarchæ, quando filios in Scriptura nominatos susceperunt. Septuaginta prout iam ordinariè apud eos legimus dant Sem annos 2. Arphaxad 135. Cainan 130. Salæ 130. Heber 134. Phaleg 130. Ragau 130. Saru

Sarug 130. Nachor 179. Thare 70. sic ad annum 70. Thare à diluuiio computant annos: 172.

2. At Hebræa & Latina editio tribuit Semæ annos duos, Arphaxad 35. Sale 30. Heber 35. Phaleg 30. Ragau 32. Sarug 30. Nachor 29. Thare 70. Summatim 292. Si igitur excludatur è numero Patriarcharum, Cainan iunior, & natiuitas Abrahæ ad annum 70. Thare conijciatur, Latini & Hebræi non nisi 292. annos inter diluuium & ortum Abrahæ numerabunt: si vero excluso Cainan, natalis Abrahæ ad annum 130. Thare differatur, putabuntur anni 352. si dentur Cainan 30. anni, & Thare 130. putentur: à transacto diluuiio ad natiuitatem Abrahæ numerabuntur anni 382. quam supputationem cæteris antepono, quam diu Ecclesiæ censura Cainan in Euangelio, & Patriarcharum chorothesidere permittit.

Alia opinionones.

Conclusio.

Quoto autem anno ante Christum natus putetur Abraham, facile iam colligi potest, collatis his quas de anno creati mundi retuli sententijs. Gen. 1. q. 2.

GEN. II. v. 2.

Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum & mortuus est in Haran. Sic habet fons Hebræus, vulgata editio, & Chaldaica paraphrasis: Septuaginta vero: *facti sunt dies Thare in terra Charan, anni 205. & mortuus est Thare in Charan.* Quæ verba explicans S. Augustinus 16. ciuit. 14. sic scribit: *Non est hoc sic accipiendum, quasi hos omnes dies ibi egerit: sed quia omnes dies vite sue, qui fuerunt 205. ibi compleuerit.* Idem repetit cap. 24. & eandem computandi rationem accommodat ad 400. annos, quibus affligendum dicitur semen Abrahæ. Gen. 25. v. 13. Quam explicationem plerique omnes admittunt, nec pauci ad similia sacra Scripturæ loca adhibent, vt Exodi 12. vers. 40. vbi Hebræa & vulgata habent: *habitatio filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto fuit 430. annorum.* Non quod omnes istos annos ibi Israëlites posterii transegerint; sed terminauerint, vt notat Cornelius in eum locum, Salianus ad ann. m. 2543. num. 11. Eodem sensu Iudith mansisse dicitur in domo viri sui annos centum & quinque. Iudith 16. v. 28. Simili computatione anni aliquot Iudicum cum annis seruitutis vnam in summam colliguntur, vt Othoniel 40. Aod 80. &c. Similiter plurimi Saulem 40. annos regnasse scribunt, sed simul tempus, quo Samuel iudicem egit, inuolant. Multi etiam hoc modo annos 70. desolationis templi computant, de quibus Dan. 9. v. 2. ij nimirum authores, qui seruitutis Babylonicæ annos à transmigratione Iechoniæ, aut initio regni Nabuchodonosoris, vel citius ordiuntur.

Insignis Interpretis Regula est S. Augusti.

* * *

N 3

IN

IN CAPVT XII.

GEN. v.l.

*Status
quæstio. 1.* 1. **D**ixit autem Dominus ad Abram: egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de
domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi &c.

Conclusio. *Quæstio hic est, 1. vtrum hæc vocatio contigerit antequam Abraham veniret
Charras, an cum ibi iam aliquamdiu habitasset. Ad cuius decisionem conside-
randa sunt, quæ S. Stephanus narrat, Act. 7. v. 2. Deus gloria apparuit patri nostro
Abraham, cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charan, & dixit ad illum:
exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam monstrauero tibi. Tum
exi de terra Chaldeorum & habitauit in Charan. Vnde clarè patet Abrahamum
fuisse à Deo vocatum antequam in Charan moraretur. Etsi verò S. Augusti-
nus q. 25. in Genesin, id contigisse putet, cum iam Abraham egressus esset à
Chaldæa; sed Charras necdum peruenisset: communis tamen interpretum
doctrina, Gen. 12. & Act. 7. in narratione S. Stephani Mesopotamiam sumit, non
presè pro ea quæ dicitur Syriæ, sed prout complectitur etiam vicinam Chaldæam,
quam Mesopotamiæ contributam asserit Plinius lib. 6. cap. 26. Idem
docent Sanctius, Cornelius, Menochius l. c. Salius ann. m. 2108. num. 5. Po-
tanius lib. 9. cap. 18. & probat Bonfrerius hîc: tum quia Chaldæa propriè est
patria Abraham, tum quia Deus passim dicitur illum eduxisse de Vr Chaldæo-
rum, tum quia ideuincere videntur, quæ ab Ach'or narrantur Iudith 5. v. 7.*

*Status
quæstio. 2.* 2. Vtrum tamen ea vocatio cuius meminit Moyses, eadem sit cum ea
quam commemorat S. Stephanus disputant Scriptores: esto in eo conueniant
omnes, cum S. Augustino, quod S. Stephanus agat de vocatione facta antequam
Abraham Charris moraretur. Cornelius & Bonfrerius initio cap. 12. Gen. ex-
stimant verius esse tantum semel vocatum à Deo Abrahamum, eandemq; esse
vocationem de qua agitur Gen. 12. & Act. 7. atque ita eam contigisse ante mor-
tem Thare, non in Charan, sed in Vr Chaldæorum. Vnam etiam tantum vo-
cationem Abraham agnoscit S. Aug. 16. ciuit. 15. vbi docet mortem Thare pro-
prolepsin prius à Moysè narrari, quam hanc vocationem. Itaque primum illud
verbum cap. 12. Dixit, erit idem, quod dixerat, scilicet ante mortem Thare, ita
Abraham dum Charris excederet, vocationi in Vr Chaldæorum factæ obediret:
præsertim si, quod idem S. Aug. tradit ibid. cap. 16. eodem anno facta sunt hæc
omnia, & Dei promissio antequam in Charra habitaret, & in Charra habitatio eius, &
inde profectio. Probat hanc interpretatio, tum quia sine necessitate, non sunt vo-
cationes multiplicandæ, tum quia S. Stephanus iisdem verbis vtitur, quibus
Moyses, & sufficiebat vocatio facta in Chaldæa, vt Abraham intelligeret illud
per

pergendum Chanaanitidem versus, quoad certior fieret, quam in parte illius regionis sibi ex Dei voluntate subsistendum esset.

3. Alij verò, vt Sanctius in cap. 7. A. et. Apoft. censent Abrahamum bis esse vocatum, semel cum adhuc esset in Vr Chaldæorum, de qua vocatione S. Stephanus: iterum in Charan, de qua Moyfes agit Gen. 12. Cuius etiam, inquit Sanctius, meminit Stephanus dum ait, & inde postquam mortuus est pater eius transfudit illum in istam terram, nempe vocatione & imperio. Idem sentit Salianus l. c. cum Ribera Hebr. 11. Gagnæo A. et. 7. & alijs, quos laudat Petauio, lib. 9. cap. 18. & disertè S. Chrysolomo, hom. 36. in Genes. vbi cum de priore vocatione è Chaldæa egisset, subiungit: deinde cum peruenissent in Charan, postquam illic tabernaculum fixerunt, & morte functus est Thare, iterum preceptum est ei à Deo, vt exiret inde: egredere inquit de terra tua. Ratio est: Quia cum Abrahamus Deum primò vocantem sequeretur versus terram Chanaan veniebat, vt patet Genes. 11. ver. 31. nesciens tamen quo iret, vt loquitur S. Paulus Hebr. 11. v. 8. Cum enim Chanaan latè pateret, ignorabat quam potissimum in partem Dei iussu vocaretur. Opus igitur fuit secunda vocatione vt sciret sibi in Sichem veniendum esse, vt factum legimus Gen. 12. v. 6. Idem docet A. bulensis in istud cap. 12. q. 2. 21. & clarius 22. vbi putat Abrahamum primo vocatum ex Vr Chaldæorum. 2. ex Haran annis 60. ante obitum Thare; de qua vocatione ait mentionem fieri Gen. 12. in initio.

² Opinio
bis vocatū
esse.

4. Equidem vtra harum opinionum sit verior, mihi non est competuum; nec multum ad Chronologiam refert. Qui vnā tantum vocationem admittunt; eam in Chaldæa factam afferant, vicinius Abraham absque alio oraculo vsque in Sichem peruenit; nescius an ulterius pergendum sibi esset. Cum autem in Sichem peruenisset, tum demum diuinitus intellexisse, eam esse regionem ad quam vocatus esset. Tunc etiam ei Deum dixisse: *femini tuo dabo terram* hanc. Gen. 12. v. 7.

Conclusio.

QVÆSTIO II.

Quamdiu Charris moratus sit Abraham.

1. Enebrardus li. 1. Chronol. ex Hebræorū traditione existimat Patriarchā Charris quinque annos habitasse, cui assentiatur Caietan A. et. 7. Naclāus Arca. Christi. Petauius l. c. Salianus an. m. 2108. Barrad. tom. 1. Cōcord. Euang. li. 5. c. 20. etsi aliā opinionē nō improbet. Probāt hi authores suā sententiā ex ca. 5. Judith, prout in Græco legitur, vbi Achior dicit Israelitas fugisse in Mesopotamiā, & ibi habitasse dies multos. Hinc S. Chryl. illa hom. 36. in Genesin asserit Abrahamū & Thare nō paruo tēpore domiciliū habuisse. Quæ mora ex Saliani opinione, nō arguit Abrahamum tarditatis aut negligentiæ in obediendo primo præcepto, quippe qui exire iussus de Chaldæa, exijt, inquit, subsistere in Haran, subsistit; proficisci in Chanaanam, profectus est. Hæc ille, probabiliter.

Quidam
putant 5-
annes.

2. A. T.

*Alij ali-
qui men-
ses tantū.*

2. At probabilior mihi videtur S. Augustini sententia, qui Abraham ad-
uentum in Charan, habitationem ibidem, & inde exitum in Chanaan vnius
anni spatium concludit, 16. ciuit. 16. quem sequitur Pererius, in cap. 12. Genes. &
repetit disput. 5. in cap. 25. num. 39. Nec aliter verum esse potest assertum Iose-
phi, scribentis Abrahamum annos natum 75. reliquisse Chaldeam. 1. Antiqu. 12.
Huc etiam spectat, quod ait S. Augustinus l. c. 21. p. 24. computari ab anno 75.
Abrahæ, quando ad eum, inquit, facta est prima promissio, vsque ad exitum Israel
ex Aegypto 430. annos, quorum Apostolus ad Galatas meminit. S. Augustinus
consentit Vincentius libro 2. histor. cap. 6. vbi à prima promissione facta A-
brahæ in via Mesopotamia vsque ad legem datam numerat 130. annos. Quod si A-
braham anno ætatis 70. venisset in Haran, vt prioris opinionis authores pu-
tant, & ab anno 75. vsque ad Exodum isti 430. anni computarentur; essent ve-
ruera à prima promissione vsque ad legem datam 435. anni. Quia habitatio
filiorum Israël, de qua agitur Exodi 12. v. 40. non incipit ante annum 75. Abra-
hæ, quo primum in Chananitidem venit, vt infra dicam. Adde eos, qui volunt
Gen 11. per prolepsin narrati mortem Thare ante vocationem Abrahæ in
cap. 12. relatum, non facile inuenturos à prima promissione vsque ad datam
legem annos præcisè 430. si quinquennium Abrahæ in Charan moranti im-
buerint.

*Quomodo
dicantur
Israelita
diu habi-
tasse in
Charran.*

3. S. Chrysostomus fortè, in priorifuit opinione; aut fortè tantum voluit
non vna tantum aut altera nocte in Charan hospitatum; sed aliquot septima-
nis aut etiam mensibus ibi habitasse, nempe ad obitum parentis.

Qui verba Achioris allegant ex Græco textu, viderint, qua de causa Gre-
cam editionem de iuniore Cainan facessere iubeant. Meminerint eum gene-
lem fuisse, & sic in sua narratione faciliè errare circa quosdam circumstantias
potuisse. Adhæc illos multos dies commorationis in Charran potuit Achior
Nachorem retulisse, quia hic diu Charris habitauit, & ex eo per lineam femi-
ninam genus trahunt Israëlita. Denique illos multos dies fortasse intellexit
annos, quibus Iacob in Mesopotamia mansit vxores duxit, copiosam prolem
suscepit. Sic enim Israëlitarum parens multos dies cum primis Israëlitis paulu-
tim nascentibus in Mesopotamia habitauit. Vide quæ annoto infra cap. 12. v. 40.
& Exodi 12. v. 40.

*Hi 75. anni
erant com-
pleti.*

GEN. 12. v. 4.
Septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur de Haran. Hunc
num absolutum fuisse arbitror. cum Mariano Scoto, qui annum primum
promissionis a brahæ ait esse 76. ætatis eiusdem. Idem notat in Chronico E-
sebius, Perauius ad ann. m. 2022. S. August. 16. ciuit. 24. 40.
annos promissionis computari ab anno 75. ætatis a brahæ, nempe exclusiue S.
quidem

quidem cap. 16. ostendit se Eusebij computum sequi. Duo potissimum Deus Abrahæ promissit, benedictionem & terram Chanaan. Benedictionem Gen. 12. v. 3. *In te benedicentur omnes cognationes terræ.* Terram 16. v. 7. *Semini tuo dabo terram hanc:* quam utramque promissionem postea Deus non semel iteravit. Promissionem terræ primò factam legimus in Sichem; promissionem benedictionis, aut in Chaldæa, aut in Charan. Vtrum verò Deus etiam in Chaldæa, aut Charris terram fuerit pollicitus nec ne; Scriptura silet. Quicquid sit anni promissionis, computantur ab anno 75. Abrahæ, sicut & anni habitationis in Chanaan & Ægypto, qui vsque ad Exodum siue legem datam fuere 430. Vide Exodi 12. Galat. 3.

GEN. 12. v. 5.

Et animas, quas fecerant in Haran. Vt Abraham & Loth animas facerent, hoc est, familiam siue seruos, armenta, greges vel precio, vel aliter compararent putant nonnullos, quinquennium circiter in Charan consedisse. Verum id paucis mensibus fieri potuisse non ambigo. Abraham enim & Loth non videntur habuisse distinctam familiam à familia Thare, antequam Charras peruenirent: quandoquidem Thare ostulisse dicitur ex Chaldæa Gen. 11. v. 31. Thare verò eodem anno è viuis sublato, ut vult S. Augustinus; Abram & Loth familiam peculiarem, aut primum adepti sunt, vel adita hæreditate auxerunt, siue ut loquitur Scriptura, animas fecerunt. Nec obstat, quod Thare, Abram, Loth Charris habitasse dicantur, Gen. 11. v. 31. quia Thare ibi absolute sedem fixit cum proposito ibi remanendi, Abram autem qui nusquam alibi domicilium fixum habebat, cum non intelligeret, Dei voluntatem esse, ut ante patris obitum inde digrederetur, ad tempus in Charan habitauit, quod de paucis mensibus, verè dici potest, ut declarabo infra Gen. 35. v. 19. num. 2.

Id aliquos mensibus perfectum.

GEN. 25. v. 13.

1. Scito prorscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiciem seruituti, & affligent quadringenti annis. Idem repetitur Act. 7. v. 6. Aduertendum primò hic sermonem fieri de semine Abrahæ, hoc est, Isaac & posterorum eius ad populum Israëliticum pertinentium, iuxta illud: *in Isaac vocabitur tibi semen.* Gen. 21. v. 12. Rom. 9. v. 7. vnde sequitur hos 400. annos, antequam Isaac ortum Isaac non aperiri. *secundò*, tria hic commemorari, peregrinationem, seruitutem, afflictionem: ac proinde videndum, vtrum tempus istud 400. annorum sit ad solam afflictionem; an verò etiam ad seruitutem & peregrinationem referendum. *Tertiò* à promissione facta Abrahæ, (quando erat 75. annorum) vsque ad Exodum numerari annos 430. è quibus si 25. subtrahantur, qui ab illa promissione vsque ad natum Isaac effluerunt; remanebunt ab ortu Isaac, ad Exodum anni 405. Quod clarius patebit, ex dicendis, Exodi 12. v. 40.

400. annis supra præsumuntur. Nota 1. Nota 2. Nota 3.

2. Hisce

*Hi 400.
anni sup-
putandi sūt
à natiui-
tate Isaac.*

2. Hisce animaduertis, isti anni ex communi sacræ paginæ interpretum & Chronologorum computo ab ortu Isaac numerandi sunt, ita vt non solum afflictionem, sed & seruitutem ac peregrinationem complectantur. q. d. ab eo tempore, quo Isaac promissum tibi semen natum fuerit, vsque ad tuorum posterorum ex Ægyptiaca seruitute & afflictione egressum fluent anni præter propter 400. quibus Isaac & posterius tui peregrini erunt tum hic in terra Chanaan, tum in Ægypto, vbi vltimis annis seruient, & ante suum exitum grauius affligentur. Ita Cornelius, Bonfrerius, Menochius in hunc locum: quam interpretationem iam olim tradiderat S. August. 16. ciuit. 24. hisce verbis: Non quia in eadem seruitute sub Ægyptijs affligentibus quadringentos annos ille populus fuerat peracturus, sed in ipsis quadringentis annis prænunciatum est hoc futurum. Quemadmodum enim scriptum est de Thara patre Abraham (iuxta editionem 70.) & fuerunt dies Thara in Charan quinque & ducenti anni: non quia ibi acti sed quia ibi completi sunt. Ita & hoc propterea interpositum est, & in seruitutem redigent eos, & affligent 400. annis: quoniam ille numerus completus est, non quia ibi vniuersus peractus est. Hæc S. Augustinus.

Obiectio.

3. Obijci solet: à promissione ad Exodum supputari annos 430. è quibus si 25. tollantur, qui ab anno 75. Abrahamæ ad natiuitatem Isaac intercesserunt, remanebunt 405. à nato Isaac, vsque ad egressum de Ægypto. Cui obiectio occurrentes Hebræi quos Bonfrerius & nonnulli alij sequuntur, putant probabilius esse, annos illos 430. deduci ab anno 70. Abrahamæ, & sic præcisè à nato Isaac ad Exodum numerari annos quadringentos.

Rasp. 1.

Rasp. 2.

4. Alij verò communi supputatione, à natali Isaac ad exitum de Ægypto annos 405. exactè numerant, & sacræ paginam hoc loco vulgari calculatione interpretantur, qua maiorem summam rotundo numero exprimere solemus pauculis vnitatibus prætermisissis, vt cum 70. Interpretes, 70. Christi discipulos nominamus, licet 72. fuerint. Ita Bellouacensis loco citando, Abulensis, Pererius, Sanctius, Cornelius, Salius, Gordonus, hunc locum interpretantur, qui sequitur Peraius lib. 9. cap. 24. præuio S. Augustino q. 47. in Exodum, sic loquente: Quia scriptum est, in Isaac vocabitur tibi semen, ex anno natiuitatis Isaac, vsque ad annum egressionis ex Ægypto computantur anni 405. Cum ergo de 430. detrahatur 25. qui sunt à promissione vsque ad natum Isaac, non vnum est, si quadringentos & quinque annos, summa solida 400. voluerit appellari Scriptura, qua solet tempora ita nuncupari vt quod de summa perfectioris numeri, paulatim excrescit, aut infra est, non computatur. Idem habet in hunc locum Tostatus. Beda verò in cap. 7. Act. Apost. ait potest sic intelligi, quod à quinto Isaac anno quo, per filli ancille peperit affligi, labor 400. probetur annorum. In idem præcisam horum 400. annorum computationem certendam putant Torneillus & Cornelius, eo quod tunc in domo Abrahamæ solus remanserit Isaac Abrahamæ semen, & promissionum hæres.

*à nato Isaac
ad
Exodum
anni 405.*

5. Ma

5. Mihi verò, etsi quoad exactam supputationis summam, idem arbitretur; causas tamen minus idoneas iam dicti authores afferre videtur: nam reuera antequam Isaac ab Ismaele vexaretur & separaretur, erat semen Abraham & peregrinum in terra necdum sua, vt aduertit Salianus an. m. 2543 num. 13. Quare magis arripit quod docet S. Augustinus & Vincent. lib. 2. spec. hist. cap. 6. de numero rotundo omittis minutis intelligendo, & habet Sactius, nempe paruum quinque annorum spatium hoc idcirco reticere, quod pueri ante quinquennium vix aduertant, an sint peregrini nec ne; quinquennes autem peregrinationis incommoda discernere incipiant.

6. Nicolaus de Lyra in cap. 12. Exodi fatetur quidem à nato Isaac vsque ad Exodum esse annos 405. sed in colligendo eorum numero, hallucinatur, dum moram in Aegypto annos 210. tantum deputat. Nam promissio facta est Abraham, cum esset 75. annorum ante quem annus non incipit habitatio illa, cui in Exodo adscribitur anni 40. Exodi 12. v. 4. Deinde natus est Isaac Abrahamo cetenario; hinc ad descensum in Aegyptum sunt anni 190. quia 60. habebat Isaac quando natus est Iacob, & hic annorum erat 130 cum primus se stetit Pharaoni: vt sacrae literae testantur. Respondet Lyranus nos quidem non nisi 190. supputare: ex fractionibus tamen annorum consergere 195. v. g. cum Abraham dicitur fuisse 75. annorum, migrans ex Haran; intelligendum est, inquit, 75. annorum completorum. & dimittitur 7. qui erat incompletus, licet forte tres partes anni illius transissent. Sed hanc responsionem bene confutat Abulensis Exodi 12. q. 54. Quia isti 190. anni à nato Isaac ad descensum in Aegyptum ex duobus duntaxat integris numeris desumuntur, sc. ex annis 60. quos gerebat Isaac nascente Iacobo. & 130. quos exegerat Iacobus, eum in Aegyptum descenderet. Fac etiam aliquam fuisse anni 75. Abraham fractionem: ex tribus tamen istis fractionibus, quinque anni non proueniunt. Adde; si Abraham aliquid de anno 76. delibauerat cum Charris excederet, consequens erit, ab eius aduentu in Chananitidem vsq; ad natum Isaac non effluxisse integros 25. annos: atq; ab hoc aduentu vsq; ad Exodum, non fore numerandos 430. annos, nisi incompletos: multo verò minus ab ortu Isaaci ad descensum 195. posse computari.

GEN. 15. v. 16.

Generacione autem quarta huc reuertentur. 1. Nomine generacionis quartae commode quartum saeculum absolutum intelligitur, ita vt quatuor saecula à nato, vel quinquenni Isaaco decursis, posterius Abraham de Aegypto Chananitidem versus regressuri dicatur. Ita Cornelius, Salianus, Menochius, consentit Vatablus, & idoneam hanc interpretationem esse fatetur Abulensis. Nam generacionem siue spatium vitae humanae centum annis definit Ecclesiasticus cap. 18. v. 8. numerus dierum hominum, vt multum centum anni. Hoc modo quatuor generaciones apprimè congruunt 400. annis iam memoratis, siue initium, siue finem spectes.

O 2

2. Ad

*Cur min
nata tem
poris hic
omissa.*

*Error Nic.
de Lyra.*

*1. Explicatio
sio.*

2. *Explicatio.*

2. Addunt Pererius, Cornelius, Salius duce S. Hieronymo hanc generationem capi posse, pro ea, qua pater filium generat, filius nepotem. *Prima* v. generatione in Ægypto Efron Iudæ nepos genuit Ram: *Secunda* Ram genuit Aminadab: *tertia* hic genuit Naason: *quarta* Naason Salmon, cui postegressum de Ægypto Raab Iericuntina nupsit. S. Augustinus q. 50. in Exodum docet utroque hoc modo accipi posse nomen generationis, nimirum & pro centum annis, & pro successione hominum ab ipso Iacobo ad Moysen, ita ut Iacob sit primus, secundus Leui, tertius Caath, quartus Amram, quintus Moyses.

Quomodo Exodum accideris generatio- nis s. iuxta 70.

3. Dices: quomodo igitur septuaginta Exodi 13. v. 18. scribunt quinta progenie sue generatione filios Israël ascendisse de terra Ægypti? Siquidem Deus loquens Abrahamo id quarta progenie futurum prædixerat. Hanc eandem quaestionem sibi à Damaso Papa propositam soluit S. Hieronymus tomo 3. epist. ad Damasum q. 2. & docet utrumque esse verum: sed diuersis generationibus, aut diuersimodè computatis. *Replica*, inquit, *Genealogiam Leui*, Leui genuit Caath, Caath genuit Amram, Amram genuit Aaron, Aaron genuit Eleazar, Eleazar genuit Phinees. Caath cum patre suo Leui ingressus est Ægyptum: rursus Eleazar cum patre Aaron egressus est de Ægypto. A Caath vsque ad Eleazar computantur generationes quatuor: licet quidam velint ab Amram vsque ad Phinees, ut nos in Eleazar secimus peruenire. Si vero volueris disparem numerum ostendere, quomodo secundum Exodum, quinta generatione egressi sunt filij Israël de terra Ægypti, tribus tibi Iuda numeretur. Iuda genuit Phares, Phares genuit Efron, Efron genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Naason, Naason genuit Salmon. Phares cum patre suo ingressus est Ægyptum: Naason princeps tribus Iuda in deserto describitur, cuius filius Salmon terram promissionis intrauit. Computa à Phares, vsque ad Naason, & inuenies quinque generationes: tametsi nonnulli, ut in tribu Leui ostendimus, in Efron initium faciunt, ut ad Salmon vsque perueniant. Ad id ibidem nonnulla S. Hieronymus, quibus explicet quantum occasione septuaginta Seniores scripserint, quinta generatione: sed ea ad Chronologiam non spectant.

Distinctio temporis completi ab inchoato.

4. Ad apparentes eiusmodi antilogias adhiberi solet distinctio termini inclusi vel exclusi, numeri completi vel inchoati. Dicamus igitur quarta generatione in Ægypto completa, & quinta durante Israëlitas inde in Chanaan reuertisse. Prior autem explicatio, quæ generationis nomen usurpat non constat, à qua persona sumendum sit initium, ad quam vsque persona progrediendum. Quatuor autem sæcula ab ortu Isaac ad egressum Israelitarum de Ægypto effluxerunt, & quinque aani, ut dictura vers. præcedenti.

IN CAPVT XVI.

GEN. v. 3.

Sara tulit Agar. Aegyptiam ancillam suam post annos decem, quam habitare ceperunt; in terra Chanaan. Absoluto decimo, vnde decimus agebatur annus à promissione & aduentu Abrahæ in terram Chanaan: anno vero sequenti natus est Ismael, ait enim Moyses vers. 16. octoginta & sex annorum erat Abram, quando peperit ei Agar Ismaëlem. Atque ita annus 87. Abrahæ, & 12. à promissione est primus vitæ Ismaëlis, vt notat Salianus ad an. m. 2125. Nec refragatur Petauius: nam aduentum Abrahæ in Chanaan idem signat anno periodi Iulianæ 2752. ortum Ismaëlis anno 2763. Dices: quomodo igitur S. Hieronymus qq. Hebr. in Gen. cap. 21. asserit Ismaëlem fuisse 13. annorum, quando natus est Isaac? Hoc enim modo annus quartus decimus Ismaëlis esset primus Isaaci? Resp. S. Hieronymus intellexit particulam *ad minimum*: subdit enim se breuiorem e-lligere ætatem. Porrò annus primus Isaaci pariatur decimo quinto Ismaëlis, & centesimo primo ætatis Abrahæ, vt infra dicam.

Quando
natus Is-
mael.

IN CAPVT XVII.

GEN. v. 11.

Abraham, postquam nonaginta & nouem annorum esse ceperat, &c. Hebræus & Chaldaus paraphrastes seruat proprio idiotismo habent: & sunt Abraham, filius nonaginta nouem annorum, id est, cum Abraham natus esset annos 99. vt habent Figurina, & in simili interpretatus Menoch. Gen. 16. v. 16. nec dissentiunt septuaginta. Non auspicabatur tunc Abram annum ætatis 99. sed eo iam completo centesimum agebat, quo currente contigerunt, quæ nar- rat Moyses cap. 17. 18. 19. 20. Nempe cap. 17. Deus Abrahamo rursus apparet, factus ei de copiosa posteritate & possessione terræ Chanaan promissiones confirmat, eius & Sarai nomen immutat, circumcisionem instituit, filium ex Sara nonagenaria ad quem benedictiones pertineant, bona etiam Ismaëli, in gratiam Abrahæ pollicetur. Abraham vero legem & ritum circumcisionis in se & suis exequitur.

Tunc ab-
soluerat
annum 99.

GEN. 17. v. 24.

Abraham nonaginta & nouem erant annorum, quando circumcidit carnem præputij sui & Ismael filius tredecim annos impleuerat tempore circumcisionis sue. Ita habet vulgata editio consentientibus, Hebræa, Græca, Chaldaica. Suscepit igitur Abraham circumcisionem, cum ageret annum ætatis centesimum. Tunc Isaac necdum conceptus erat, sed paulo post concipiendus, vt ex sacræ historię con-

Quando
Abraham
circumci-
sus.

O 3.

textu

textu patet, ac proinde in annum sequentem cadit ortus Isaac, nempe Abrahami centesimum primum, Ismaelis decimum quintum.

IN CAPVT XVIII. XIX. XX.

GENES.

In his nihil Chronologicum occurrit.

Cap. 18. Abraham Angelos hospitio recipit, qui promissionem de filio in annum proximum ex Sara suscipiendo confirmant. Cladem Sodomorum prædicunt Abrahamo eū sæpius deprecante, si pauculi in ea boni reperiretur.

Cap. 19. Loth Angelis hospitio receptis, grauiā à Sodomorum ciuibus patitur, & ab incendio imminente educitur. Vxor eius in Salis statuam conuertitur. Pentapolis igne cælesti conflatur, filia Loth ex patre concipiunt, vnde Moabitæ, & Ammonitæ genus ducunt.

Cap. 20. Abraham habitat in Getaris, Sara periculo exponitur & eripitur, Deo Regem Abimelech castigante. Hæc omnia referuntur ad annum 100. Abrahami currentem, vt paulo ante monui.

IN CAPVT XXI.

GEN. v. 5.

Quando natus Isaac?

Cum centum esset annorum: hac quippe ætate patris natus est Isaac. Idem est sensus Hebr. Græc. Chald. textus. Ex dictis autem manifestum est hos annos accipi debere completos: siquidem Ismaël annos 13. compleuerat, cum Abrahamus 99. transegeret. Ergo anno Ismaëlis quinto decimo, & Abrahamæ centesimo primo nascitur Isaac: quo fit, vt annus decimus quintus Ismaëlis & centesimus primus Abrahamæ sit primus Isaac, vt norat Eusebius, Marianus Scotus, Isidorus, Beda, Ado, in suis Chronicis, & Nicephorus Constant. Sulpitius li. 1. sacre hist. Chrysostomus hom. 40. in Gen. Torniellus & Salianus an. m. 2138. & 2139. Smerius in tabulis, quibus accedunt Mercator, Contius, Capellus, Pelicanus.

GEN. 21. v. 8.

Quando ablatus?

Creuit igitur puer, & ab lactatu est. Hoc nonnulli ad annū Isaac 12. referendum putant: sed sine idonea ratione. Tot status Gen. 21. & 22. Lipomanus & Caietanus hic censent id factum, cum Isaac esset dies, aut tres annos natus. Dicebat enim Machabæorum mater: lac triennio dedi. 2. Macha. 7. v. 27. Alij probabilius id anno 5. Isaac tribuunt, cum S. Hieron. in qq. Heb. Gen. 21. Pererio Del Rio Cornelio, Menochio hic, Saliano in annalib. Nec procul absunt, qui initio anni sexti hoc annotant, vt Torniellus. Cum enim vita hominum longior esset, tardior etiam ablactatio fuisse videtur: præsertim si proles esset vnica, vt aduertit Cornelius. Quod vero Machabæa tres tantum annos filium lactauerit, verum non est; cum annis plusquam 1700. à tempore Isaac abfuerit.

GEN

GEN. 21. v. 10.

Eijce ancillam hanc & filium eius. S. Hieronymus in hunc locum: Nos, inquit, ut breuiorem eligamus aetatem, post decem & octo annos Ismaelem supputauimus eiectum cum matre. Communior autem sententia est, expulsiōnem Ismaelis, vel eo anno, quo ablaetatus est Isaacus contigisse, vel proximè sequenti. Quare valde probabilis est cōputatio Tornielli & Saliāni, qui hoc referunt ad annum sextū Isaaci, quinto iam absoluto, quo Beda in cap. 7. Act. Apost. ait Isācum per filiū ancillae cepisse affligi, & hinc ad Exodum numerat annos 400. quod per commodè fiet, si primus horum 400. annorum cum sexto aetatis Isaaci componatur. Nec dissentit Pererius, dum ait, Ismaēiem tunc non fuisse anno vigesimū minorem. Tostatus in hoc caput, ait Isācum eo tempore fuisse sexcentem, aut septennem, quo Ismaēl eijciebatur: vnde infert Ismaēlem tunc fuisse annorum viginti & ultra. Menochius hic v. 14. putat Ismaēlem tunc egisse annum 17.

Quando eiecit Ismael.

IN CAPVT XXII.

GEN. v. 2.

Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac. Quæritur hîc primò, quo anni tempore, secundo, cuius tunc aetatis erat Isaacus, quâdo immolandus erat.

1. Quod ad primum attinet, traditione ab Hebræis acceptâ creditur Isaac ad sacrificium ductus die primò septimi mensis: quando post ingressum in terram clangebant Hebræi buccinis, quæ idcirco corneæ erant, ut recoleretur memoria Isaaci seruati, cuius loco immolatus est aries, qui cornibus inter vepres hærebat. Quod admittit S. Hieronymus in hunc locum, referunt, nec reſutant, Tostatus & Pererius hic. Saliānus ad an. m. 2163. num. 4.

Hec consi. 81 m. 7.

2. Secundo Hebræi in Seder Olam. Isaac pater noster, inquit, peruenerat ad 37. annum, quando super altare ligatus est. Consentit Genobardus, nec dissentit Tostatus in ea verba Gen. 22. cumq; alligasset Isaac, additque eodem quidem anno mortuam Saram, sed post Isaaci à destinato sacrificio reditum. Verum hæc computatio non videtur amplectenda: nam si dixeris prius mortuam Saram, quam Isaac victimæ destinaretur; histerologiam Moyſi tribues sine sufficienti ratione: prius enim narrat Abrahamum in Bersabee habitasse, quam in Hebron, vbi Sara è viuis excessit. Sin autem viuentē adhuc Sara id contigisse cum Hebræis asserueris; minus temporis relinques, ab Isaaci reditu, vsque ad Saræ obitum, quam res interea gestæ requirant. Siquidem Isaac mense septimo immolandus erat, à sacrificio arietis redijt Abraham, & habitauit in Bersabee Genes. 22. vers. 19. indeque migravit in Hebron, vbi tandem Sara viuendi finem fecit: quæ ante mensis duodecimi exitum vix commodè fieri potuisse videntur.

Quidâ prius tunc Isaac fuisse 37. annorum.

3. Alij

*Alij 10.
aut 12. annorum.*

3. Alij, & si Bibliandro credimus Hebræorum doctissimi, arbitrantur Isaacum, tunc non nisi decennem, aut duodennem fuisse, tum quia puer ab Abrahamo vocatur, Genes. 22. vers. 5. tum quia existimant Isaacum, vincula sibi ad necem iniecta non passurum fuisse, si ad resistendum vires suppetissent. Si enim sponte victimam se obtulisset, Abrahamum meritis superasset, quod eis absurdum videtur. Ab hac sententia non sunt procul, qui Isaacum, dum à patre ligatus est, putant fuisse 12. aut 13. annorum, vt Bibliander & Bucholeerus vel 15. vt Caluissius. Quorum coniecturæ non multum regent. Nam etiam adultos Scriptura pueros nominat, vt milites illos robore præstantes, de quibus 2. Reg. 2. v. 14. Absalonem etiam iam planè virum David puerum appellat 2. Reg. 18. v. 5. & 12. De is de esto Isaac se sponte vinciri permiserit: vnde constat, sic eum plus apud Deum meruisse, quam parentem eius, qui fortè ardentiori in Deum charitate ducebatur, & nisi diuinum imperium aliquid vrilisset, ipse pro filio mori, quam filium immolare maluisset: aut quis scire potuit, plus in hoc negotio meruisse Abrahamum, quam Isaacum?

Videtur fuisse 25. annorum.

4. Medium inter hos tenet Iosephus. 1. Antiq. 13. Marianus Scorus, Adichomius, Del Rio, Torriellus, Salianus, qui iure etiam Lyranum huc accersunt, apud quem graphico errore in numeros illapso, ponitur annus 35. pro 25. Siquidem Lyranus se Iosephum sequi profitetur, qui cum prædictis authoribus diserte Isaacum tunc 25. annos tribuit. Idem forte quod Lyranus, Fastus Siculis cõtingit. Huic opinioni subscribit Peravius, an. m. 1072. Menochius Gen. 22. v. 3. Bonfrerius probabiliorem asserit: Gen. 22. v. 9. Hæc sententia ordinè reru gestaru, prout eas refert Moyses, & tantu per ætatem virium tribuit Isaac, quantum satis erat, ad iter tridui pedibus conficiendum, & ligna quæ ad holocaustum sufficerent, vel ex quo mons apparuit, vel per ascensum ferenda, vt innuitur Gen. 22. vers. 4. & 6. quod puero 12. aut 15. annorum non conuenit. Denique hoc modo relinquatur à liberato Isaac tempus sufficiens, pro habitatione in Bersabee, migratione in Hebron, morbo & obitu Saræ. Huic conputo fauet Cornelius dum ait Isaac tum fuisse 25. annorum, Gordonus dicit 27. annos, Tostatus in hoc caput arbitratur hæc facta ante istum annum. Brongtonus signat annos 33. Pererius rem in medio relinquit, cum hac de re nihil certi habeamus: sed tantum autoritatem Iosephi, & Hebræorum traditionem.

GEN. 22. v. 4.

Disantia Bersabee à monte Moria.

Die autem tertio, eleuatis oculis vidit locum procul. 1. Quomodo tres dies insumpsit Abraham? Nam è Bersabee euocatus fuerat: vnde vsque ad montem Moria, in quo offerendus erat Isaac, exiguum est interuallum. Respondet Hieronymus in qq. Hebr. à Geraris, vsque ad montem Moria esse iter triduum dicitur.

dierum, & consequenter Abrahamum eo, die tertia peruenisse, neque tunc ad quercum Mambre habitasse, cum, inquit, inde vsq; ad montem Moria vix vnus dies iter plenum sit. Tostatus è contrario ait Bersabee à monte Moria distare, decem & septem duntaxat miliaribus, siue vt ipsemet interpretatur, octo leucis cum dimidia. & tandem concludit Abrahamum citius quidem iter illud conficere potuisse: sed Deum ita disposuisse vt ad tertium diem via protraheretur, quo magis Abrahæ virtus eluceret, & constantia probaretur, dum rem tam arduam toto eò tempore, animo pertractabat, nec tamen ab obedientiæ norma declinabat. Cornelius Tostati sententiæ adhætere videtur, & tertio demum die Abrahamum ad montem Sion peruenisse autumat: quia onustus erat rebus ad sacrificium necessarijs: atque hoc sensu S. Hieronymum dixisse esse iter tridui. Idem sentit Pererius. Salianus verò & Bonfrerius S. Hieronymi verba rigidè interpretantur tanquam Adrichomij tabulis consona, qui 20. circiter leucis horarijs à Bersabee, vbi tunc agebat Abrahamus, Ierusalem separat. Menochius à Bersabee ad montem Moria ait esse iter vnus diei.

2. Quicquid sit de exacta huius itineris dimensione, Abraham non exijt ex oppido Geraris, sed è loco ad Gerara pertinente, nempe Bersabee: qui etsi breuiori temporis spatio hoc iter absoluere potuisset; lentè tamen processit, non tam propter onus rerum, quas secum ferebat, cum nec iumenta nec famuli deessent: quam quod sacrificij tam insoliti cogitatione quasi absorptus teneretur, hinc præcepto urgente, illinc amore in filium retrahente, hinc affectu, inde fide, hinc præsentium gratia, inde futurorum expectatione, animum eius distrahente, vt bene ex Origene ponderat Cornelius. *Primo igitur die*, res ad hoc negotium necessarias apparat, & viam aggreditur, *secundo*, tardus meditando; constans tamen susceptum iter prosequitur, *tertio demum die* ineunte, locum sacrificio destinatum eminus videt, ac Dei præceptum exequi nititur, eodemque die voluntate à Deo pro facto acceptata arietem pro filio immolat. Tum in Bersabee reuertitur, & ibi habitat. Gen. 22. v. 19.

IN CAPVT XXIII.

GEN. v. 1.

Vixit autem Sara centum viginti septem annis & mortua est. Annus hic 127. Sara re congruit cum anno 137. Abrahæ, Isaaci 37. vt notant Tostatus & alij. Ad quem annum referenda sunt, quæ hoc capite narrantur, de sepultura Saræ, & agro, quem ab Ephron emit Abrahamus.

P

IN

IN CAPVT XXIV.

GEN. v. 1.

Isaac duxit Rebekcā **E**Rat Abraham senex: nempe 140. circiter annorum. Cum enim Isaac esset quadraginta annorum duxit uxorem Rebeccam. Gen. 25. v. 20. Intellego completorum, vt hīc asserit Abulensis, & Salius ann. m. 2174. qui cum Pererio & Cornelio bene notat legationem hoc 24. cap. descriptam proximè antecessisse matrimonium Isaaci & Rebeccæ. Nec video cur id à quoquam iure negari possit: qui enim dicunt has nuptias anno 140. Abraham celebratas, de completo intelligendi sunt. Siquidem fatentur Abrahamum Isaaco seniore fuisse, centum annis vt ex S. Augustino monet Cornelius. Supra enim probauimus anno centesimo primo Abraham currenre natum esse Isaacum, qui uxorem duxit triennio à morte Saræ transacto, vt clare habet Tostatus Gen. 23. Cornelius, Salius, nec dissentit Bonfrerius hīc.

IN CAPVT XXV.

GEN. v. 1.

Abraham duxit Ceturam. **1.** Abraham verò aliam duxit uxorem nomine Ceturam. Quæstio est, virum hoc post mortem Saræ contigerit? Dubitat Caeteranus, eo quod Abraham moriente Sara, fuerit ferè 140. annorum, quæ ætas nouis nuptijs contrahendis non censetur idonea. Scripturæ tamen, (vt fatetur) narratio, si rei gestæ ordinem responderet, insinuat hoc factum esse post mortem Saræ.

2. Quod scriptura insinuat, hoc disertè communis authorum sententia tueretur, pura, hæc Abrahami nuptias post obitum Saræ contigisse. Est S. Augustini & Origenis, locis paulo post memorandis, Sulpitij lib. 1. sacre hist. Tostati, Del Rio, Pererij, Cornelij, Bonfrerij, Menochij in hunc locum, Salius anno m. 2179. Petauij an. m. 2093. Probatur communi illo argumento, quo sacri historiographi rerum gestarum ordinem seruare censeantur, nisi idonea ratio aliud suadeat: qualis hīc nulla occurrit. Sicut igitur post mortem Saræ, post nuptias Rebeccæ, Moyses hoc Abrahami matrimonium retulit: ita & reapse contigisse putandum est, vt disertè plerique authorum iam citatorum annotarunt.

Obiitio, **3.** Solum difficultatem ingerit senectus Abrahami: quomodo enim, aut voluit, aut potuit tam graui ætate liberis operam dare? Hebræi fingunt eandem esse Ceturam & Agar, quæ mortua Sara, post multorum annorū diuortium, ad Abrahami consortium redacta sit. Quod commentum cum retulisset S. Hieronimus in qq. Hebr. Verum, ait, quod incertum est relinquamus. Alibi tamen simpliciter illud Hebræorum traditionem asserit nec refutat, nec multum refragatur Lyranus.

4. Cetu

Respon.

4. Certa nihilominus & cōmunis doctrina Ceturam ab Agar distinguit, ut eum S. Aug. Origene, Tostato, Caietano, Del Rio, Pererio, docēt Cornelius, Bōfretius, Menochius, idq; perspicuē intelligitur ex sacro textu, nō modo vulgato, sed etiā Hebræo, Græco, & Chaldæa paraphrasi, quo Abrahā dicitur munita dedisse filijs cōcubinarum. Agaris nimitū & Ceturæ. Nec est, quod hic Enallagen numeri constringamus: hæc enim nō quadrat, ad planā historię seriem, qualis hoc loco à Moysē pertexitur: Imò bene monēt paulo ante nominati auctores, Agarem iam decrepitā fuisse, nec amplius ad prole concipiendam, à viro præsertim sene videri habilē. Fuit ergo Cetura iuuenula, cū ex eiusmodi feminis senes facile prole suscipere soleāt. Nec tamē idcirco Abrahamus post mortē Saræ credendus est voluisse nouis nuptijs lasciuire: sed diuino, vel instinctu, vel præcepto, nec line mysterio id fecisse, ut explicat S. August. q. 70. in Gen. & clarus 16. ciuit. 34. his verbis: *Quid sibi vult, quod Abraham post mortē Saræ Ceturā duxit uxorem? ubi absit, ut incontinentiā suspicemur, præsertim illa iā ætate, & in illa fidei sanctitate.* Et paulo post: *Sed profectō sicut Agar & Ismaël, Doctore Apostolo significauerunt carnales veteris testamēti: cur non etiā Cetura & filij eius significant carnales, qui se ad testamentum nouum existimant pertinere? Amba quippe & uxores Abrahæ, & concubinae sunt appellatæ: Sara verd nunquam dicta est concubina, sed vxor tantum. Habent ergo nonnulla munita filij concubinarum: sed non perueniunt ad regnum promissum &c.*

Origenes etiam prolixè hanc historiam prosequens, id ab Abrahamo factū existimat, quod spirituale connubiū mentis humanæ cū Sapientia, nō nisi ætate prouecta fieri soleat. Alij causam huius rei sufficientē, aut saltē secundariā autumant, ut Deus hoc modo cumulatiſſimè satisfaceret promissis, quibus Abrahæ copiosam posterorum multitudinē fuerat pollicitus. Addunt aliqui; ut Abrahamus ab Isaac separatus haberet personā, quæ sui in senectute, & totius familię fidelē curā gereret. Abraham igitur cum iam 140. ætatis annos exegisset, Ceturam ducere voluit uxorem: quia sic Deo placere intellexit. Liberos ad mysterij iam dicti significationem suscipere potuit: quia vires ei Deus suppeditaui.

Rationes pro nouis Abrahamo nuptiis.

GEN. 25. v. 7.

Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centum septuaginta quinque anni. Vltimus vitæ illius annus cōgruit cum an. m. 2213. à diluuiō 557. Vidit Semum, inquit Salianus, primogenitū Noë 120. annis, eius filium Arphaxad 58. Cainan 15. Salen 118. Heberum 175. cum Rehu abauo 18. annis verſatus est, cū proauo Sarug 140. (an potius 141?) cū parēte Thare 75. Hæc Salianus, qui recte monet in scholijs, Chronologiā lōge diuersam reperiri apud Pererijū, eo quod hic è Patriarcharum catalogo Cainan expungat, & natiuitatem Abrahæ ponat anno 70. Thare: quod faciūt Cornelius, Petauius &c. quorum cōputationi addo 50. annos, propter Cainan, cui 30. annos tribuo, & natalem Abrahæ, quam ad annum 130. Thare differendam puro.

Ætas & mors Abrahami

P 2

1. Iuvæ

*Epilogif-
mus vita
Abraha.*

2. Iuvat autem quasi Epiraphij Chronologici loco, breuem vitæ Abrahami Epilogismum, prout authores iam nominati fecerunt attexere. Noë vitæ functus est anno post diluuium 350. Phaleg 370. Nachor 371. antequam Abraham nasceretur annis 382. à diluuiio elapsis. In Chaldæa moratus est vique ad annum ætatis suæ circiter 75. sub idem tempus, euocatus est è patria, acceperit promissionem, venit in Haran: tum mortuo ibidem parente in terram Chanaan, annos 75. natus. Primis decem annis quibus in Chananitide & Ægypto peregrinatus est, inter cætera hæc ei mirabilia contigerunt. 1. Flagellatio Pharaonis propter abductam Saran. 2. Victoria de quatuor regibus & assertio Lothi. 3. Occursus Melchisedech, benedictio Abrahamæ, sacrificium panis & vini. 4. Memorabilis illa Dei apparitio, in qua renouatæ & confirmatæ sunt promissiones, & ei prædictus post 400. annorum peregrinationem Hebraorum in terram promissionis reditus. Elapso autem decennio, ex quo in Chanaan aduenerat, Agar ancillam ducit vxorem, ex qua anno sequenti, qui erat Abrahamæ 86. inchoatus Ismaëlem suscipit. Annos natus 99. Deo iubente circumciditur cum Ismaële 14. annum agente: mutatur eius nomen Abram, in Abraham, & Sarai vxoris in Sara. Angelos ternos hospitio excipit, qui Isaacum & Sara nasciturum prædicunt: eodem tempore subuertitur Pentapolis, & Sara ab Abimelecheco ablata restituitur. Centum annorum absolutorum erat Abraham cum natus est Isaac, qui post quinquennium ablatatur: mox Agar cum Ismaele expellitur. Ad annum Abrahamæ 125. Isaac iubetur immolari. Anno moritur Sara, annum vitæ 127. gerens. Exacto inde triennio, Abraham 140. annorum, senex Rebeccam filio, sibi Ceturam connubio iungit. Interiecit deinceps annis 20. cum Isaac sexaginta, Abraham 160. annos haberet, Rebecca gemellos parit, Esau & Iacob, qui cum ad annum 15. adoleuissent, auus eorum Abrahamus tandem vitæ suæ annorum 175. periodum emensus naturæ debitum soluit.

*Varia
Chrono-
graphia.*

3. His commodè addit Cornelius: A morte Abraham, inquit, vsque ad desinsum Iacobi in Ægyptum, qui contigit anno ætatis Iacobi 130. fluxerunt anni 115. A morte vero Abrahamæ, vsque ad egressum Moysis, & Hebraorum ex Ægypto fluxerunt anni 250. Cum ergo Moyses tunc in egressu Hebraorum ex Ægypto esset octogenarius, hinc sequitur eum natum esse 250. annis post mortem Abrahamæ.

Quoto ante aram Christianam anno obierit Abraham, variæ sunt opinioniones, Torniellus & Salianus putant, anno circiter 1840. Cornelius 1877. Pe-tavius 1862. Bucholcerus 1874. Ego 1827.

GEN. 25. v. 17.

*Ætas &
mors Is-
maelis.*

Et facti sunt dies vitæ Ismaelis centum triginta septem, deficiensq; mortuus est. Promissio Abrahamæ facta est annis vndecim antequam nasceretur Ismael, quod adu-

adionxeris ad 137. quos idem vixit, comperies vltimum annum vite Ismaelis respondere anno à promissione 148.

GEN. 25. v. 26.

Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt ei paruuli. Erat is annus Abrahami 161. à promissione, siue aduentu in Chanaan 86.

Or. 2. Iacob
& Ejan.

IN CAPVT XXIX.

GENES.

1. **Q**uæritur quando nati sint 12. Patriarchæ Iacobi filij: Iacob è 4. vxoribus duodecim filios totidem tribuū Patriarchas suscepit, hoc ordine. 1. Ruben ex Lia. 2. Simeonem ex eadem. 3. Leui ex eadem. 4. Iudam ex eadem. 5. Dan ex Bala. 6. Nephtali ex eadem. 7. Gad ex Zelpha. 8. Issachar ex Lia. 9. Aser ex Zelpha. 10. Zabulon ex Lia, tum Dinam ex eadem. 11. Ioseph ex Rach. 12. Benjamin ex eadem, vt pater cap. 29. Geneleos & sequentibus.

12. Patriarcha nati
ex 4. vxoribus Iacobi.

2. Hinc sacro textu considerato deducitur, Liam septem filios & filiam, intra septennium concepisse & peperisse, ita vt aliquanto etiam tempore diceretur parere desijisse. Nam Iacobus vno duntaxat mense post suum ad Laban aduentum, iniit cum eo septennalis seruitij pactum, quo Rachelem acciperet vxorem. Gen. 29. ver. 14. Transacto hoc septennio, mox Lia, deinde post dies septem Rachel Iacobo nubuit, ibid. v. 20. 27. 28. Iosephum autem post suos fratres nõ vterinos natum esse ostendit, tum ordo narrationis, quem tenuit Moyse Gen. 29. & cap. 30. Tum quod Israel plus Iosephum, quam illos dilexerit, eo quod in sua senectute, nempe post filios Liæ, Zelphæ, Balæ eum genuisset. Gen. 37. v. 3. Atqui non nisi circa finem anni 14. aut initium 15. seruitutis Iacobæ natus est Ioseph. Gen. 30. v. 26. Hoc enim nato, cum vellet Iacobus Chanaanitidem repetere, mansit nihilominus sex alios annos in Mesopotamia: atque ita Labano seruiuit annos 20. pro vxoribus quidem 14. pro gregibus autem sexcentium. Gen. 31. v. 38. & 41. Cui Chronologiæ diserte subscribit Tostatus Gen. 29. q. 3. additque cap. 24. Dinam & Iosephum eodem anno natos. Vnde manifestum euadit totam Liæ sobolem non prius hanc lucem aspexisse, quam annos circiter 14. Iacobus Labano seruiisset, è quibus 7. ante nuptias cum Lia celebratas effluxerant. Neque verò hic opus est, ad partus septimestres recurrere, aut contra apertam sacræ paginæ narrationem gemellos inducere. Satis constabit temporum ratio, si probabiliter dicamus cum Demetrio apud Eusebium 9. præpar. 4. Torniello & Saliano, ad ann. m. 228. singulis demens mensibus solaribus concepisse ac peperisse. Sic à nuptijs ad Iudam quarto loco natum, quadraginta menses transuerint; inde Lia cessauerit parere. Gen.

Fecunditas
Lia.

29. v. 35. per 14. menses, quorum decursu Zelpha conceperit, & postea enixa sit Gad: deinde Aser conceperit. Deniq; triginta mensium interuallo concepti & nati sint Issachar, Zabulon & Dina, qui menses in vnam summam collecti dant 84. quot mensibus duodecim anni solares absoluuntur. Qua ratione fieri dum erit vna vice contigisse vt Lia bis vno eodemq; anno pareret: quando verò Bala ancilla Rachelis Dan & Nephtali pepererit, non vsquequaque constat. Videntur hi ante Gad nati, forte post Iudam.

Quando
nati Pa-
triarcha
10.

3. Porro, quoto quisque anno vitæ Iacobi hi Patriarchæ editi sint, non est facile ad vnguè determinare. Cornelius Gen. 29. v. 35. ait anno 85. Iacobi nati Ruben; 86. Simeonem, 87. Leui. 88. Iudam. Ad finem anni 85. vitæ Iacobi Rubenis ortum referunt Demetrius apud Eusebium, Marianus Scorus, Sacerdotius, Salianus: quibus suffragatur Abulensis hic q. 3. dum ait Iacobum 84. annorum fuisse, quando petiuit vxorem à Laban, absoluto nimirum septennio seruitutis Petauius lib. 9. c. 19. nec non an. m. 2192. & sequentibus hæc diligenter rimatus, anno vndecimo quâ Iacob in Mesopotamiam venerat, natos putat, Iudam & Dan, cū annis præcedentibus suscepti essent Ruben, Simeon, Leui. An. 12. Nephtali & Gad: an. 13. è Zelpha Aser. Ineunte eodē anno ex Lia Issachar, exeunte vero Zabulon. An. 14. ex Lia Dinā, ex Rachele Ioseph hū eodē mense testē Demetrius

Iosephi
Natalis
certior
ceteris.

4. Iosephi Natalem, magis illustant sacrarum literarum monimenta. Hæc enim cum 30. esset annorum, somnium Pharaoni interpretatus principatum in Ægypto obtinuit. Gen. 41. v. 46. Inde effluxerunt anni septem fertilitatis, & duo famis, donec parentem suum Iosephus in Ægyptum accerseret, cum adhuc quinque anni famis superessent, Gen. 45. v. 11. Descendit igitur in Ægyptum Iacobus anno 3. famis inchoato, cum Iosephus esset 39. Ioseph autem 140. annorum. Gen. 47. v. 10. Et sic tandem annus 131. Iacobi pariabitur anno 40. Iosephi, vt docet S. Aug. tomo 4. q. 122. in Gen. & q. 47. in Exodum, additque Iosephum vixisse post descensum Iacobi annos 71. qui si addantur ad 39. quot Ioseph Iacobo in Ægyptum descendente habebat, consurgunt anni vitæ Iosephi, qui fuere 110. Gen. 5. v. 25. Ex quibus colligimus annum primum ætatis Iosephi, maiore sui parte respondere anno 92. vitæ Iacobi. Similia habent Cornelius, Gen. 30. v. 25. Petauius lib. 9. cap. 19. Salianus an. m. 2289. Tostatus Gen. 37. v. 3. & cap. 35. Vincentius lib. 1. spe& hist. cap. 118. vbi annum 40. Iosephi componit cum anno Iacobi 121.

GEN. XXIX. v. 15.

Postquam completi sunt dies mensis vnus. Hinc manifestum euadit, Iacobum post suum aduentum mense, pactum cum Labano de septennali seruitio pro Rachele inijsse, & hinc annos seruitutis Iacobæ initium capere,

GEN

GEN. 29. v. 27.

Imple hebdomadam dierum huius copula, & hanc quoque dabo tibi pro opere quo seruis-
turus es mihi septem annis alijs. Acquirent placito, & hebdomada transacta Rachel duxit
uxorem. Iosephus tradit Rachelem septennio post nuptias Liae, Iacobo in ma-
nam venisse. cui subscribere videtur S. Chryl. hom. 76. in Gen. Sed textus iam
allegatus reclamat, & clarè significat, non nisi septem dies inter Liae nuptias, &
Rachelis cum Iacobo matrimonium intercessisse, vt notat S. Hieron. in Trad.
Hebr. S. Augustinus q. 89. in Gen. Alcuinus, Toftatus, Eugabius, Genebr.
Pererius, del Rio, Aben Elra, Cornelius, Bonfrerius, Menochius, Salianus, Se-
der Olam, Fauet Peravius in tabulis, dum Liae & Rachelis nuptias eidem anno
adscribit.

Iacob du-
cit Liam
& Rache-
lem eodem
anno.

IN CAPVT XXX. GEN. v. 25.

Nato Ioseph, dixit Iacob socio suo: dimitte me. Hinc patet natam esse Iosephum
vel ad finem anni 14. ab aduentu Iacobi in Mesopotamiam Syriæ, vt no-
tant Toftatus, Pererius, Bonfrerius, in hunc vers. & Salianus an. m. 2289. nam.
1. vel anno illo decimo quarto, quam Iacob seruire cæperat iam expleto, vt ha-
bent Cornelius, Menochius, Tornicellus, Petavius in tabulis, Chronicum A-
lexandrinū. Tunc enim transactum erat tempus, quo Iacob Labano pro vxori-
bus seruire ex pacto debebat, & instabat sexcentium seruitutis pro gregibus.

Quando
natus sit
Ioseph.

GEN. 31. v. 38.

Idcirco viginti annis fuis tecum? His verbis confirmatur, quod iam de nato Iose-
pho dicebam: hæc enim protulit Iacob, cum in patriam reuertens à socio in
monte Galaad esset deprehensus. Nec est, quod Labano pluribus annis, quam
10. Iacobum seruiuisse quispiam suspiceretur, siquidē disertis verbis ait v. 41. Per
viginti annos in domo tua seruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis.
Constat autem ex capite præcedenti, non nisi nato Iosepho de gregibus inter
eos conuentum.

Iacob La-
bano ser-
uiuit 20.
annis.

GEN. 33. v. 17.

Et venit Iacob in Socoth: vbi adificata domo, & fixis tentorijs &c. Hic & sequentes
versiculi indicant Iacobum aliquanto tempore moratum in Socoth, & iuxta
Sichem non transeutes sicut solent viatores alicubi quiescere, sed diutius in istis
duobus locis habitasse, donec adoleceret Dina, quæ cū Iacobus è Mesopota-
mia discederet, non nisi sexennis erat: cū autē oppressi fuit, erat 15. aut 16. annorū,
vt infra dicā. Iacobum in Socoth sesquiannū habitasse volant Hebræi, cui con-
sentiant Bonfrerius, hic & Salianus an. m. 2298. Pererius præfat, in hoc caput.
Petavius autē in tabulis duos circiter annos. Iuxta Salem 8. circiter annos man-
sit cum suis Patriarcha, vt constabit ex ijs quæ iam de Dina afferemus.

Iacob ha-
bitat in
Socoth fere
2. annis,
iuxta Sa-
lem 8.

GEN.

verò Hebræi, Chaldæi, Græci, S. Augustinus & alij, qui Iosepho, cum videretur 17. annos tribuunt, de currentibus loquuntur, ita vt labente anno ætatis suæ 17. Ioseph à suis fratribus venditus sit, ætatis Iacobi 108. iuxta S. Augustin. q. 122. in Genesin, & Chronicon Alexandrinum. Repromissionis 93. supra centesimum vt notat Eusebius, decimo tertio antequam ipse Ioseph carcere Ægyptiaco solutus Pharaoni fisteretur, vt cõputat Demetrius apud Eusebium. In hac Chronologiam pleriq; omnes, maximè recentiores conspirant. Pererius, Samerius, Tornielius, Gordonus, Cornelius, Bonfretius, Petavius, quos inter tam exigua est de annis iam recensitis discrepantia, vt pro nulla merito haberi possit. Aliud est de annis mundi, à diluuiò, ante Christum ad hanc venditionem relatis.

CAPVT XXXVIII. V. 1.

- De Coniugio Iudæ
vria certa.*
1. **E**odem tempore, descendit Iudas. Certum est primò, ea, quæ de Iudæ coniugio hic narratur, contigisse antequam Iacob cù sua familia in Ægyptum decesserit: quæ enim hoc cap. 38. referuntur gesta sunt in terra Chanaan, ad quos Iacob & Iuda non sunt reuersi, ex quo in Ægyptum à Iosepho vocati, sese contulerant. Deinde filij Iudæ Her & Onan coniuges Thamar, in Chanaan mortui sunt, Gen. 46. v. 12. ergo aliquot annis ante nati fuerant, quam eorum parens & avus è Chanaan in Ægyptum descenderent.
 2. Certum est secundò, ab anno 17. ætatis Iosephi, quo labente ipse venditus est, exclusivè, vsque ad descensum Iacob in Ægyptum effluxisse annos 27. Inter enim Ioseph, cum Pharaoni, somnium eius interpretaturus fisteretur, triginta annorum, Gen. 41. v. 46. mox septennium vlt. ætatis, tum sterilitatis biennium intercessit, quoad Iacob in Ægyptum à Filio accerseretur. Gen. 45. v. 6. Erat tempore Cathodi Iosephi expleto 39. ætatis anno, quadragesimum agens. Subductis igitur 17. annis, ad quos Iosephus cum venderetur pervenerat, remanebunt anni 23. à tempore quo Iosephus venditus est ad descensum Iacob in Ægyptum.
 3. Certum etiam mihi videtur, Iudam, vt hic narratur, vxorem duxisse, hoc id ferè tempus, quo Ioseph abductus est: hoc enim indicant verba illa prima huius capituli. Eodem tempore, quibus Moyses hanc auspiciatur historiam. Cõsentiunt Hebræus, Latinus, Chaldæus, nec dissentit Græcus dum ait: *ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ*: verum autem paucis annis, ante, vel post; disputari potest.
 4. Nonnulli, vt Tornielius ita verba prima huius capituli interpretantur, Iudas anno circiter 13. ætatis suæ genuerit Her, mox anno sequenti Onan, ad annum 15. Selam: anno Iudæ 27. Thamar nupsit primum Her, deinde mortuo Onan, hoc etiam è viuis sublato, Thamar vidua vsque ad annum 27.
- De tempore huius coniugij
vria certa.*

Iudæ iam propè desinètem nuptias cum Sela expectauerit, quibus frustrata, se factum suo locero prostituerit, & gemellos ex eo pepererit, Phares & Zaram, anno 29. Iudæ mense circiter septimo. Phares annum vitæ 13. ingressus, ducta vxore successiue spatio decem & nouem mensium genuerit Hamul & Helston, ita vt posterior paulo antequam Iacob descenderet in Aegyptum nasceretur.

5. Duo autem potissimum huic opinioni obsistunt. 1. Quod Moyses scribat, *Refusus duplicis.* eodè tempore, Iudæ nuptias contigisse, quo Iosephi abductione: hæc autè opinio, Iudæ connubiū septennio circiter anteuertit, & violenta interpretatione prima huius cap. verba, ad medium duntaxat tempus refert, quod à nuptijs Iudæ, vsq; ad natiuitatem Phares decurrit. *Alterum*, quod creditu difficile sit Iudam & filios eius in tantilla ætate liberis operam dedisse, & tam crebro ex vna vxore prolem suscepisse. Vult enim Torniellus an. m. 2306. num. 6. Iudam anno 13. ætatis suæ sub finem mensis decimi suum primogenitum suscepisse; anno sequenti mense circiter octauo, alterum filium; tertio anno, qui erat Iudæ 17. natum esse tertium filium sexto circiter mense. Quæ sanè mira videntur.

6. Si Iudas ante proditum Iosephum duxit vxorem, quod fieri potuisse insinuat S. August. q. 128. in Gen. id non nisi de exiguo tēporis spatio cōcedi debet. Siquidem Liam non nisi septennio circiter antequam Iosephus nasceretur duxit Iacobus, & quarto demū partu, ex eadē Iudā suscepit, ac proinde haud multo ultra triennium Iudas ætate Iosephum anteuertit. Hic autem veditus est, anno vitæ suæ 17. cum Iudas esset 20. circiter annorum, & dicitur eodem tempore, quo scilicet nuper admodū Ioseph abductus est, duxisse vxorē filiā Sue. Gen. 38. v. 1.

7. Quare verius, vt arbitror, censent alij, connubium Iudæ initum eodē anno (non antè) quo Iosephum sui fratres vendiderunt. Ita contra Aben Esra Testatus hic, Pererius disp. 1. Del Rio, Cornelius, Bonfrerius, Menochius, Salianus an. m. 2306. Addunt plerique diserte Iudam tunc fuisse 20. circiter annorū. Probant 1. Quia nulla vel apparens occurrit ratio, cur hoc loco Moyses tēporis ordinem inuerteret. Nam cap. 37. historiam de Iosepho orditur, ab eius in Aegyptum abductione: deinde cap. 38. de Iuda narrationem instituit. Capite 39. & sequentibus, ea persequitur, quæ maxime ad Iosephum spectant. Quod si prius matrimonium iniisset & liberos suscepisset Iudas, quam Iosephus traderetur, id sine dubio prius enarrasset, vt res deinde à Iosepho gestas vno historie filo sine interruptione aut capitis tricesimi octauo interpositione absolueret. Idem probant duobus argumentis, quæ iam contra priorem opinionem attuli, & breuè huius rei Chronotaxin hoc fere modo componunt. Cū Iacobum de Iosepho recens perditō in tērentem sui filij consolarentur in Hebron, dimissus à cæteris Iudas descendit Odollam & inde coniugem duxit filiā Sue, eo fere tempore, quo Ioseph in Aegyptum abductus est, Tū Iudas erat 20. fere

Q 2

anno

annorum, vtpotè triennio ante Iosephum in lumen editus. Intra annum à Iude coniugio natus fuerit Her, nec multo post Onan, tercio circiter anno Sela. Sic anno decimo octavo à nuptijs Iudæ, Her ad annum 17. ætatis suæ prouectus, Thamar vxorem duxerit, ac paucis mensibus exactis interierint, Thamar biennio, si placet, Selam futurum maritum expectarit. Tum fraudulento concubitu Phares & Zaram ex Iuda conceperit, ac anno sequenti ante descensum in Ægyptū pepererit. Sic non incommodè ea omnia fieri potuerunt, quæ à vendito Ioseph vsque ad ortum Phares & Zaræ cap. 38. narrantur. Hinc sequitur Hamul & Hefron, non in Chananitide, sed in Ægypto natos; quomodo verò id non pugnet, cum numero personarum, quæ cum Israëlè, in Ægyptum descendisse dicuntur, dicam cap. 46.

CAPVT XXXIX.

GEN. v. 7.

*De Iosepho
ab hera
solicitato.*

Post multos itaque dies, iniecit Domina oculos suos in Ioseph. Hebræi in suo Seder Olam cap. 2. asserunt Iosephum 12. menses in herili domo mansisse, totidem annos carcere Ægyptio detentum: imò ad annos 13. Iosephi carcerem extendere videntur, Demetrius apud Eusebium & S. Chrysostomus hom. 6. in Genesim, & hom. 8. in Epist. ad Ephesios, nisi forte vincula & carceres coniugio seruitutis confundant. Fauet Philo in libro de Ioseph, quem *vea viros* vocat, dum ad facinus prouocabatur. S. Hieronymus in Pl. 104. ait Iosephum 13. annos natum, admatum esse à Domina. Verum alij communiter censent Iosephum non vltra triennium fuisse in vinculis, vt paulo post declarabo. Longiori enim quam 12. mensium spatio probanda fuit à Putiphare Iosephi industria, prudentia, vitæ integritas, antequam rotius familiæ, & rerum suarum gubernatione emptio seruo committeret, antequam videret agros & fortunas suas Iosepho gubernante plurimum auctas, antequam fidem Iosephi ita haberet perspectam, vt nihil cognosceret Putiphar, nisi panem, quo vesceretur. Gen. v. 6. Etsi verò Iosephi indoles ea fuerit, vt benevolentiam & amorem Domini statim conciliaret: non est tamen credibile, eum amorem in turpitudinis suam exarsisse. Nemo derepente fit pessimus. Nec refert, quod voceretur *vea viros*: hoc enim non solum ad ætatem teneriorem Iosephi, vt cum esset aut 18. annorum, sed etiam ad singularem morum facilitatem, ac amabilem ingendi rationem accommodari potest. Taceo S. Paulum cum annorum triginta excessisset appellari *vea viros*, siue adolescentem. Act. 7. v. 57. Ita Ioseph videtur à sua hera sollicitatus, cum ipse esset circiter

27. annorum.

CAPVT XLI.

GEN. v. 1.

Quot annos Iosephus in carcere fuerit.

Post duos annos vidit Pharaos somnium. Hos duos annos videtur Iosephus computare, ab eo tempore, quo impudicæ mulieris fraudibus Ioseph circumventus in carcerem impactus fuerat. Verum communis interpretum huius loci sententia est, horum duorum annorum initium, ab illo tempore sumendam, quo regius pincerna officio suo restitutus, & pistor in patibulum actus est. Ita Procopius, Del Rio, Pererius Cornelius, Bonfrerius, Menochius, in hunc locum, Gordonus, Torniiellus, Salius, Petavius. Consentiunt plerique heterodoxorum, Caluissius, Capellus &c. Sic enim, nec aliter congruunt inter se finis cap. 40. Geneleos, cum initio sequentis, ita, vt post duos annos, quàm pincernæ & pistori sua somnia, Ioseph interpretatus fuerat, Pharaoni oblatum sit insomnium de his septem spicis fertilitatis, & sterilitatis indicibus. Antequam vero isti duo regij serui in vincula conijcerentur, Iosephi virtutes ita iam innotuerant, vt ei careeris Praefectus vinctorum custodiam prudenter committeret, vt patet ex fine cap. 39. Eam enim decursu temporis de Iosepho experientiam ceperat Princeps carceris, vt eius fidei duos illos Pharaonis famulos credere auderet. Gen. 40. v. 1. & 4. qui tamen non nisi exiguo temporis spatio, in carcere detenti videntur. ibid. v. 4. 12. 18. Quibus omnibus rite animaduersis colligit Pererius, Gen. 39. vers. 8. videri Iosephum ab insaniante hera tentatum fuisse, triennio ferme antequam è carcere in Aulam Pharaonis educeretur. Sic Iosephus carceris miserias tribus circiter annis pertulit, nempe ætatis suæ 28. 29. 30. vel latius deducunt authores iam laudati.

*Ioseph tres
annos in
carcere.*

Quomodo anni fertilitatis & famis ad Iosephi ætatem accommodentur.

GEN. 41. v. 29.

Ecce septem anni venient fertilitatis. Hos annos mox ab interpretatione somniorum Pharaonis cepisse innuit textus Hebræus: Ecce septem anni venientes, siue veniant & v. 32. quod autem vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium, firmitati iudicium est, eo quod fiat sermo Dei, & velocius impleatur. Quare existimo primum ubertatis annum iniisse fluente 31. ætatis Iosephi: cum verò iam essent transacti septem anni abundantia, & duo penuriæ, Iosephus 39. annos natus, parentem accersit, disertè asserens, quinque annos famis adhuc esse residuos. Genes. 45.

*Annus 1.
ubertatis
inijt anno
Iosephi 31.*

Q 3

vers. 11.

verf. 11. Currente ergo anno 3. inopia Jacob in Ægyptum descendit, anno suo 131. Iosephi quadagesimo, vt habet Demetrius apud Eusebium lib. 9. præp. cap. vltimo, Peraius anno m. 2237. Nec obstat, quod S. Augustinus, Eusebius, Syncellus, Marianus Scotus dicant Jacob in Ægyptum descendisse anno 2. firmis: id enim de completo intelligitur, quod satis indicat ipse S. Augustinus, q. 128. in Genesin sic scribens: Euidenter autem Scriptura dicit, triginta annorum fuisse Ioseph, quando inuoluitur Pharaoni. Cum ergo ipse anno 17. et atis sua venditus fuisse datur, tredecim annos peregerat in Ægypto ignotus Pharaoni: ad hos autem 13. annos, accesserunt 7. anni vbertatis, & facti sunt anni 20. His addantur, 2. quia secundo anno Ioseph intrauit in Ægyptum cum filiis suis, & inueniuntur 22. anni, quibus absuit Ioseph a patre & fratribus suis. Hæc S. Doctor: qui sicut annum 17. Iosephi completum accipit, dum ab eo ad tricesimum numerat annos 13. ita annum secundum vbertatis Ioseph, annos vbertatis computat. Idem habet lib. 18. de ciuit. cap. 4. vbi ab anno trigesimo vitæ Iosephi exclusiue, vsque ad descensum in Ægyptum computat annos 7. fertilitatis, & biennium sterilitatis. Idem docet Peraius Gen. 41. disput. 6. §. Tertia causa. Salius an. m. 2329. à quo non discrepat Peraius lib. 9. cap. 24. vbi ait Iosephum egisse annum quadagesimum, quando patrem cum suis venientem suscepit.

CAPVT XLVI.

GEN. v. 15.

Regula
Notanda.

HI sunt filij Lia, quos genuit in Mesopotamia Syria. Aliqui in Ægypto nati in Mesopotamia ante descensum in Ægyptum, vt Hefron & Hamul. Quia dum Scriptura plures in vnam summam aut catalogum colligit, solet quandoque de ijs ita loqui, vt id quod omnibus & singulis quodammodo tribuere videtur, plerisque tantum conueniat, & aliqui è numero reuera excipiendi sunt. Scilicet Gen. 35. v. 26. cum Moyses filios Iacobi recensuisset, addit: *Hi sunt filij Iacobi nati sunt in Mesopotamia Syria: excepto scilicet Beniamino, quem constat natus esse, post Iacobi è Mesopotamia reditum in terram Chanaan, vt notant alii dem interpretes.*

Eodem sensu intelligi potest, quod isti Hefron & Hamul, alique nonnulli hoc capite numerati dicuntur ingressi cum Iacobo in Ægyptum. Quamquam & aliter id explicari potest, nempe quatenus erant in lumbis & virtute generatiua parentum in Ægyptum descendentium; quo sensu Leui dicitur Melchisedech decho decimas dedisse. Heb. 7. verf. 9. Addunt plerique descensum suum in Ægyptum.

sum Iacobi in Aegyptum, extendi ad annos 17. quos Iacob in Aegypto vixit: imò vsque ad obitum Iosephi, eo quod procurante & vocante Iosepho, Israël in Aegyptum descenderit. Ita Abulensis, Pererius, Del Rio, Cornelius, Bonfrerius, Menochius in cap. 46. Gen. ex S. Aug. q. 173. in Genesin, consentit Sallianus an. m. 2; 29. num. 11. Petavius lib. 9. sub finem cap. 19.

CAPVT XLVII.

GEN. v. 9. & 18.

Dies peregrinationis meae centum triginta annorum sunt. Huius ætatis erat Iacob cum in Aegyptum à Iosepho annos 39. nato accersitus venit, tota Israëlitarum, quæ tunc erat comitante progenie, exceptis Iosepho & filijs eius, qui iam erant in terra Aegypti. Id accidit anno 2. famis exacto, ab Orbe condito, ut a bitur corrente anno 2; 29. à diluio 673. ætæ Babylonicæ 522. à promissione 216. instante vel ineunte: ante Exodum 215, ante ingressum in terram promissionis 255. ante regnum Davidis 651. ante templum Salomonis 694. ante regnum Israël 731. ante Christi æram 1712. Cum verò Scriptura dixisset, Iacob in Aegypto vixisse 17. annos; subdit, v. 28. *falsiq; sunt omnes dies vite illius centum quadraginta septem annorum.* quod ex dictis manifestum est. Addit Sallianus in Epitaphio Iacobi, eum 84. annos cœlibem vixisse, cum Abrahamo aut 15. tres & sexaginta cum Ismaële patruo, centum & viginti cum patre suo Isaac: quæ omnia perspicuè exhibent tabulæ nostræ expansæ, quæ obitum Iacobi anno ante Christum 1695. repræsentant.

Quando Iacob in Aegyptum descendit

P. Philippi
Chronologia
Testamenti
A IV
17

CAPVT L.

GEN. v. 25.

Ioseph mortuus est expletis centum decem vite sue annis. Vixit cum patre & fratribus suis vsque ad annum vitæ suæ 17. deinde in herili domo & seruiture annos 10. in carcere 3. in principatu 80. post descensum in Aegyptum 71. Morde Iosephi clauditur liber Geneleos, qui continet annos 2399. ex eorum sententia qui Cainan iuniorem agnoscunt, & ortum Abrahamæ ad annum 130. Thare dilatam putant.

Ætas & obitus Iosephi.

* * *

IN

IN LIBRVM EXODI.

Argumen-
sum libri.



Ic Liber succinctè tradit gesta annorum 149 qui effluxerunt à morte Ioseph, vsque ad annum secundum, ab egressu filiorum Israel de Aegypto, quo anno erectum est Tabernaculum prima mensis primi. Exodi 40. v. 15. Nam vt notat Cornelius, à morte Iosephi ad Natalem Moysis transierunt anni 64. inde ad Exodum 80. Anno sequenti absoluto Moyses Tabernaculum erexit. Exod. c. v. 1.

CAPVT I.

EXODI v. 6.

Quæstio.

1. *Q*uo mortuo, & vniuersis fratribus eius, omniq. cognatione illa &c. Quando quando cœperit, & quamdiu durauerit, afflictio duraq. seruitus filiorum in Aegypto? Mercator putat hanc persecutionem excitatam, ante ortum Moysis. Hebræi in Seder Olam, Genebrardus, Pererius, anno quo & natam sororem Moysis Mariam ab amaritudine afflictionis sic natam opinantur: Torriellus anno 9. Salianus decimo tertio.

Duo hic
certa.

2. *C*ertum autem est primò, non esse suscitatum hanc oppressionem, post mortem Iosephi, fratrum eius, & eorum, qui æquales Iosepho in Aegypto fuerunt, & hinc cognationis nomine significantur. Exodi 1 v. 6. *S*ecundò, hanc rannidem in Israëlitas erupisse ante ortum Moysis, qui annis 80. Exodum recessit, vt patet Exodi, cap. 1. & 2. Deut. 7. v. 7. & cap. vlt. v. 7.

Obitus
Leui.

3. *L*eui porro Iosephi frater obiit circa annum promissionis 308. supradem natus est anno fere 172. à promissione, vt supra dixi, vixitque annos 118.

ut habemus Exodi 6. 16. Ex quo colligimus vltimū annum vitæ Iosephi concurrense cum anno 308. à promissione: quo numero à 430. subducto; residui erunt anni 122. à morte Leui, vsq; ad Exodum transacti.

4. Quanto vero tempore Caath postea vixerit; incertum est. Torniellus autumat Caath mortuum ad annum à promissione 324. Salianus 13. annis tardius: puta anno à promissione 337. idq; ex Epiphanijs sententia. Quamuis enim Rex Aegypti Amenophis aliquot annos iam ante regnasset: suā tamen sauitiā nō videtur viuo Caath in Hebræos effudisse. Siquidem solent Tyranni nō prius conceptræ acerbitalis virus plenè euomere, quam principatum suum firmauerint, eaq; remota viderint, quibus improbi conatus reprimi possent. Caath autem cum esset Iosephi ex fratre nepos, tam bene de regno Aegyptiorum meriti plurimum sine dubio autoritate pollebat, qua tyrannidi Pharaonis poterat obistere. Valde igitur probabile est, non nisi post mortem Caath Hebræos affligi cæptos: non tamen, vtrum mortuo Caath confestim cæperit Israelitarum oppressio: cur autem hoc sine fundamento asseratur? At neque certo asserendum videtur, mox ab initio persecutionem fuisse acerbissimam. Nam, ut aduertit Salianus an. m. 2457. non desunt in sacris literis indicia, quibus suspicari possimus, hanc Hebræorum calamitatem tribus gradibus incrementa sumpsisse. Primo cum grauib; laboribus, & fabricis excitandis Hebræi premerentur. Exodi 1. v. 11. Secundo, cum obstetrices iuberentur masculos in primo vitæ ingressu perimere. ibid. v. 16. Tertio cum publico edicto infantes in fluuium projicerentur, ibid. v. 22. Est enim verisimile Aegyptios hisce crudelitatis generibus aliquanto tempore probasse an possent Hebræos opprimere, antequam ad acerbiora descenderent. Primum gradum post mortem Caath: secundum subortum Mariæ sororis Moysis: tertium eo ferè tempore, quo natus est Moyses inchoandum putat Salianus. At verò Bonsterius Gen. 25. v. 13. & Exodi 1. v. 8. censet tempus afflictionis non durasse vltra 117. annos: tot enim à morte Leui vsque ad Exodum computat. Quod facere coguntur ij, qui à promissione ad Cathodum 220. annos numerant. Verum horum calculos supra abiicimus.

5. Equidem, omnibus consideratis, existimo, post excessum Caath, sensim Hebræos odio haberi & vexari cæptos ab Aegyptijs: odium & oppressionem paulatim eo malitiæ processisse, ut masculos nascentes ab obstetricibus necari iuberet Pharaos: quā flagrante tyrannide, vel paulo antè Annam vxorem duxerit, nec multo post ex ea Mariam: tum quadriennio interiecto Aaronem: post aliud triennium Moysen susceperit, ferale edicto de masculis submergendis antea promulgato. Et sic seruitus Aegyptiaca ex æquo & bono computari poterit ab obitu Caath, nempe quoad gradum mitiorem: alias ab eo ferè tempore, quo nata est Maria. Ferè, inquam, eo modo, quo in vnam eandemque

R

aram

Quando
obierit
Caath in-
certum.

Vitæ Ca-
ath non ce-
pit oppres-
sio Hebræo-
rum.

Gradus
huius op-
pressionis.

aram conijci solent plagæ Aegyptiacæ, & lex per Moysen data. quamuis non eodem mense hæc duo contigerint.

Obiectio
1. eiusq;
solutio.

6. Obijcietur quispiam 1. Antequam immanis hæc persecutio in Hebræos concitaretur, extincta erat cognatio Iosephi vt liquet Exodi 1. v. 6. Ergo etiam Iochabed vxor Amram, quæ erat Iosephi patruelis Exodi 6. v. 20. At omnia hunc nodum soluere debent: certum enim est Iochabed, & cognatam fuisse Iosephi, & calamitose illo tempore peperisse Moysen. Cognationis vero nomine hic non significatur absolute sanguinis propinquitas, sed eiusdem ætatis duratio, vt in simili S. Augustinus q. 50. in Exodum explicat progeniem *דור* *דור*, Hebraicè, *dor*. Idem reipsa docent Pererius, Cornelius, Tornielius, S. lianus & alij dum aiunt nomine cognationis loco citato intelligi eos, qui cum Iosepho familiariter vixerant, quales erant fratres illius & fratrum filij, aut qui ingressi erant Aegyptum cum Iacobo, vt interpretatur Bonfrerius, & Menochius.

Obiectio
2. eiusq;
solutio.

7. Obijci potest 2. Cum Moyses in fine cap. 1. Exodi mandatum Pharaonis retulisset de infantibus Hebræorum masculis mox ab ortu suo submergis, subiungit initio cap. 2. *post hæc* Amram Leuitam duxisse vxorè, & ex ea Moysen suscepisse. Ergo ante hoc connubium ad summum peruenerat crudelitas Pharaonis. Verum illa duo verba: *post hæc*, non habentur in Hebræis, Græcis, Chaldaicis codicibus: in Latina vero editione non tam ordinem temporis, quam transitum ad nouam narrationem significant. Atq; Moyses cap. 1. summo capite recensuit, & quasi sub vnum aspectum dedit, quæ ad Aegyptiacam seruitutem spectant: postea verò ca. 2. ad particularem de se narrationem descendit. Hæc autem transitum vulgatus interpret significare voluit per illud *post hæc*, quæ orationis particulam etiam adhibuit, Gen. 47. v. 7. quamuis ibi nec in Hebræo, nec in Græco reperiat. Nonnulli eodem modo interpretantur *post hæc* Act. 4. v. 47. *post hæc* exiit Iudas, vt ibi non significetur series temporis, sed connexion nouæ narrationis, idq; tam in Latino quam Græco.

Obiectio 3.
eiusq;
solutio.

8. Obijci potest 3. Ex dictis colligi Aegyptiacam seruitutem non durasse intra 122. annos aut circiter, etiam si mox ab excessu Leui cœpta fuisset. Nam à morte Iosephi vsque ad finem huius seruitutis anni sunt 144. è quibus si tollantur 22. quibus Leui Iosepho superstes fuit, remanebunt 122. Si verò cum Salomonem hanc afflictionem mortuo Caath, ab anno 38. promissionis ordiamur, non durauerit nisi annos 93. Taceo ex Hebræorum sententia non nisi 87. annos tenuisse. Horum autem quodcumque dicatur, vis nonnulla scripturæ afferre videbitur, quæ ait Hebræos mortuo Iosepho, fratribus, & cognatis eius, *erupti & quasi germinantes multiplicatos fuisse*. Exodi 1. v. 7. ita nempe vt ad finem huius seruitutis numerarentur filij Israel, à vigesimo anno. & supra, qui poterant ad hoc procedere sexcenta tria milia virorum quingenti, quinquaginta Num. 1. v. 45. quibus accedunt

accenseantur senes, pueri, mulieres, non temere opinabimur vniuersam hanc
 Israelitarum multitudinem ad tricenas centena millia ascendisse, vt bene cum
 alijs Petrus disp. 1. in Exodum. Salius an. m. 2451. Menochius Num. 11. v.
 3. Quomodo enim Iacobi progenies, tam breui tempore sic excrescere po-
 tuit, quæ vno & septuaginta annis ante Iosephi obitum non nisi 70. circiter a-
 nimabus constabat? Gen. 46. v. 27. & Exodi 1. v. 5. Hæc difficultas non solum
 seruitutis tempus attingit, sed habitationis in Aegypto, nec vllam vim sacrili-
 teris infert, aut violentiam interpretationem parit. Sacra enim illa pagina Exo-
 di 1. v. 6. non asserit tunc primum hanc Hebræorum multiplicationem cœpisse
 cum Iosephus & fratres eius excessissent, sed magnis incrementis auctam esse,
 adeo vt licet toto eo tempore, quo Gens Hebræa in Aegypto fuit, fœcunde
 multiplicaretur; sæuente tamen Pharaonis tyrannide, magis quam antea so-
 boles exuberaret. *Quanto magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & cres-
 cebant.* Exodi 1. v. 12.

9. At quomodo iniquis, tam breui populus iste in tantum numerum ex-
 crescere potuit? Duplicem causam huius tam vberis propagationis reddunt
 harum rerum tractatores. 1. Singularem Dei providentiam, qui sterilitate
 sublata, Hebræos reddebat fœcundos. *Creuerunt Hebræi diuinitus fœcundata eorum
 multiplicatione,* inquit S. Augustinus 18. ciuit. 7. Deinde cœli, solique Aegyptia-
 ci conditionem: nam feminae in Aegypto binos, vel ternos, quaternosue vno
 partu fœtus edebat, vt habet Aristoteles lib. 7. hist. animal. cap. 4. Vnde deducit
 Cornelius fieri potuisse, vt omnes mulieres Hebrææ essent fœcundæ, singu-
 lis annis parerēt præ mature inciperēt parere & sero admodum definerent, binos
 ternos, quaternos, liberos simul parerent: quod re ipsa contigisse ex Hebræo-
 rum libris nonnulli referunt, nec refellunt. Videri potest Bonfrerius Exo. 1. v. 7.

*Causa pro-
 pagationis
 Hebræorū
 in Aegypto*

CAPVT II. EXODI v. 2.

ET concepit & peperit filium, nempe Moysen, anno m. 2464. à diluuiō 808. *Quando
 natus Moy-
 ses.*
 vt notant Forniellus & Salius, consentientibus ijs qui a braham natū
 volunt cum Thare esset 130. annorum & Cainan iuniorem admittunt. A nati-
 uitate abrahæ 426. teste præter alios Cyrillo lib. 1. contra Iulianum, in textu
 Græco. A descensu in Aegyptum 136. vt cum Eusebio, Scoto, Freculfo aduertit
 Salius, ætæ Babylonicæ 657. ante ingressum in terram 120. ante fundatum
 Templum Salomonis 599. Periodi Iulianæ, vt arbitror 3137. ante æram Chri-
 sti 1577. à quo computo non proculabit Cornelius Deut. 34. v. 6. vbi mortem
 Moysis signat anno ante Christum 1456. cui si addantur anni vitæ Moysis 120.
 exurget annus ante Christum 1576.

At quoto anno vitæ Amram parentis sui Moyses in lucem venit? Epipha-
 nius

R 2

nius

nus & Eusebius videntur assignare septuagesimum aut 72. Bonfrerius ponit 73. Chronicum Alexandrinum 76. Pererius & Cornelius 77. Petavius 78. Torriellus & Salius 79. inchoatum. Existimo Moysen natum circa annum vitæ Amram 78. desinentem aut 79. inceptum, cum Demetrio apud Eusebium qui Amram ortum annis 14. ante obitum Ioseph consignat, ante natum Moysen 78. quos annos si completos intelligamus, confirmabuntur ratio cinia Demetrii, qui mansioni Hebræorum in Aegypto tribuit annos 215. Si quidem ab ingressu in Aegyptum vsque ad mortem Iosephi sunt anni 71. à nato Moysen Exodum 80. quibus si adiungantur anni 78. quos Amram nascente Moysen compleuerat, confiet summa annorum 229. hinc autem subtrahi debentur quos Amram moriente Iosepho exegerat: & sic tandem remanebunt anni 152. moræ Israelis in Aegypto. Bonfrerius Demetrii auctoritatem de anno Natali Amram sequitur: at verò de Natali Moysis & moræ in Aegypto deserere cogitur: quia ipse Bonfrerius annos promissionis ab anno 70. Abrahami accersit: inde ad Cathodum annos 220. hinc ad Exodum 230. computat. Demetrius sequor.

CAPVT II. EXODI v. xi.

*Moyses
quādo re-
liquit au-
lam Pha-
raonis.*

IN diebus illis postquam creuerat Moyses. Anno videlicet Moysis 40. inquit Bonfrerius in hunc locum, Petavius in Tabulis: quibus alij assentiuntur, præter S. Stephano Act. 7. v. 23. dum ait: cum autem completeretur ei quadraginta annorum tempus, hoc est, cum Moyses ageret annum ætatis quadragesimum, inquit Cornelius, quod ita interpretatur Salius, vt cædes Aegyptij, & fuga Moysis contingerit anno ætatis illius quadragesimo currente. Solet nihilominus Moysis in tres æquales partes diuidi, & 40. primi anni habitationi ipsius in Aegypto assignari: 40. sequentes exilio in Madianitide, 40. postremi peregrinationi in deserto.

EXODI 2. v. 23.

Post multum verò temporis, mortuus est Rex Aegypti. Hæc ad illud ferè tempus referenda sunt, quo Deus Moysi, in rubo apparuit, & verisimiliter vno anno antequam Israel migraret ex Aegypto, signari possunt iuxta dicenda cap. seq.

CAPVT III. EXODI.

QVÆSTIO.

Quanto tempore plaga Aegypti durauerint.

*opinio
explicatur.*

HÆc quæstio præmittenda est, vt lucem præferat ijs, quæ sequuntur obscuriora. Abulensis, Adrichomius, Pererius, Torriellus, Cornelius vno ferè mense durationem harum plagarum absolutam putant, &

mirum 27. diebus. Nā vt cum Pererio Cornelius sub finem c. 7. Exod. ait, post primam plagam, vsque ad secundam transierunt dies 7. die nono ablata est secunda plaga ranarum, die 10. immissa est plaga tertia sciniphum: die vndecimo Deus minatus est muscas: duodecimo immisit eas, & decimo tertio remouit. Die 15. minatus est, & infixit plagam quintam: die 16. inflicta est sexta plaga. Die 17. minatus est plagam septimam, quæ inflicta est die 18. & sublata decimo nono. Die vigesimo minatus est octauam plagam; die 21. infixit, & 22. remouit eam. Sequentibus tribus diebus, puta 23. 24. 25. durauit plaga tenebrarum. Die 26. Pharao à se expulit Moysen, & media nocte sequente inflicta est decima plaga cædis primogenitorum sub initium diei 27. Vnus ergo ferè mensis lunaris fluxit, à prima plaga, vsque ad vltimam. Iam vero cum vltima plaga certissimè contigerit decima quinta die mensis Nisan, qui responder nostris Martio; hinc sequitur primam plagam factam esse circa medium vltimi mensis, qui Hebræis dicitur Adar. Hæc ibi Sed & Bonfrerius Exodi 7. v. 7. disertè negat, se ijs assentiri, qui annum integrum plagis Aegyptiacis, vel à Moysis reuersione in Aegyptum, vsque ad omnium Israelitarum egressum adscribunt. Satis, inquit, ad eam rem vnus alterue mensis esse potest. Et confirmat ex eo, quod Moyses dicatur fuisse 80. annorum, quando ipse & Aaron sunt locuti ad Pharaonem. Exodi 7. v. 7. Fæuent Fasti Sæculi qui visionem rubi signant anno 81. vitæ Moysis. Suidas verbo *plagæ*, censet eas, 40. diebus transactas. Codomannus: eas inter 27. Martij & 25. Aprilis coercet, quamuis apertè non neget eas citius fortasse inchoatas.

2. Hebræi vero in Seder Olam cap. 3. & 5. duodecim menses his plagis tribuunt, ita nempe vt torus ferè annus octuagesimus ætatis Moysis, qui paritur quadragesimo tricesimo à Promissione, hisce plagis funestatus fuerit. Quibus in sua Chronologia ad stipulatur Genebrardus, Carthusianus, & Cæteranus in cap. 9. Exodi. Serarius Iosue 4. Fauet Comestor Exodi 19. & Prosper 1. p. cap. 36. cum ait, Sciniphes media ætate morsu pestifero Aegyptios infestasse. Author etiam lib. 1. de mirabilibus S. scripturæ: notat in plagis Aegypti reperiri, quæ omnibus anni temporibus conueniunt. Quam sententiam scio defendit Salianus an. m. 2543. à num. 15. idemque sentire ait, quicumque harum plagarum initium ad annum 80. Moysis, & exitum ad alterum annum referunt. Hanc Chronographiam hisce ferè argumentis confirmat. 1. Plaga quinta abstulit equos, asinos, camelos, omnia deniq; animantia Aegyptiorum, vt habetur Exodi 9. v. 3. & 6. & tamen discedentes ex Aegypto Israelitas iunctis sexcentis curribus electis, & quicquid curruum in Aegypto erat profectus est Pharao. Exodi 14. v. 7. Non est autem per suam facile, post quintam plagam, quæ iuxta prioris opinionis assertores, non nisi 12. diebus Exodum præcessit,

R 3.

cessit,

2 opinio
declarat
sur.

cessit, tantam equorum copiam comparari, tot currus iungi potuisse, imò non pauca iumenta vlcerebus læsa, non pauca grandine septimæ plagæ intercepta videntur, vt insinuat illo cap. 9. v. 25. his verbis: *Percussit grando in omni terra Aegypti, cuncta qua fuerunt in agris, ab homine, vsq; ad iumenta.* Mirum igitur foret, si tam exiguo dierum numero, tam multa iumenta, quibus Aegyptij Hebræos insecuti sunt, vel sanari, vel ad bellum parari possent. Deinde secunda plaga ranarum, quomodo vno die inferri, & sequenti mox auferri potuit: cum constet congregatas fuisse ranas in immensos aggeres, & inde terram compertuisse? Exodi 8. v. 14. præsertim cum Pharao, ante sequentis plagæ inflictionem videns, quod data esset requies, dicatur *ingrauaſse cor suum.* v. 15. Tertio toto harum plagarum tempore, si Moyses & Aaron in Regia versati sunt, magnum fuit miraculum, quod non ferro, aut lapidibus opprimerentur: quin imò è terra Gessen, per intervalla ad Regem data fide publica accersiti videntur. Deniq; Pharao inflicta vna plaga; antequam alia succederet aliquanto tempore distulisse & moras de induitria traxisse putandus est, potius quam quod vno die promiserat, proximè sequenti negasse. Quod verò aliqui ex Iosepho addunt grandinem, quæ fuit septima plaga *κατακαταρα*, vere vigente cecidisse non multum momenti habet, cum id mensi Nisan attribui possit, habita tamen Terræ promissionis.

Conclusio.

3. Vtraq; opinio suam habet probabilitatem: posterior tamen ob rationes iam allatas mihi probabilior videtur. Nam locus ille Act. 7. v. 30. de 40 annis quos Moyses in Madianitide transegisse scribitur, facile de incepto quadragesimo explicari potest, vt mox dicam cum Saliano, qui sub initium m. 2544. quatuor vltimas plagas circa Februarium & Martium, illius anni quo exitum est de Aegypto, contigisse arbitratur. Quo verò sensu Moyses dicitur fuisse 80. annorum quando Pharaonem allocutus est; dicam cap. 7. v. 7.

C. III. EXODI, v. 2.

Rubus ardens incombustus

Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi. Huc spectant verba S. Stephaniani Act. 7. v. 30. *Expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sinai Angelus in igne flamma rubi: quibus significare videtur, hæc gestis fuisse exactis à fuga Moÿſis in Madianitidem annis 40. atque adeo anno 2544. tæ Moÿſis 81. inchoato. Ita visum Torniello, 4. ætatis anno 1. num. 4. & qui vno mense plagas omnes Aegypto inflictas putarunt. Alij censent verba S. Stephani, eo modo intelligi, quo Christi circumcisio facta dicitur postquam consummati sunt dies octo. Luca 2. v. 22. Et quo Iudæi asseriebant Christum dicitur post tres dies resurgam. Matthæi 27. v. 63. ita hæc apparitio facta sit, anno 2544.*

fuga Moyses, non omni sed aliqua parte expleto. Similis modus loquendi habetur Jeremia 34. v. 14. *Cum completi fuerint septem anni, dimittat unusquisque fratrem suum Hebraum, qui venditus est ei, ut seruat tibi sex annis.* Quod clarius explicatur Exodi 21. v. 2. *si emeris seruum Hebraum, sex annis seruet tibi, in septimo egredietur liber gratis.* Et Deut. 15. v. 12. *sex annos seruet tibi; in septimo anno dimittes eum liberum.* Ita sentire videntur, qui plagas Aegypti ad 12. circiter menses protendunt, nisi forte dicant, Moysen in Madianitidem fugisse, sub initium anni vitae suae quadragesimi. Addunt Hebraei l. c. Deum diebus septem cum Moysen in rubo locutum diemque septimum incidisse in 15. mensis Nisan: anno vero sequenti Israelitas Aegyptio excessisse. Probabilem huius rei coniecturam mouent rationes eorum, qui plagas Aegypti annum ferè tribuunt, deinde series eorum, quae de Moysen à Madianitide reditu, & oppressione Hebraeorum, post eius reditum narratur, Exodi 5. & 6. praesertim illud ver. 12. *dispersus est populus per omnem terram Aegypti, ad colligendas paleas.* Haec enim omnia non videntur vno alteroue mense expediri potuisse.

CAPVT VII. EXODI, v. 7.

Erat autem Moyses 80. annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem. Hos annos expletos putant ij, qui 10. plagas ad vnum mensum restringunt; alij currentes sumunt: ita vt hic annus octogesimus Moysen inchoatus duntaxat fuerit, quo anno maior pars plagarum laeuierit, reliquae plagae sub initium anni sequentis. Neque verò mordicus asserendum est, cum quis dicitur esse 80. annorum, eum illos annos expleuisse. Nam Gen. 7. v. 6 Noe dicitur fuisse *sexcentorum annorum, quando diluuij aqua mundauerunt super terram*: quem tamen annum Cornelius Bonfrerius & alij plurimi non absolutum, sed ineuntem aut saltem currentem accipiunt. Sicut igitur ibi Noe sexcentorum, ita hic Moyses dici potest fuisse octoginta annorum.

Actus Moyses ante Exodum.

CAPVT XII. EXODI, v. 2.

Mensis iste vobis principium mensum, primus erit in mensibus anni. Hebraeus ait: *primus vobis in mensibus anni.* supple sit, *velerit*, vt in Latino legitur, vel est: vt in Graeco. Hinc aliqui concludunt, non fuisse antea initium anni in Vere, sed in Autumno, nempe ineunte Tisri. Verum hoc argumentum non est efficax: simili enim modo scriptura loquitur de Iride in nubibus futura post diluuium: *arcum meum ponam in nubibus.* Gen. 9. v. 13. *Apparebit arcus meus in nubibus.* ver. 14. *Eritque arcus in nubibus.* v. 16. nec tamen licet inde inferre, arcum

Quando Nisan cepit esse caput anni.

cum

cum antea in nubibus non apparuisse: cum ex communi interpretum sententia, non minus ante diluuium Iris in nubibus effullerit, quam postea. Senari ergo esse potest mensis, quo Hebræi ex Aegypto emigrarunt, non ex antiquo tantum consuetudine, quæ per non usum aboleri potest; sed ex Dei præcepto primus erit mensium anni facti. Et sicut Iris assumpta est in signum non futurum diluuii: ita mensis Nisan erit primordium anni, in memoriâ populi ex Aegyptoeducti. Neque vero Deus vetuit, quin alios in usus annum etiam ab Autumno auspiciantur Hebræi, puta in contractibus, in annis Sabbaticis & libilæis: sed tantum cauit, ut hinc annum sacrum ordiretur, siue antea sint solè indidem annos inchoare, siue non, ut dixi Gen. 1. q. 1. Potuit enim fuisse legitima causa, cur Israelitæ in Aegypto, annorum principia à Vere deducerent, quod olim factitabant Arabes, Damasceni, Romani ante Numam Pompiliū, ut hic notat Cornelius, & etiamnum faciunt Chineses & Japonij, qui paulo citius annum inchoent quam Hebræi.

C. XII. EXODI. v. 40.

Habitatio autem filiorum Israel, quæ manserunt in Aegypto, fuit quadringentesimo triginta annorum. Hos annos Exodo terminari fatentur omnes; sed de eorum initio non exigua est quæstio.

De initio horum, 430 annorum 1. opinio falsa.

1. **G**enebrardus, Eugubinus, Stapletonus, Marsus, eos à descensu Iacobi in Aegyptum computant: sed eos hallucinari apertè docet Scriptura. Caath enim in Aegyptum cum Auo suo venit Gen. 46. v. 11. vixitque annos centum triginta tres. Exodi 6. v. 18. Huius filius Amram vitæ suæ cursum absolvit, annis 137. ibid. v. 20. quibus si addantur 80. quos Exodi tempore Moyses habebat; non nisi 350. anni colligentur, è quibus demenda est ætas in qua erat Caath, cum Aegyptum ingressus est, & anni quos post genitum Amram idem Caath inter viuos transegit, illi etiam quos Amram iam nato Moyses traduxit. Altius igitur accersendum est horum annorum exordium quam *χαραχάσσει* Iacobi, cum esset 130. annorum. Gen. 47. v. 9.

2. opinio falsa.

2. Paræus hos 430. annos deducit ab anno 85. Abrahæ, quando Deus cum Abrahamo fœdus confirmasse asserit, idque ex cap. 15. & 16. Geneſeos ostendere conatur, ut refert Petavius lib. 9. cap. 24. vbi hoc commentum bene refellit; tum quia licet Abrahamus illo anno 85. ætatis suæ Agarem sibi matrimonio iunxerit: non tamen constat vtrum sacrificium illud, de quo Gen. 15. v. 10. fœdus, de quo ibidem v. 19. in annum 85. Abrahæ inciderit. Tum quia S. 16. manifestè, inquit, de prima illa *ἡ τῶν γενησάντων* loquitur, quæ anno Abrahæ 75. facta. Quæ mox ex dicendis clariora euadent.

3. opinio conclusio.

3. Communi authorum supputatione hæc 430. annorum summa, ab eodem tempore ducit originem, quo Abraham annos natus 75. Deum vocantem

cutus in Chananidem venit, ut narrat Moyses Gen. 12. v. 4. Hanc Chronologiam approbant Iosephus 2. Antiq. 6. Eusebius in Chronico. S. Augustinus q. 47. in Gen. & 16. ciuit. 16. & repetit ib. cap. 24. *Computantur, inquit, sicut superius iam diximus ab anno septuagesimo & quinto Abrahæ, quando ad eum facta est prima promissio, usque ad exitum Israël de Aegypto, quadringenti & triginta anni quorum Apostolus meminit: Hoc autem dico testamentum.* Coquæus in hunc S. Augustini locum. Anastasius siue ut vulgo circumfertur Athanasius in Synopsi Exodi. Toftatus Gen. 15 & Exodi 12. Lyranus & Menochius ib. Torriellus & Salianus in suis Annalibus, Samerius & Gordonus in suis Chronologijs, Salmeron, Iustinianus & alij in Epistola ad Galatas caput tertium. Caspar Sanctius in cap. 7. Act. Apost. Baradius tomo 1. conc. Euang. lib. 1. cap. 20. Petavius loco præcitato, omnes denique Doctores Hebræi & Latini, inquit Cornelius, in hunc locum, & Gal. 3. exceptis nempe pauculis illis authoribus quos iam retuli num. 1. & 2. Probatur autem hæc computatio ex Ep. ad Galatas cap. 3. vers. 17. vbi Apostolus: *Hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit, ad euacuandam promissionem.* Cum igitur constet legem Hebræis datam anno primo egressionis ex Aegypto mense tertio, Exodi 19. v. 1. & 16. iure S. Augustinus illa q. 47. asserit eam computationem quam secutus est Euseb. in Chro. perspicua veritate subnixâ esse: ab illa enim, ait promissione computat 430. annos, quæ vocauit Deus Abraham, ut exiret de terra sua in terram Chanaan. De qua sc. agitur Gen. 11. v. 31. c. 12. v. 1. Act. 7. v. 2. Deinde cū sententiã Apostoli explicasset, de ea promissione, quæ Deus pollicitus est Abrahæ fore, ut in eo benedicerentur omnes tribus terræ, eandem rursus Chronologiam his verbis inculcat: *Ex illa ergo promissione, quæ vocatus est Abraham, & credidit Deo post 430. annos factam legem dicit Apostolus, non ex eo tempore, quo Iacob intrauit in Aegyptum.* Augustinum sequitur Bellouacensis lib. 2. spec. hist. cap. 6. Cum inquit, legitur in Exodo, quod habitatio eorum in Aegypto fuit 430. annorum, nomine Aegypti intelligitur omnis incolatus eorum, qui cepit à prima promissione facta Abrahæ in via Mesopotamiæ, à qua usque ad legem datam tot anni fluxerunt, ut in epistola ad Galatas legitur, & in Act. Apostolorum idem numerus ponitur, hæc ibi.

4. Hanc ipsam veritatem annis ante Christi Passionem circiter trecentis clarè expresserunt Septuaginta interpretes in hoc 12. c. Exodi v. 40. asserentes, *Confirmationem filiorum Israël, quam habitauerunt in terra Aegypti & terra Chanaan, ipsi & patres eorum fuisse quadringentorum triginta annorum: quorum sc. pars media iam efflaxerat, quam Iacob cum familia sua in Aegyptum descendit. Cum enim ex Haran in Chanaanem accepta promissione migraret Abrahamus, erat 75. annorum Gen. 12. v. 4. Eidem centenariò natus est Isaac, Gen. 21. v. 5. atque à promissione*

S

sione

sione Abraham vsque ad natiuitatem Isaac, 25. anni interfluxere. Hinc ad natiuitatem Iacobum decurrerunt alij 60. anni. Gen. 23. v. 26. inde ad descensum in Aegyptum 130. Gen. 47. v. 9. qui omnes in summam collecti efficiunt 215. totidemque à descensu in exodum colligit S. Aug. ex eo, quod Iosephus Iacobo superstitis fuerit annos 71. siquidem hunc Iacobus in Aegypto, annos 39. natum reperit: & omnis ætas Iosephi fuit 110. annorum: restant deinde à morte Iosephi ad egressum de Aegypto anni 144. Mora ergo Hebræorum in Aegypto, ex quo Iacob eo cum suis aduenerat complectitur annos 215. quam supputationem signat Iosephus illo lib. 2. Antiq. ita scribens: *Reliquerunt autem Aegyptum, mense Xanthua luna 15. anno 430. postquam Abraham pater noster in Chanaanam venit, & post Iacob migrationem in Aegyptum, anno 215.*

1. Obiectio
Resp.

5. Obijcit Augustinus Eugubinus, in textu Hebræo non fieri mentionem filiorum Israël & Aegypti, Exodi 12. v. 40. excludendum igitur tempus, quo Abraham, Isaac & Iacob extra Aegyptum peregrinati sunt. Vetum huic argumentum obstitit torrentis Doctorum melius sapientium, ac in primis S. Aug. illa q. 47. disertè asserit computandum etiam esse tempus istorum Patriarcharum ex quo peregrinari cepit Abraham in terra Chanaan, vsque ad ingressum Iacob in Aegyptum. *Toto quippe illo tempore peregrinati sunt patres in terra Chanaan, & deo semen Israel in Aegypto. & sic completi sunt anni 430. à promissione vsque ad exitum Israel de Aegypto.* Hæc ibi Fontem Hebræum variè explicant scriptores, ac in primis quemadmodum plerique alij in locis, prout ad nos peruenit, non nihil turbidè & mutilè deprehenditur: ita fortasse hoc loco quidpiam desideratur, ut non Bonfrerius. Estò verò nihil desit: at nomine filiorum Israël, idiotismo Hebræorum populus Hebræus significatur, sicuti Deus Israel non raro nominatur Deus Hebræorum. Et sic per filios Israel, non soli 12. Patriarchæ Israelis filij intelliguntur, sed quotquot ad eam gentem pertinere dignoscuntur, ut cū S. Aug. plerique hæc interpretes animaduertunt. Sicut post laxatam à Cyro captiuitatem, Iudæi nati sunt, non ij solum, qui ex stirpe Iuda, sed etià ex alijs tribubus oriundi sunt: inquit Sallianus, nomine Aegyptiorum intelliguntur etià populi, qui ante Aegypti regem, Danaï fratrem, eam regionem incoluerunt. Idem habet Tostatus in

2. Obiectio
Resp.

6. At quis vnquam ait Steuchus, auos & patres filios nepotum appellari. Resp. hoc in primis dici posse de Aegyptijs antiquis, ut iam dicebat Sallianus. Deinde non desunt etiam in factis iuris modi loquendi, quibus ea, quæ ad & patribus conueniunt, filijs nepotum tribuuntur, ut cum Christus Iudæis dicebat: *quem occidistis inter templum & altare: iuxta eorum sententiam, qui eum occiderunt.* Hieronymo hæc de Zacharia filio Ioiadæ interpretantur. Nunquid S. Hieronymus filios nepotum alloquebatur, cum diceret: *accepistis legem, in dispositione legis* Ierem. 7. v. 53. Nunquid etiamnum Iudæis dici potest, vos estis quos

buchodonofor Babylonem captiuos abduxit? quorum Metropolim Titus euerit? Rursus licet pensio decimarum, quas Abraham dedit Melchisedech tribuitur Leuitici generis sacerdotibus, aut saltem ipsi Leui Hebr. 7. v. 9. ita hic filius Isaac habitatio in terra Chanaan, quia ibi Abraham, Isaac, Iacob morati sunt.

7. Non est ab usu scripturæ alienum, quod Moyses istis 430. annis, ab vltima eorum parte, hoc est, habitatione in Ægypto nomen indiderit: quia licet totum illud tempus in Ægypto non sit transactum; ibi tamen est finitum, vt in simili diximus Gen. 11. v. vltimo. Vide Iudith 16. ver. 28. & interpretes ibidem, & locis illo Gen. 11. citatis. S. Aug. 16. ciuit. 24.

8. Denique siue aliquid desit textui Hebræo, siue non; id bene vel suppleuerunt, vel illustrarunt septuaginta interpretes, quos in finctu diuino sacros codices in Græcum sermonem transtulisse, iam pridem antiquissimi patrum senserunt, ac proinde, non possumus magis idoneos communis interpretationis huius loci vindices aduocare, vt monet Peraius illo lib. 9. cap. 24. sicut eosdem 70. Seniores, alij in causa Cainan iunioris, aduocatos & patronos habent.

9. Vt autem hæc Chronologia magis perspicua sit, aduertendum est *primò*, Deum Abrahamo varia pollicitum fuisse. 1. ingentem posterorum multitudinẽ Gen. 12. v. 2. Deinde benedictionem omnium gentium. ibid. v. 3. Deniq; vt alia omittam, possessionem terræ Chanaan. ib. v. 7. *Secundò* aduertendum, a postulo ad Galatas annos illos 430. non deducere à promissione, vel multiplicandi feminis, vel terræ possidendæ, sed benedictionis omnium gentium in Christo, vt patet ex verbis Apostoli Galat. 3. v. 14. & 16. & habet S. Augustinus locis citatis & passim interpretes tum in epist. ad Galat. tum in hoc 12. caput Exodi. *Tertio* aduertendum, hanc promissionem de benedictione gentium sapius factam Abrahamo. *In te benedicetur omnes cognationes terræ.* Gen. 12. v. 3. *Benedicenda sint in illo omnes nationes terræ.* Gen. 18. v. 18. *Benedicetur in semine tuo omnes gentes terræ.* Gen. 22. v. 18. *Quartò* cum Gentium Doctor absolute dicat à promissione ad legem datam annos 430. intercessisse: non apparet ratio, cur non loquatur de promissione prima, siue primò facta. Que madmodum si tu 1000. aureos Caio sapius per aliquot annorum interualla daturum recepisses: ille verò simpliciter se post 400. annos à promissione eam summam accepisse narraret, istos annos à prima stipulatione supputare censeretur. Deinde quo iure dixeris te à secunda promissionis vice hos annos computare, eodem alius ita suos calculos digeret, vt à tertia vice eos deducat. Exempli causa: si dixeris primam promissionem Abrahamo annos 70. nato factam, tum anno 75. iteratam: & ab hac secunda promissione oriri illos annos 430. quorum fit mentio Exodi 12. & ad Gal. 3. cur non licebit alteri à tertia accerferere?

P. Philippi

Chronologia
Testamenti

A. IV

17

Varia
Dei A-
brahamæ
promissio

Corollarium

10. Hinc colligo in primis non esse vsque quaq; planam eorum sententiam, qui voluit eam vocationem cuius Moyſes meminit Gen. 12. v. 1. factam prius esse, quam Abraham habitaret in Charan, & ibi quinquennium hæſiſſe Patriarcham. Hoc enim modo, anni promiſſionis inirent quinquennio citius, quã anni habitationis in terra Chanaan & Aegypto: ſiquidem in prædicta vocatione continetur promiſſio benediſtionis. Habitatione verò in Chanaan non incepit antequam Abraham à Charan in Chananitidem ſe conferret anno ætatis ſuæ 75. Gen. 12. v. 4. cum tamen ex communi authorum conſenſu anni 430. promiſſionis de quibus Apoſtolus ad Galatas agit, & anni habitationis de quibus Moyſes Exod. 12. anno 1 Exodi concludantur: ergo etiam eodem anno vitæ Abrahami apertabantur. Tacco eos aperte à S. Auguſtini ſententia diſcedere: hic enim eodem anno cenſet Abrahamum veniſſe in Chanaanam, quo Charras aduenerat, & nos promiſſionis orditur à prima promiſſione, quam ait factam Abrahami eſſe 75. annorum. Quæ ſententia mihi cæteris præferenda videtur. Qui enim Abrahamum quinque annis remorantur, fateri debent, aut eum nullam benediſtione gentium antequam Charris habitaret, promiſſionem habuiſſe, aut certe annos promiſſionis citius iniſſe, quã habitationis in Chanaan; aut denique non à prima, ſed ſecunda promiſſione S. Paulum eos annos auſpicatum fuiſſe, verò ſuauiore modum nobis aperiunt ij, qui eodem anno factam primam promiſſionem, & inchoatam in Chananiti de habitationem arbitrantur.

EXODI XII. v. 41.

Eodem die egreſſus eſt omnis exercitus Domini. Non eſt ſenſus Hebræos eo die Aegypto migrari, quo explebatur annus 430. ſed cum paulo antè vel ſere completus eſſet ille annorum numerus, oēs Hebræos, non pluribus diebus ſuadeuè; verum vno eodemque die 15. Niſan ſummo mane Aegypto exceſſiſſe, quæ quandam miraculi ſpeciem referebat, tanta hominum multitudine ſimul arripiente.

Quando contigerit Exodus.

Tempus Exodi.

1. Exiſtimo filios Iſrael ex Aegypto eductos corrente vel ineunte anno ab oibe condito 2544. à diluuiò 888. à Natali Abrahamæ 506. à promiſſione 431. à cenſu in Aegyptum 216. ante ingreſſum in terram 40. ante regnum Dauid 436. ante templum 479. ante regnum Iſrael 516. Eoſdem annos mundi, ab iij, promiſſionis, moræ in Aegypto, computat Salianus.

Quoto anno ante Chr. variaz opiniones.

2. Quotus verò ante Chriſtum fuerit hic annus, variaz ſunt Chronologorum ſententiæ ex varijs capitibus ortæ. 1. ex interuallo annorum, qui ab Exodo fundatum à Salomone templum, interfluxerunt: quod etſi ſacer textus 3. Reg. 6. v. 1. anno 480. factum ſignet; de hac nihilominus temporis intercapedine, quindecim vt minimum reperiuntur authorum opiniones. 2. à tempore fundati

fundato, vsque ad eiusdem atque adeo S. ciuitatis euerfionem, Hebræi 410. alij nonnulli 424. alij 427. alij 430. alij plures paucioresve annos enumerant.

3. Annos seruitutis Babylonicæ, quidam ab anno 4. Ioakim, alij aliunde aufpicantur. 4. hos 70. annos varij varijs annis Cyri finitos putant. Ex totigitur tamque diuersis calculis, vna eademque annorum ab Exodo ad Christum natum supputatio prouenire non potest: præsertim cum de anno & Coss. Christi nascentis non vnus sit inter harum rerum tractatores consensus. Cornelius Exodi 12. v. 4. signat exitum Hebræorum de Ægypto anno mundi 2454. à diluuiio 797. à natiuitate Abrahæ 505. à descensu Iacobi in Ægyptum 215. à morte Iosephi 144. ante ædificationem templi Salomonis 480. ante Christum 1496. ante bellum Troianum 356. Hic author in annis mundi & diluuij eorum opinionem sequitur, qui Cainan II. negant, & natalem Abrahæ anno 70. Thare constituunt: aliqui tamen eorum Exodum signant anno mundi 2453. vt Petauus, Caluifius &c. Troia vero excisa fuit anno ante æram Christi 1184. quibus adiecti 10. anni, belli, & ex sententia Cornelij 356. quos ab Exodo ad bellum Troianum supputat, Exodum reperies annis 1559. ante æram Christi. Est igitur hic in numeris error. Bonfrerius annum Exodi ait fuisse mundi 2539. à diluuiio 883. cum ab ortu Isaac elapsi fuissent anni 400. Ego verò hisce numeris, quinque annos puto adijciendos, quia hic author existimat Abrahamum quinquennio post promissionem Charris habitasse: quod supra reiecit. Hinc enim sequeretur, habitationem Hebræorum in Chanaan & Ægypto, non fuisse 430. annorum, quod tamen asseritur Exodi 12. v. 40. sed 425. quandoquidem à promissione ad Exodum idem author 430. annos numerat, & initium habitationis in Chanaan promissioni, quinquennio postponit. Denique communis supputatio, ab Isaac nato ad migrationem ex Ægypto, ponit annos 405.

Peruius egressus ex Ægypto Hebræos cenlet anno mundi 2453. ante æram Christi 1531. lib. 9. cap. 24. & in tabulis Chronologicis.

4. Salianus ad an. m. 2543. num. 22. Exodum signat anno ante Christum 1510. & probat ex Roman. Martyrologio, quod die 25. Decembris memorat Christum natum anno 1510. ab exitu de Ægypto. Fauet Eusebius dum Christi natalem tradit anno ab ortu Abrahæ 2015. contigisse. Hinc enim si subducantur 505. qui à natiuitate Abrahæ teste etiam ipso Eusebio, elapsi sunt; residui fient 1510. In quem annorum numerum, inquit Salianus, incidit Temporarius & Functus, ab eo numero Tornielus vnico anno abest, Mercator duobus, alij 10. 12. aut 15.

5. Nota in Martyrologio Romano natalem Christi signari anno m. 5199. à diluuiio 2957. ab ortu Abrahæ 2015. ab Exodo 1510. à regno Dauidis 1032. hebdomade Danielis 65. olymp. 194. ab Vrbe condita 752. Imperij Augusti 42. Ve-

P. Philippi

Chronologia
Testamenti

A IV

17

rum pauci, aut potius (quod sciam) nulli authores hanc Chronologiam omni ex parte sequuntur. Sicut igitur Salianus, in annis mundi, diluuij, regni Dauid, à Martyrologij computo recedit, ita alij in annis Exodi. Neq; verò constat, verum anni ibi notati sint vulgares, an ab aliquo authore, ex propria opinione computati. Adde Baronium & multos alios, quorum sententiam sequor, manilem Christi, vno anno citius ponere, quam ponat Salianus, qui Abrahamo computat anno ante Christum 2014. Beroaldus & Broughtonus Exodum lignum anno mundi 2513. Capellus 2503. qui tamen secum pugnat, dum anno m. 1611 notat Exodum contigisse anno æræ mundi Iudaicæ, 2263. hic enim annus Iudaicus incepit anno ante Chr. 1499.

*Exodus
fuit 15.
Nisan.*

6. *Ac quo mense, quoto die mensis, Hebraei Aegypto excefferunt?* Certum est tametsi rælitis fuisse mensem nouarum frugum qui postea Nisan dictus est, & diem ineuntem, vt patet Exodi 12. v. 2. 6. 29. 51. Et clarius num. 33. v. 3. *Profecti igitur Ramesse mense primo, quinta decima die mensis primi, altera die Phasæ, &c.*

*De die &
mense Ro-
mano va-
ria suppu-
tationes.*

7. De mense & die Romanorum, stylo nostro ad ea tempora reuocato quicquam affirmari potest. Cum enim non constet, quoto ante Christi anno, quoto luna exactè computata: vtrū nimirum plenilunio vero, an vltima hæc emigratio contigerit: coniecturis duntaxat locus hic relinquitur. Chronologum Alexandrinum ait primum Pascha in Aegypto celebratum 13. Aprilis, tertijs die 2. eiusdem, Caluissius & Alstedius 15. Equidem opinor Exodum probabiliter referri posse ad annum ante æram Christianam 1497. & si Calendarij Iuliani formâ eo reuocemus, eius Agni Paschalis incidet non incommode in die aut 16. Aprilis: Exodus autem in diem sequentem. Stylo enim Iuliano Nouis Nisan fuit 12. Aprilis: Gregoriano verò 20. Martij, & sic plenilunium Pasche ad usum popularem incurrit in 3. aut 4. diem Aprilis Gregoriani.

*Opinio
authoris.*

8. Nec obstat, quod Caluissius asserat tunc æquinoctium verum fuisse die 1. Aprilis Iuliani; Petanius autem anno ante Christi Epocham 1531. respicit quartam eiusdem mensis: quicquid enim ex diuersis tabulis eliciatur, eodem veniet calculus, vt anno ante vulgarem Christi Epocham 1497. dies Nisan facile incidat in 16. aut 17. Aprilis Iuliani: quæ est 3. aut 4. eiusdem mensis iuxta methodum Gregorianam.

*Computus
Caluissi
examina-
tur.*

9. Non obstant etiam duo illi characteres, quibus annum exitus Iste raturum, ita à se definitū existimat, Serhus, *vt loco, inquit, moueri nõ possit.* Duo characteres vocat diē 17. mensis secundi, quo primū cœlitus manna daturum, & annum 46. ab Exodo Sabbaticum simul & Iubilæū. Sumit enim hic annum tanquã certū 1. diē 22. mensis secundi ab Exodo fuisse sabbatū, & primū diē Dominico pluisse 2. Diuisionē terræ fuisse anno 46. ab exitu de Aegypto, eundem annum fuisse Sabbaticum & Iubilæū, ab Orbe cõdito. 4. Nō

turbatum ordinē annorum mundi Sabbaticorum ac Iubilæorum, adueniente ferie annorū legalium. Hæc autē probatione indigent. 1. ab alijs etiā admittitur, qui nō paucis annis Exodum citius notāt, quā Caluſius. Exēpli causa. Peranius Exodo cōſecrat annum ante Christum 1511, & simul primum manna, diei Dominico; Sethus autē anno ante Christi ærā 1497. ait migratam Ægyptū. Deinde non desunt, qui alio die manna primitus cecidisse autment. Deniq; nonnulli mēsem Nisan probabiliter existimāt, olim 29. dierū fuisse; atq; ita ex primo caractere non innotescit annus ille, quo Caluſius Exodum signat. 2. etsi à nullis negetur, admitti tamē potest, sed nihil probat, nisi etiā tertium & quartum concedatur, quæ probari nō possunt nisi ex traditione Hebræorum, quā in hoc negotio pleriq; oēs tum Chronologi, tum sacrorū voluminum interpretes re ipsa cōtemnunt: siquidē ærā mundi æquo breuiorē habēt Hebræi, ex qua cōnexionē illā ac ferie annorum sabbaticorum & Iubilæorum cōmifcuntur, & filios Iſraēl ex Ægypto feria 6. migrasse tradūt, quā traditionē respuit Caluſius, sicut & illā qua lege nō sabbato datam credunt. Sic Sethus duas traditiones Hebræorum explodit, vt eam retineat, quæ ex falsa mundi ærā deducitur.

10. De feria qua Hebræi ex Ægypto migrarunt restat dubium, Fasti Siculi hoc tribuunt ferię 2. Author quæſtionum de nouo Testamento apud S. Augustinum 4. q. 93. confert in feriam 5. quod facit Peranius, Sethus, Alstedius, locis citatis. Alij feria 6. ineunte, populum ex Ægypto educunt. Hebræi in Seder Olam, cap. 5. Vincentius lib. 2. spec. hist. ca. 7. Genebrardus in Chron. Tornielus anno m. 2544. num. 21. Sallianus eodem anno num. 160. Cornelius & Bonfrerius Exodi 12. Equidem in hisce minutis seruatandis existimo primam diem Nisan, nō ita non hinc pertinaciter alligandā esse, quin ab illo vnus alteriusve diei spatio abesse possit, sicut luna paschalis ritu Eccl. siatico à veris luminarium motibus recedere solet, vt in simili philosophatur de vero æquinoctio Peranius lib. 9. cap. 24. vbi de anno Exodi disputat. Vide quæ dicam cap. 16. v. 1. & quæ habet Clauius c. 4. Calendarij §. Neg; verò vbi cum dixisset iudæis non fuisse præceptum, vt verum aut medium æquinoctium, in paschæ sollemnitate obseruarent, sed tantum tempus quo dies iudicio sensus noctibus æquales sunt, quod triduum aut quatrimum sine magna differentia cōplecti solet; cum inquam hæc dixisset explicat verba illa Exodi 12. *Mensis iste, vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni.* Semper, inquit, inculcantur voces, hæc, iste, huius; quibus significari videtur Deum noluisse immutare consuetam anni, aut mensium Hebræorum formam & numerationem; sed mutationem tantum septimi mensis in primum, Et tandem concludit, hęc mensē primum dici non more Astronomico, quando videlicet Sol ingreditur primum punctum arietis, sed ritu modo quæ admodum vulgari.

11. Cum

*De feria
Exodi varia
sententia.*

P.
Philippi
Chronologia
Testamenti

A IV
17

Conclusio. 11. Cum nihil minus, quam de huius fractionibus cogitarem, ita ex communibus principijs calculos meos digessi, ut Exodus quasi sponte sua in annum mundi 2544 incuntem; ante æram Christi 1497. incidere: quo die 16. Aprilis erat feria 5. dies 17. feria 6. nec tantum hæc duæ dies à plenilunio aberant, quin utralibet, quintadecima mensis Nisan cenferi posset. Magis autem in eam partem propendeo, quæ Exodum feriæ sextæ consecrat, & primum mensis cauum facit.

De annis Sabbaticis ab Orbe condito. 12. Porro in confesso est, Iudæos non agnoscere Cainan secundum, & talem Abrahamæ anno 70. Thare consignare: ego verò cum authoribus suis memoratis Cainan 30, annos adscribo, & Abrahamum 60. annis tardius tantum existimo, atque ita ad Hebræorum æram adijcio ante Exodum annos quos si exemeris anni Sabbatici & Iubilæi, ab origine mundi, ad annos Sabbaticos & Iubilæos legales, ita deducuntur, ut nihil defuit, nihil superfit. Nam mea supputatione, mundus est creatus anno ante Christi Epocham 4040. à initium veris. Fuisset igitur annus primus semitæ, primo mundi autumno factus, & inijsset secundus. Sic primus annus mundi iuxta formam annorum Sabbaticorum, ab autumno incipientium non nisi sex menses habuisset.

EXODI 12. v. 37.

1. & 2. mansio.

Profecti, sunt filij Israel de Ramesse in Socoth. Hæc est 2. mansio in qua Israel coxerunt pastam sine farinam, quam dudum de Aegypto conspersam tulerant, & primum subcineribus panes azymos, neque enim poterant fermentari cogentibus exire azymis, & nullam facere sinentibus moram. ib. v. 33. In Socoth Hebræos unum tantum (ut minimum) posuisse verisimile est, quod tradit Seder Olam, dum notandum ab exitu vsque in Ethan absumptum. Consentunt Torniellus ad annum 2544. num. 23. & Salianus num. 200. qui putat in hac secunda mansione Hebræos non solum azymos coxisse, sed etiam ex itinere fessos, partim quietem liquam cepisse, partim res suas, quas confusas raptim è Ramesse extulerant, posuisse, & ea accepisse, quæ Exodi cap. 13. vsque ad 19. tradita narrantur, de lege primogenitorum, religione Paschæ, azymorum obseruatione, & iugitatione beneficij, quo è seruitute Aegyptiaca asserti fuere.

CAPVT XIII. Exodi v. 20.

3. mansio.

Profecti de Socoth castra metati sunt in Ethan. Nempe tertio ut minimum, quam de Ramesse egressi fuerant.

CAPVT XVI. Exodi v. 1.

Quando ad 5. mansio- nē veniū.

Quando manna Hebræis dari ceptum.

Profecti sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin.

est inter Elim & Sinai, quintodecimo mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti. Exodi 16. v. 1.

1. Hic obiter nota, primam Hebræorum ex Ægypto egredientium mansionem fuisse in Ramesse. 2. in Socoth. 3. in Etham. 4. in Phihahiroth. 5. in Mara. 6. in Elim, & inde eos venisse ad mansionem septimam Iam-Suph, vt habetur Num. 33. v. 9. *Profectiq; de Mara venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & palma septuaginta, vbi castra metati sunt. Sed & inde egressi fixerunt tentoria super mare rubrum, profectiq; de mari rubro castra metati sunt in deserto Sin.* nempe die illa 15. mensis secundi, quo ad vesperam, fuit coturnicum aucupium, & manè insequenti manna cœlitus datum, prout narratur, isto cap. 16. Exodi, præsertim v. 13. Manna igitur primum Hebræi acceperunt die 16. mensis Iiar, anno primo exitus de Ægypto: defecit autem anno 41. die 15. Nisan, aut circiter, cum transiit Iordane populus in campestribus Iericho castra haberet, Iosue 5. v. 12.

2. An non exigua difficultas est, vtrum ea dies decima sexta mensis secundi qua primum in castrorum circuitu Hebræi manna conspexerunt fuerit Dominica, an feria 2. Fuisse feriam secundam tradit in primis Sallianus anno m. 2544. num. 319. & seqq. probatque 1. autoritate eorum, qui cum modernis Hebræis mensem Nisan dicunt Moyse tempore fuisse plenum, siue 30. dierum, quod asserunt Serarius Iosue 1.4. q. 7. Caietanus Exod. 16. Ribera lib. 5. de Templo, cap. 7. Sanctius Act. 2. num. 15. Fauet S. Hieronymus tomo 3. epist. ad Fabiolam in 7. mansione, vbi diem 15. mensis secundi egressionis Hebræorum ex Ægypto, ait fuisse 31. postquam egressi sunt de Ramesse. Et Iosephus lib. 3. Antiq. cap. 1. vbi ait 30. dierum itinere confecto, comeatum quem Hebræi ex Ægypto secum extulerant fuisse consumptum, antequam Deus coturnices submitteret. Probat 2. ex Seder Olam cap. 5. vbi Neomenia mensis secundi notatur prima sabbati, quam diem Dominicam vocamus: quod necessario asserunt ij, qui 15. mensis Nisan in feriam 6. conijciunt, & ipsum mensem primum tricenis diebus definiunt. Si vero mensis Nisan fuisset causus, prima dies mensis secundi non fuisset prima sabbati, quod tamen illo cap. 5. traditur. Probat 3. Quia Israëlita pridie quam manna decideret, venerunt in desertum Sin. Si ergo primum manna die Dominica datum est; Israëlita Sabbato iter fecerunt, idque duce columna, & sic Sabbatum, authore Deo, non seruarunt, quod minime admittendum videtur.

3. Sunt tamen plures nec inferioris notæ, qui primum manna die Dominica pluiffe asseuerant. Origenes hom. 7. in Exodum: *ex diuinis scripturis apparet, quod in die Dominica, primo in terris datum est manna.* Idem docet S. Ambrosius 1. Cor. 10. S. Augustinus serm. 251. de tempore, & apud eundem in Appendice ad tom. 4. Author quæstionū de Nouo Testamento q. 95. Synodus Cæsariensis,

T

quam

Aucupium
coturnicium
& manna
primo datum.

De feria
dati manna

1. Opinio.

1. Opinio
probabilior

P.
Philippi

Chronologia
Testamenti

A IV

17

quam refert Beda, epistola de celebratione Paschæ. Philo sub finem lib. 3. de vita Moysis, Torniellus anno m. 2544. Cornelius hîc, & Menochius, v. 5. Bonfrerius Exodi 12. & Exodi 16. ver. 22. vbi ait illam diem sextam numerandam a dato manna. Petavius lib. 13. in tabulis. Vincentius lib. 1. hist. cap. 8. Hi auctores adstruunt sextam illam diem, qua Hebræi cibos duplices collegerunt, fuisse ordinem sextam ex quo manna primo datum fuerat. Exodi 16. v. 22. sicut tertia dies post manæ caperunt audiri tonitrua Exodi 19. v. 16. non computatur ab initio hebdomadæ; sed ex quo Deus Moysi dixerat: sanctifica illos hodie & cras. ib. v. 10. Tertia etiam ratione dies septimus, quo Deus Moysen è caligine vocasse dicitur Exodi 24. ver. 16. communi authorum interpretatione, fuit septimus, ex quo Moyses cum Iosue montem tabularum legis accepturus conscenderat. Huic sententiæ Caluistius & Alstedius subscribunt: quam Origenes & alij ex Scripturis adstruunt. Cum enim Deus hîc versu 4. prædixisset se manna daturum, mox subiungit: Die autem sexto (nempe ab accepto manna) parent quod inferant, quod duplum, quam colligere solebant, per singulos dies. Antequam primum a dato manna sabbatum aduenisset, nulla sabbati præcedentis, sed dati manna memoria facta, dicuntur Israëlitarum die sexto cibos duplices collegisse: ex quo apparet, sextum illum diem numeratum fuisse, à primo die, quo manna collectum sunt Hebræi. Ita diuina providentia disponente, vt eadem esset & sexta sabbati, & sexta manna primum collecti. Sic Deus suauiter populum ad sabbati obseruationem inducebat, & vt docet Origenes significabat Dominicam mensuram, qua pluit de cælo manna, prælatam esse sabbato. Cum igitur antiqui Patres Synodus iam citata, hunc locum eo modo exponant, quo similia interpretari solemus, arbitror cum ijs manna primum die Dominico collectum, prælatum cum prioris opinionis argumenta idoneam habeant solutionem, si autem tunc cauus fuit, aut feria 5. exitum de Ægypto.

Ad rationem 1. opinionis.

4. Ad primam igitur rationem dici potest primo, migrationem de Ægypto feria 5. contigisse. Secundo licet Hebræi Nisan iam plenum habeant, non peti Moysis tempore id in vsu fuisse. Sicut Iudæi à pluribus iam annis suum Pascha feria 5. Vesperis non celebrant: quod tamen Hebræi Exodi tempore factum dicunt. S. Hieron. fortè loquitur secundum formam Calendarij suo tempore ad Iudæos vsurpati, aut exitum de Ægypto feria 5. attribuit. Iosephus fauet posteriori sententiæ: nam reuera ex annona de Ægypto sumpta, videri habuerunt Hebræi, vsque ad 30. diem vesperi: si quod supponere videretur Iosephus Nisan erat 29. dierum: quorum quindecim vltimis, & quindecim primis diebus secundi diebus vsque ad vespertam farinam Ægyptiaca victitauerunt.

Ad 2.

5. Authoritati Seder Olam præualet eorum authoritas, qui postulant sententiam. Deinde author istius libri sibi non constat, ac proinde

vni potius sententiæ fauet, quam alteri, vt fatetur Salianus num. 161. Ad do in anno deficiente menſem Adar vno die ſolito breuiorem eſſe: atque ita fieri poſſe, vt dies 23. Adar & prima Niſan ſequentis in eandem feriam incidant: licet ordinariè vltimus menſis 30. dies complectatur, ſi menſis primus ſit tantum 29. dierum.

6. Tertia ratio, quam aliqui non ſatis ab Origene ponderatam autumant, *Ad 3.* parum iuuat aduerſarium. Quod enim Deo auctore fit, licitè fit. Deinde Sali- nus num. 160. fatetur diem 22. primi menſis fuiſſe feriam ſextam, & tamè duo- bus diebus ſequentibus Hebræos mouiſſe per deſertum Sur: atque ita 24. eiuſ- dem menſis tandem veniſſe in Mara. Si igitur licuit Iſraëlitis die 23. Niſan, iter ſuum non obſtante Sabbato proſequi, licuit & decimo quinto menſis Iar, quamuis eſſet ſabbatum, duce columna, venire in Elim. Hinc Abulenſis Exodi 16. q. 13. ad illa verba: & ſabbatizauit populus die ſeptimo, incipientes colere ſabba- tum, inquit, Hebræi etiam, fatente Saliano, primum in Alus ſuos maiores ſab- barum obſeruare cœpiſſe tradunt.

EXODI 16. v. 27.

Veniſſe ſeptima dies. Et ſi hæc verba ad primum à dato manna ſabbatum refer- ri poſſe videantur, ita vt nulli Iſraëlitarum ad manna colligendum eo die è ca- ſtris exiuerint quo Moyses valde manè dixerat: *Comedite illud hodie, quia ſabbatum Domini eſt, non inuenietur hodie in agro:* hic verſ. 25. Probabilius tamen eſſe cenſent Toſtatus in hunc locum & Salianus ann. m. 2344. primo ſabbato poſt datum manna Hebræos non fuiſſe obiurgatos, quod in agrum egreſſi explorarent ve- rum eſſe, quod Moyses de manna non inueniendo prædixerat, ſed monitos duntaxat, vt ſabbato cibis pridie collectis & paratis contenti feriantur. Cum autem alterius hebdomadæ *ſeptima dies veniſſet*, quosdam egreſſos de populo, vt colligerent, non inueniſſe: idcirco grauiter obiurgatos, ſiquidem iam bis ex- perti fuerant, annonam feria 6. ſibi duplicatam fuiſſe, nec computuiſſe, & ſic tandem, ſabbato poſt acceptum manna ſecundo, *ſabbatizauit populum die ſeptimo*, puta in Alus vbi primò ſabbatum obſeruati cœptum cenſent Hebræi in Seder Olam. Vide notas initio ſequentis capitis.

EXODI 16. v. 35.

Filij autem Iſrael comederunt manna quadraginta annis. Cœperunt hoc cibo vi- ſitare anno primo Exodi die 16. menſis ſecundi, vt patet ex hoc capite, quo Hebræos legimus die 15. iſtius menſis in deſertum Sin mouiſſe, vesperti coturni- ces aucupatos, ſequenti die manè per caſtrorum circuitum manna reperiſſe. Deſiit autem manna poſtquam comederunt de frugibus terræ. Iosue 5. v. 12. ſcil. die cir- citer 15. menſis primi, quando frugibus terræ veſci ceperunt, *azymis & polenta eiusdè anni.* lb. v. 11. Nec dubium eſt, quin hoc contigerit anno 41. Exodi, quo in terrâ promiſ-

I 2

P. Philippi
Chronologia
Testamenti

A. IV
17

2. Sabbato
poſt datū
manna.

Iniſium &
ſuis māna
cadentiſ.

promissionis ingressi sunt. Sic ad exactum 40. annorum calculum, desideratur vnus circiter mensis spatium: sed eiusmodi minutias non raro Scriptura permittit.

CAPVT XVII. EXODI v. i.

Mansio 11. 1. **I**gitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin per mansionem suam iuxta sermonem Domini castra metati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum. Notant hoc loco sacri interpretes nonam populi mansionem fuisse in Daphca, decimam in Alus, vndecimam in Raphidim, prout ordine recensetur Num. 33. at vero nonam & decimam libro Exodi suis nominibus expressis non fuisse, sed tantum insinuat as hisce verbis: *per mansiones suas.*

Quaestio Ad octauam mansionem populum 15. die mensis secundi, anno primo Exodi peruenisse constat ex cap. 16. huius libri, v. 1. quando autem ad nonam, decimam, vndecimam aduenerint, in quaestionem vocatur.

Opinio non placet. 2. Salianus censet Hebræos vltima mensis secundi pertigisse in Daphca, ratus eos secundum à dato manna sabbatum in octaua mansione egisse, prima mensis tertij die, in Alus, quarto eiusdem in Raphidim se suaque transfugisse. Quod mihi creditu difficile est. Nam in 12. mansionem, vbi lex data est, peruenisse post 3. diem Siuaa Hebræos initio cap. 19. probabitur. Duas vnum nimum noctes in Raphidim positas, sacra pagina ostendit hoc capite. Cum enim ibi non esset aqua ad bibendum populo, surgatus est contra Moysen. ver. 1. & Moyses post murmur ad Deum recurrit, ac diuino oraculo iubetur assumere secum seniores, & coram eis ac populo virga petram ferire: quod & fecit, quamque elicuit. Venit Amalec & pugnabat contra Israël in Raphidim, vbi dixitque Moyses ad Iosue: elige tibi viros, & egressus pugna contra Amalec, cras ego stabo in vertice collis &c. ver. 9. Pugnante cum Amalecitis locum dicuntur manus Moysis non lassatae, vsque ad occasum Solis. ver. 12. Vnde colligimus toto die pugnatum, cum de bello pridie habita fuisset conclusio. Pugna feliciter peracta, Moyses ibi altare erigendum, & sine diebus sacrificium offerri curat: quod non nisi postridie factum videtur. Venerit igitur in Raphidim populus die prima mensis tertij: die 2. pugnauerit vsque ad occasum, tertia oblato Eucharistico sacrificio, venerit in 12. mansionem, demque die Moyses semel montem ascenderit.

De 9. & 10. mansione. 3. De tempore nonz & decimæ mansionis nihil habeo compertum, quod secundo mense, post diem decimam sextam Hebræi per eas transierint. Nam in octaua, die 16. secundi mensis primum manna decem

ea verò quæ de manna narrantur cap. 16. Exodi, suspicior non omnia in 8. statione; sed nonnulla etiam in nona & decima contigisse, secundo post datum manna sabbato populum iam fuisse in Alus, ubi tradunt Hebræi cœpisse observationem sabbati. Quando autem venerint in Daphca, quamdiu vel ibi, vel in Alus hæserint de finire non possum.

4. Ex eorum sententia, qui feria 6. ex Ægypto exitum, primum manna die Dominico datum, legem sabbato traditam existimant, dicendum videtur cum Tornio & Cornelio tunc mensẽ primũ fuisse cauum, quod etiam Menochio placere videtur, cum ait diẽ 15. mensis secundi fuisse tricesimam ab exitu, Exodi 16. v. 1. tum die 15. Iar mouisse Hebræos ad 8. mansionem, sequenti die manna decidisse, die 22. eiusdem fuisse primum à dato manna sabbatum, quo aduersum est cibum pridie collectum non computruisse, alterum verò sabbatum incidisse in 29. diẽ eiusdem mensis, quo *populus sabbatizasse* dicitur Exodi 16. v. 30. idque in Alus vt Hebræi interpretantur, cum iam per Daphca transitum esset, deinde, vltima Iar, aut prima die Siuan ventum in Raphidim, sequenti pugnatũ, tertia migratum ad 12. mansionem, quarta & quinta die populum se ad legem accipiendam præparasse, sexta promulgatum Decalogum, tertio post datum manna sabbato.

*Tempore
Moysis
primæ
mensis eris
cauus.*

5. Nec est, quod obijciatur moderna Calendarij Hebraici ratio, qua Nisan plenus 30. dierum constituitur; hanc enim rationem Exodi tempore non fuisse seruata fateri coguntur ipsimet Hebræi, dum asserunt die 15. Nisan qua ex Ægypto migrarunt, fuisse feriam sextam, & 6. Siuan incidisse in sabbatum. Tamen iam in suis Calendarijs seruo cauent, ne alterutrum horum contingat.

Fasti Hebraeorum mutati.

6. Si quispiam quærat, cur in eam opinionem sim propensior, quæ Nisan tempore Moysis cauum fuisse arbitratur? Respondebo in primis non deesse auctores bonæ notæ, qui diserte eam tradant, in quibus Tornio ad annum m. 2544. num. 31. Cornelius in Exodum cap. 16. v. 1. Bonfrerius num. 13. v. 27. vbi secundum mensẽ plenum constituit. Idem asserere coguntur, qui diẽ 15. secundi mensis dicunt fuisse tricesimam ab exitu de Ægypto, quod facit Iosephus l. c. Menochius Exodi 16. v. 1. Deinde vel inuiti in hanc sententiam veniunt, qui cum Hebræis & alijs suo loco recēsitis, Exodum ferie 6. & primum manna ferie 1. consignat: quibus adde Vincentium lib. 2. spec. hist. cap. 6. sicut & quotquot primum manna die Dominico datum autumant, & legem sabbato. Qui verò Nisan Exodi tempore tricenum dierum fuisse affirmant, vna Calendarij Hebraici auctoritate nituntur, quæ tamen satis imminuta videtur ex iam dictis num. 5. Ex eo enim quod Hebræi diserte tradant exitum de Ægypto feria 6. & legem datam sabbato, consequens est, diẽ 16. secundi mensis qua primum

Cur Nisan olim cauus

P. Philippi
Chronologia
Testamenti

A IV
17

manna pluit feriam 2. incidisse, si Nisan fuit plenus: si verò cauus; locum habebit communis Catholicorum maximè antiquorum sententia, qua die Dominico adstruunt primum manna apparuisse. Quare eorum opinionem nequam probo, qui vt doctrinam Iudaicam de Nisan pleno tueantur, tres alia Iudaicas traditiones facessere iubent, nempe de feria 6. qua Exodum contigit se, de sabbato quo legem traditam, & feria 2. qua Iudæi primum manna collectum volunt. Ita philosophantur Scaliger, Caluissius, Capellus, Alstedius: non mirum vt Calendarij Gregoriani normam incuruent, qua mensis Paschalis Christianorum (qui Iudaico Nisan pariatur,) initium, intra 29. dierum spatium constringitur, puta ab octaua die Martij, ad quintam Aprilis inclisive.

*Subdola
ratio Iu-
daeorum.*

7. Iudæi in suis Calendarijs ita dies mensis Nisan digerunt, vt reuera unus appareat, vna enim in facie solum 29. dies ordine notant, licet commode 30. signare possent, tum Tekupham adscribunt, quasi mensis esset finitus. Vt so deinde folio, in summa pagella Iar siue mensẽ secundum ponunt, sub quo proximè locant 30. & ad latus primum diem mensis lunaris adnotant: lineam secunda, diem primam subijciunt; sed ad latus disertè monent esse secundam, sub titulo mensis secundi dies triginta collocant: sub Nisan autem, etsi factotidem numeri locum habere possent, nunquam tamen, nisi 29. in primis Rabbini à me cur hoc facerent aliquando interrogati: responderunt id eodem more maiorum fieri: causam verò se ignorare. Dicant itaque Hebraei quicquid velint: scriptis suis mensẽ primum, tertium, & reliquos numeros impares 29. dierum constituunt; fortassis, vt obscurè insinuent antiquitatem le manni formam in vtu fuisse.

8. Addunt aliqui probabilem suspicionem cur mensis primus lunaris cauus potius, quam plenus esse debuerit: quia lunatio vna constat ciuilitèr 29. diebus cum semisse: rationi autem magis consentaneum videtur, vt primo mensi nati 29. duntaxat tribuantur, secundo verò mensi triginta, sicuti licet annus lunaris sex horis dies 365. superet, non tamen anno primo, sed quarto demum sextilem diem assumit.

CAPVT XVIII. EXODI.

Quo tempore Iethro ad Moysen venerit, & quanto manserit.

*Opinio
Lyrani.*

1. **N**icolaus de Lyra in hoc caput fatetur Hebræos in ea sententia esse sentiant Iethro ad Moysen venisse post legem datam sub initium secundi egressions ex Ægypto, ac proinde per anticipationẽ illius aduentus

hoc capite describi: sed opinatur id factum anno primo Exodi, & quidem ante legem datam. 1. Quia Iethro non videtur procul à monte Sinai habitasse, quandoquidem Moyles dicitur gregem Soceri sui minasse in interiora deserti, & venisse ad montem Dei Horeb. Exodi 3. vers. 1. Et ideo, inquit Lyranus, audita magnificentia Moysi generi sui, non est verisimile, quod tardasset per annum venire ad ipsum. 2. Cum Iethro ad veram fidem, quam populus Iudaicus profitebatur conuersus fuerit, ut hic vers. 11. innuitur, decebat, ut anno ferè integro apud Moysen moraretur, quo plenè ritus & cæremonias legis edoceret, nempe, vsque ad initium anni secundi, quando castra è Sinai mouenda erant. 3. Cum suum generum in tanta gloria esse videret, congruum erat, ut honoris gratia, cum eo diutius permaneret.

Prob. 1.

Prob. 2.

2. Hac de re nihilominus dicendum est, primò, quando Iethro ad Moysen accessit populum iam fuisse in 11. mansione ad montem Sinai, iuxta illud Exodi 18. vers. 5. Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & filij eius, & vxor eius, ad Moysen in desertum, vbi erat castra metatus iuxta montem Dei. Ad quem montem castra sua promouerant Israelitæ initio mensis tertij: die autem 6. eiusdem legem acceperant. Vnde sequitur nec primo, nec secundo mense anni primi ab Exodo hunc aduentum signari debere.

Concl. 1.

3. Dicendum secundò, nec ante legem promulgatam id accidisse. Nam aduentanti Iethro, Moyses obuiam iuit, eumque hospitali conuiuio excepit: altera die à mane ad vespèram ius populo dixit. Addit Abulensis diem tertium tribunis & alijs officialibus ordinadis insumpsum fuisse. Quicquid autem sit de hoc tertio die, duo illi priores dies excipiendo Iethro, & causis audiendis impensis in 12. mansione non fuerunt antequam lex daretur. Quamprimum huc fuit peruentum, Moyses confestim in montem ascendit, egitque cum populo de rebus ad legem recipiendam spectantibus, & in diem tertium præparauit, ut dicam cap. seq. Sic nulla pars temporis reliqua fuit qua Iethro exciperetur, & causæ vulgi audirentur, ut latius probant authores iam citandi.

Conclus. 2.

4. Dicendum tertio, Iethro sub finem anni primi Exodi, aut fortè initium secundum ad Moysen aduenisse. Id prolixè probat Abulensis quæst. 2. cui subscribit Cornelius v. 5. Salius ad an. m. 2544. num. 723. Torniellus anno m. 2545. numer. 45. Probant illi tum alijs rationibus, tum ex Deuter. cap. 1. à vers. 6. ad 15. vbi Moyses dicitur magistratus constituisse, sub id tempus, quo è Sina migrandum erat: quod accidit anno secundo Exodi mense secundo, vigesima die. Numer. 10. vers. 11. magistratus autem creati sunt authore Iethro, virgibus senioribus, ut ex hoc capite liquet. Deinde licet Moyses conatus fuerit diutius Socerum in castris retinere Numer. 10. vers. 31. (si idem est Hobab

Conclus. 3.

P. Philippi

Chronologia
Testamenti

A IV

17

Hobab cum Iethro) eum tamen dimisit, qui reuersus abiit in terram suam, vt ad hunc huius capituli refertur. Cum igitur Iethro, animo redeundi suum Generum inuiseret; verosimile non est, integrum fere annum, domo sua neglecta, in castris Hebræorum traxisse moras, quod tamen asserere cogitur Lyranus, dum ait eum ad Moysen adijisse ante legem datam, nec diffitetur, quin adfuerit, quando tribuni & alij in populo magistri sub discessum à Sina constituti sunt.

Confirmatio.

5. Quod non statim ab accepta lege, Sephora cum filijs ad Moysen adducta fuerit, auctores etiam ex eo confirmant; quod Moyses binis aut ternis quodragessimis mox à dato Decalogo sic distentus fuerit, vt nullum interim tempus assignari possit, quo eos hospites, de quibus agimus excipere poterit.

Ad 1. Lyrani.

6. Rationes Lyrani proponit & resoluit Abulensis hic q. 2. & 12. Quod primam attinet, varijs de causis fieri potuit, vt Iethro non citius ad Moysen conferret, siue propius, siue remotius eius domicilium à Sina abesset: quoniam multa de populo Israëlitico inaudisset. Probabile est, eum suam profectioem distulisse, donec sciret quonam loco Hebræi castra metarentur, quoniam et Moysis de vxore & liberis in desertum adducendis voluntas. Si prima die Moyses in Sina aduenerat nuncios ad focerum misisset, & Iethro mox ab eius aduentu se in viam dedisset: non tamen idcirco dici posset, eum ante legem promulgatam in Sina peruenisse. Ibi enim Moyses cum castra metatus esset sine mora conscendit montem, & sequentibus diebus tantum otij non habuit, vt obuiâ focero ante legem latam procederet: quod tamen eum fecerit agimus hic v. 7. Adde Iethro nuncios ad Moysen cum mandatis præmississe, & eum de filiarum & vxoris aduentu certiores facerent, v. 6. Vnde apparet Iethro non instar cursoris, aut tabellarij insperato aduolasse, sed longe tardius gradu, & eo comitatu aduenisse, quo honoratæ familiæ, ad personas non vniuersas deduci solent. Quin & coniectura probabilis æstimari potest, prius eum esse ad Iethro de Hebræis ad montem Sinai commorantibus, & Moysi voluntate quam eò filiam & nepotes adducendos putaret. Sic maiorem Moysi honorem deferebat, quam si præpropere tam cata ipsi pignora diutius per se certa errandi, periculo exposuisset.

Ad 2.

7. Ad 2. Iethro tunc quidem verum Deum, quem colebat Israel, profectus est: sed fortè iam pridem à Moysè veram fidem edoctus. Quod si eo demum tempore fidei lumen accepit; non erat tamen opus vt ad circumcisionem & alios ritus Mosaiicos tanquam profelytus transferebat, præsertim cum in deserto fuerit Hebræorum circumcisio. Deinde pleræque legis cæremoniæ erant sacrificijs & legalibus immunditijs, quas cum Iethro ad suos reuersus oblatas non posset, non erat operæ precium ijs discendis annum consumere. Quæque ad comparandam rerum ad salutem necessariarum notitiam & Moysi

vt decebat honorandum, satis erat si Iethro, vnum alterumue mensum apud eum hospitaretur. Et sic tertium argumentum nihil probat.

C A P V T XIX. EXODI.

Quando populus ad montem Sinai peruenit.

Mense tertio egressi sunt Israel, de terra Aegypti, in die hac venerunt in solitudine montis Sinai, cap. 19. vers. 1. Ita habet editio vulgata consentiente textu Hebraeo, Graeco, Chaldaica paraphrasi. Quanam vero dicatur hac dies, non est vna omnium authorum sententia. Nonnulli aiunt hanc diem dici, qua recesserunt ex Raphidim, vt significetur, non esse magnam distantiam inter Raphidim, & montem Sinai: quam interpretationem sequitur Lipsomanus, Fagius, Bonfretius, Scholia Varabli, & late propugnat Salius illo anno 1544. numer. 367. Cum enim, inquit, dixisset Moyses, in hac die venerunt in solitudinem Sinai, & videret se obscurus locum, quod relatiuum sine antecedente posuisset, explicandi gratia integram posuit sententiam. Nam profecti de Raphidim, & peruenientes in desertum Sinai castra metati sunt, in eodem loco. Quod confirmari ait per particulam causalem, nam, quam habet vulgata editio, Tigurina & paraphrasis Chaldaica. Iuxta hac interpretationem, quam non improbabilem reor, scriptura verbis iam relatis, diem qua Hebraei ad montem Sinai accesserunt, non refert ad mensum tertium sed tantum indicat eadem die, qua ex Raphidim discesserant, in desertum Sinai peruenisse: eam autem fuisse quartam mensis tertij arbitratur Salius, & penultimam secundij mensis fuisse sabbatum, nec licuisse tunc iter facere, ac proinde populum vltima die mensis secundij, ex 8. mansione, venisse ad nonam: prima mensis secundij de Daphea ad locum decimae stationis Alus dictum, die 2. de Alus in Raphidim, vadecimam mansiorem, eodem die sub vesperam, aquas de petra, murmurantibus dadas, Amalecitas extrema agminis Hebraeorum carpsisse, proximam nocte de bello deliberatum, postridie, qui fuerit tertius mensis tertij pugnatum cum Amalecitis vsque ad Solis occasum, in idem & erectum altare, fortasse etiam sacrificatum, ac die tandem quarta Israelitas in Sina peruenisse, ita vt Moyses praecesserit matut. eo que peruenit hora tertia ante meridiem, mox ascenderit ad montem, inde ad populum qui iam aduenerat Dei mandata retulisse circa meridiem, re cum maioribus eomunicata circa horam 2. pomeridianam iterum subiisse montem, circa quintam ad populum rediisse, & praeparationem in tertiam diem indixisse, quae futura erat sexta Siuan, qua legem populus accepit.

Quaestio
status.
1. Opinio.

2. At vero Rupertus & Abulensis in hunc locum & Beluacensis lib. 2. hist. e. 8. putant hanc diem, primam mensis appellari, q. d. mense tertio, prima die mensis venerunt filij Israel in solitudinem Sinai. Fauet Bellarminus lib. 3. de cultu Sanctorum cap. 13. hanc diem idem esse ratus, quod initium mensis. Sed hi auctores

2. Opinio

V

thores

P.
Philippi
Chronologia
Testamentum

A IV
17

thores nullam afferunt suæ interpretationis rationem: multo verò minus afferre possunt, cur dicant, hanc diem esse, qua tertius mensis completus est.

3. *Opinio.* alij denique arbitrantur *hanc diem*, esse tertiam mensis, in hunc sensum, mense tertio *in hac die*, id est, tertia. Textus orationis insinuare videtur, ut licet mensis erat numero tertius, ita & dies mensis ordine tertia. Hanc interpretationem sequuntur Hugo de S. Victore, Ribera lib. 5. de templo, cap. 7. Securus lib. 1. in Iosue q. 7. & seq. Bellarminus lib. 3. de Sanctis c. 13. Sa, Cornelius, Menichius hic. Lorinus Num. 10. v. 11. Torniellus an. m. 2544. n. 36. & probabile censet Bonfrerius, & verò ita sentiendum, si sextus dies ponatur datæ legis. Quæ sententia mihi cæteris præponenda videtur, siquidem legē non tertio, sed sexta die mensis tertij datam paulo post probabimus. Sententia verò Saliani & circo minus arridet, quod plura in vnam diem congerat, quam quæ tam brevissimo spatio commode gesta videantur. Moyses enim durante cum Amalecitis pugna vsq; ad occasum solis in oratione perstitit, ut patet Exodi 17. v. 12. Deinde Raphidim erectum altare, & sine dubio sacrificatum: quomodo ergo Moyses postridie cõstitutus, tribus ferè horis ante meridiem venit ad montem Sinai, & modo bis eodem die, interposito cum Israelitis colloquio montem ascendit, descendit: Deinde minus adlubescit, quod Moyses dicatur prius montem ascendisse, quàm populus de Raphidim ad Sina pervenisset, cum sacer textus aduertentiam Hebræorũ ascensui Moysis præponat, nec vlla ratio huc histerologia in dicitur.

4. *Conclusio.* Venit igitur populus tertia die mensis Sivan ad montem Sinai, cuius vidisset nubem iam aliquantisper constitisse, tabernacula erexit, Moyses in montem petiit, indeq; acceptis à Deo mādatis eodem die, diuinum decernit ad seniores, tum ad populũ refert ut indicatur v. 8. Postridie montem repositum consensus populi Deo profitetur, moxque reuersus iussa Dei populo intempe cumque lauisent vestimenta, ait ad eos: *esote parati in diem tertiam.* &c. v. 13. quis cum Cornelio dicere malit Moysen 4. die Sivan bis montem conscendisse. Quod autem aliqui de die sabbati obijciunt, explicatum est, cap. 16. v. 1. nuntius Bene autem Torniellus an. m. 2544. num. 37. Cornelius hic & alij momentaneos Hebræos in Sina hæsisse annum integrum exceptis 13. circiter diebus. Huc eos venerunt die 3. mensis tertij, & hinc castra mouerunt anno sequenti die mensis secundi. Num. 10. v. 11. Sic omnia, quæ ab initio cap. 19. vsque ad finem Exodi, toto Leuitico, & Numerorum libro vsque ad cap. 10. v. 11. describuntur, gesta sunt in hac mansione 12. ad montem Sinai.

EXODI 19. v. 3.

Ad non factum. Moyses autem ascendit ad Deum. Aduertentiam Moysen bis montem conscendisse, antequam populo indiceret præparationem in 3. diem, quo legem erat accipiturus. *Prima vice* iussus est quaerere consensus populi, an Deo vellet obedire.

Si audierit vocem meam. &: Hæc sunt verba, qua loqueris ad filios Israel. v. 6. Quo mandato accepto descendit ad castra, & convocatus maioribus natu populi, exposuit omnes sermones, quos mandauerat Dominus: responditque omnis populus simul: cuncta que locutus est Dominus faciemus. v. 7. & 8. Vnde colligit Salianus Moysen prius cum senioribus consultasse, quam res populo proponeretur, & consensus peteretur. Altera vice Moyses ascendit, & nuntiavit verba populi ad Dominum. v. 9. Qui dixit ei: vade ad populum, & sanctifica illum hodie & cras. &c. v. 10. Hinc colligo secundum ascensum fuisse quarta die mensis Sivan, quæ erat prima sanctificationis populi. De die prioris ascensus nonnullum est inter auctores dissidium. Quidam enim, vt Tostatus & Salianus, volunt Moysen ea die, qua ex Raphidim ad Sinæ castra mouit vtraque vice montem conscendisse. Alij vt Cornelius vtrumque ascensum signant postredie aduentus in Sinai. Alij denique, vt Tornielus num. 36. putant eo die, quo populus ad montem Sinai venerat, Moysen vna; sequenti die, alterâ vice in montem se contulisse. Prima opinio multa in vnum diem congerit, aduentum è Raphidim, castrorum metationem papilionumue erectionem, ascensum priorem Moysis, eius descensum, seniorum consilium, congregationem populi, alterum Moysis ascensum, colloquium cum Deo, descensum, contocationem plebis, indictionem sanctificationis, lotionem vestimentorum. Adde fortè altaris erectionem & sacrificium in Raphidim antequam inde mane migraretur, cum pridie vsque ad solis occasum, prælium cum Amalecitis durasset, Quare huic opinioni secundam, secundæ tertiam anteponendam puto.

De 1. vice
varia opi-
niones.

EXODI 19. v. 16.

Quando lex data Hebræis.

Item aduenerat tertius dies & mane inclauerat &c. Hic dies non erat tertius mensis tertij, neq; tertius in hebdomada; sed tertius ab eo die, quo Deus Moysi dixerat: v. 10. vade ad populum & sanctifica illos hodie (nempè 4. die mensis Sivan) & cras lauentque vestimenta sua & sint parati in diem tertium, qui erat futurus sextus mensis tertij vt mox patebit. Certum autem est, ac omnium assensu firmatum à Paschate ad Pentecosten, qua lex Hebræis data est, numerari 50. dies; sed controuersia olim fuit, vtrum ab ipso die, quo Agnus immolabatur, an verò à prima, vel secunda, vel tertia die Azymorum inclusiue exordium horum 50. dierum sumendum sit.

Lex lata
die 50. à
paschata.
Quidam
2. de ini-
tio horum
50. dierum
à 15. Nij
san.

2. S. Augustinus tomo 2. epistola 119. cap. 16. Numera, inquit, à 14. primi mensis die, quo factum est Pascha, vsque ad diem tertium tertij mensis, & inuenies decem & septem dies primi mensis; triginta secundi, san. tres tertij, qui fiunt 50. Et libro secundo de Trinit. cap. 15. ait ab occisione agni

V 2

agni

P.
Philippi
Chronologia
Testamenti
A IV
17

agni & celebratione Paschæ, vsque ad legem datam, esse 50. dies, sicut à Resurrectione Domini ad aduentum Spiritus S. Quod reperit tomo quart. quaest. 70. in Exodum, his verbis: Ex die ergo, quo Pascha fecerunt, id est, agnum immolarunt & ederunt, qui fuit quartusdecimus primi mensis, vsque ad istum, quo lex datur, dies 50. numerantur, decem & septem scilicet primi mensis, reliqui autem qui ab ipso quartodecimo, deinde omnes 30. secundi mensis, qui sunt 47. tertius tertij mensis, qui est à solemnitate occisi agni quinquagesimus. Idem fusius explicatur apud eundem S. Augustinum in appendice tomi 4. quaest. 95. ex Nouo testamento, vbi Hebræis data lex dicitur, feria quarta, die tertij mensis tertij, probaturque ex eo, quod manna datum sit die Dominica, decima sexta mensis secundi, qui ibidem 30. dierum fuisse scribitur. Vnde auctor ibi deducit diem 3. tertij mensis incidisse in feriam 4. qua etiam feria, ait factam Pascha in Ægypto die 14. primi mensis, cui pariter dat 30. dies. Tertio, inquit, die post secundum mensem data est lex: sunt ergo menses duo & dies tres. Retrahe ergo de his 13. dies, qui ante Pascha fuerunt & reliqui erunt 50. Et infra addit populum feria 5. de Ægypto profectum. Abulensis Exodum quaestione prima & decima, & Glossa ordinaria ibid. disertè asserunt Moysen rael prima die mensis tertij, venisse in desertum Sinai, & tertia eiusdem legis accepisse.

*Lex data
die 6.
Sinai.*

3. Communis autem & vera sententia est Pentecosten Iudæorum, atque ad diem datæ legis fuisse sextam mensis tertij, Siuan appellati, nec non quinquagesimam ab altera die Azymorum, qua fiebat eleuatio manipuli inclusiue. docet Tostatus Leuit. 23. post q. 12. Hugo de S. Victore annot. in Leuiticum. 12. Caietanus Exodi 19. Cornelius & Menochius Leuit. 23. v. 15. Ribera lib. 5. de Templo. Petauus an. m. 3183. Sanctius Act. 2. Spondanus cum Baronio ad Chr. 34. Salianus an. m. 2544. nu. 166. & 320. Barradius lib. 4. Itin. c. 2. Suanus 3. p. tomo 2. disp. 46. sect. 1. Tornielus an. m. 2544. numer. 39. & seq. qui citat Rabbi Salomon, Calendarium Hebraicum, Aben Esra apud Abulensem, & Petrus Caluissus an. m. 2453. Patet hæc veritas, tum aliunde, tum verò maxime c. 23. Leuitici, iuxta cuius tenorem Hebræi agnum Paschalem immolabant vespere, qua claudebatur dies 24. mensis Nisan, & instabat 15. eiusdem, quæ dicebatur prima dies & solemnitas azymorum ibi. v. 6. Die sequenti erat eleuatio manipuli & ab hac inclusiue numerabantur 7. hebdomadæ 49. diebus continuè præhense, quibus euolutis celebrabatur festum hebdomadarum siue Pentecostes, ac proinde inter primam azymorum & festum Pentecostes exclusiue vtriusque terminis dies 49. intercedebant, quorum prima erat 16. Nisan, vltima 10; quinta Siuan, sexta denique solemnitas Pentecostes, eademque quinquagesima ab eleuatione manipuli inclusiue. Quæ vt clarius pateant, duo quædam neminem maxime faciunt, notanda sunt.

demessis vefci, eodemque die spicarum manipulum offerri, subiungit: elapsis Paschali sacrificio, septem septimanis, hoc est, 49. diebus, die 50. quam à numero Asartha Hebræi vocant offerri panem. Ita versio Gelenij. Verum aliæ translationes & fons Græcus habent: *septima hebdomade transacta post illud sacrificium*, quod scilicet 2. die azymorum offerebatur. Atque ita Iosephus communi quædam sententiæ non aduertatur: sed neque exprimit, vtrum inclusivè, à die 2. azymorum septem hebdomadas auspiceretur.

*Lex data
die Pentecostes.*

7. Datam porro die Pentecostes legem plerique omnes diserte tradunt cum S. Hieronymo, mansione 12. Beda, Ruperto, Rabano, Lyrano, & aliis quos laudat & sequitur Barradius lib. 4. itinerarij cap. 2. Serarius Iosue 4. q. 1. Imò in legis datæ memoriâ festum Pentecostes institutum fuisse affirmant Rabini, Moses Aegyptius, Eliezer, Isaac Benharama apud Serarium, patres Christianos omnes inquit Lorinus Leuit. 23. vers. 16. Vide Interpretes Actuum Leuit. l. c.

8. Obijcient forte aliqui eorum auctoritatem, qui afferunt die 50. epiphonias Israël ex Aegypto legem in vertice montis Sinai datam: ita enim loquitur, S. Hieronymus illa epist. 127. mansione 12. S. Leo serm. 1. de Pentecostes. Chrysostomus hom. 2. S. Cyprianus serm. de Spiritu S. Isidorus de off. Eccl. cap. 32. & alij. Verum Suarius & Barradius bene respondent, hæc SS. Patrum ratio cina exclusivè esse intelligenda. Quod tamen de S. Augustino, Tollerant Glossa ordinaria dici non debet: Hi enim apertè includunt 15. Nisan, & legem datam aiunt, die 3. mensis tertij contra communem sententiâ: cui etiam nituntur illi, qui legem die 7. Siuan traditam arbitrantur; sed frustra, ut dicitur Leuit. 23. v. 15.

*Feria 6.
aut 7.*

9. At quæ feriam lex data? Ex dictis supra, hæc quæstiuncula facile resolvitur: qui enim Exodum signant feriam 5. legem feriam 6. latam asserere coguntur, qui cum alijs Hebræos, feriam 6. educunt; sabbato eis legem dare malunt. Ratio utriusque opinionis est, quia 2. dies azymorum & dies datæ legis siue Pentecostes in eandem feriam semper incurrunt, siue Nisan plenus sit, siue cæterum.

*5. aut 6.
Iunij.*

10. Quo mense Romano? quoto die? sicut diversæ sunt de anno & exitus opiniones; ita & mense ac die legis latæ. Petavius lib. 13. ad ap. m. 3. 8. legem datam asserit feriam 6. die 23. Maij: sic enim legendum (non 18.) auctoritas indicat, dum Neomeniam, Siuan tribuit 15. Maij feriam 1. Ergo sexta. Si fuit 23. eiusdem, subaudi; si anno ante æram Christi 1531. datus est Decalogus Cyclo Solis 19. lit. Dom. E. Ego vero duas supputationes probabiles auctoritatibus quarum prior Exodum refert ad feriam 5. altera ad 6. iuxta priorem legem Hebræis data videtur feriam 6. die 5. Iunij Iuliani: iuxta posteriorem sabbato, die 5. Iunij, anno ante vulgarem Christi æram 1497. Cyclo Lunæ 6. Solis 25. lit. D.

E.D. Sum ad posteriorem pronior, quæ est Hebræorum, & bene ad eorum normam quadrat, qui datum manna putant die Dominica, si tunc Nisan 29, dierum fuit.

CAPVT XIX. EXODI v.18.

EO quod descendisset, Dominus super eum! Dominus dicitur bis super monte ipso die Pentecostes descendisse. i. v. isto 18. deinde v.20. prima vice erat supra montem in igne ita eleuatus, vt monti emeretur, postea verò aliquantisper cum Moyse locutus, vt dicitur v.19. magis descendit, ita vt montis verticem attingeret in eoque residens ad se Moysen accerferet.

*Moyse ter
die data
Legis moisi
pesijs.*

CAPVT XIX. v.20.

Vocauit Moysen in cacumen eius. Moyses illo die, quo data est lex, ter ad montis Sinai verticem ascendit. *Primò* enim ante promulgatum Decalogum ascendisse dicitur hoc v.20. quando dixit ei Deus: *Descende & contestare populo, ne forte velit transcendere terminos, &c. v.21. Secundo* mox à Decalogi promulgatione, quando populo terrore percusso & à longe stante, Moyses ascendit ad caliginem in qua erat Deus. cap. 20. v.21. Tunc retulit petitionem populi rogantis: *non loquatur nobis Dominus &c. ibi v.19.* Deus verò indulget, quod petebatur. Deut. 5. ver. 28. remittitque Moysen, vt Hebræis procul in valle stantibus ac timore percussis responsam referat & dicat: *reuertimini in tentoria vestra.* ibid. ver. 30. cum expedito mandato ad montem reuertatur: *tu verò, sta hic mecum.* v.31. nempe populo domum redire iusso. Quod cum fecisset Moyses tertio in montis vertice Deo se sedit, eaque accepit, quæ Exodi cap. 21. 22. 23. traduntur, ac redire postea ad montem iubetur cum Aarone filijs eius & 70. Senioribus. Exodi 24. v. 1. redire autem debebat non eodem die, sed sequenti, quod & fecit, quando cum istis socijs montem aliqua ex parte repetijt, vt infra dicam.

CAPVT XXI. EXODI v.2.

Si emeris seruum Hebræam sex annis seruet tibi: in septimo egredietur liber gratis. Hi sex anni non erant computandi ab emptione mancipij, sed ab initio semitæ, siue annalis Hebdomadz, ita vt septimus annus sit idem cum sabbatico: quo ineunte omnes & singuli emptitij Hebræi, eodem tempore manumittebantur, siue ante sex, siue ante pauciores annos aliquis eorum emptus fuisset. Ita in hunc locum Lyranus, Cornelius, Menochius, Abulensis q. 6. Salianus an. m. 234. num. 688. & alij vnanimi consensu. Eodem modo intelligitur annus septimus Deut. 15. v. 12. vbi rursus hoc præceptum inculcatur. Idem fiebat ineunte Iubilæo, vt patet Leuit. 25.

*Quis hie
si annus 7.*

* * *

CAPVT

P.
Philippi

Chronologia
in Testamento

A. IV

17

CAPVT XXIII. EXODI v.16.

Caput an-
ni profani
in autūno
sacri in
vers.

Solemmitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro
Hæc de festo Tabernaculorum intelligenda esse, certum est, in quo festum
Paschate & Pentecoste iubebatur quotannis omne masculinum apparere
coram Domino v.17. Ex eo vero, quod in exitu anni hoc festum celebrandum
dicatur, colligimus Moyses tempore in autumno fuisse finem & principium
ni, nempe vsualis & contractuum: quod etiamnum seruant Hebræi, quibus
Calendaria quotannis à mense Tisri auspicantur, nec tamen vllō modo negant
quin Nisan sit anni principium. Ante diluuium crediderim duplex etiam
principium fuisse, ciuile & contractuum in autumno; vitæ Adami, & aliorum
Patriarcharum prout eos liber Genesis computat, in vere. Vnum enim in
alteri non obstare suadet ratio & praxis non solum Hebræorum, sed & Chri-
stianorum, qui aliunde Christi, aliunde Pontificum, Regum, Beneficiorum
Ecclesiasticorum annos computare solent. Certum autem Moysen, hic eni-
ter de anno populari intelligendum: quia festum Tabernaculorum celebra-
tur non præcisè cum annus finiretur; sed die 15. Tisri, qui mensis computa-
ne ciuili erat primus; absolute autem in Scriptura dicitur mensis septimus.

Quomodo ordine temporis digerenda sint acta diei legis date.

Acta Moy-
sis die 6.
Sinan.

I. Sexta die Siuan manè inclaruerat, & ecce cœperunt audiri tonitru-
micare fulmina, & nubes densissima operire montem, clangorque buccina-
hementius perstrepebat, & timuit populus, qui erat in castris. Cumque
cessisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad
montis. Exodi 19. v.16. Qui ardebat vsque ad cœlum, erantque in eo tenebre & caligo.
Deut. 4. v.12. Torus autem mons Sinai fumabat, eo quod descendisset
Dominus super eum in igne (nempe in aëre monti imminente) & ascendisset
fumus ex eo, quasi de fornace, eratque omnis mons terribilis. Et sonitus
na paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur. Moyses cōscendit
montis parte loquebatur, & Deus respondebat ei, Exodi 19. v.19. de medio ignis
4. v.12. qui altior erat montis cacumine. Quid autem Deus aut Moyses lo-
quutus Scriptura non exprimit: populum verò audiuisse vocem Dei, legem
Deut. 1. c. Tum paulatim ex aëre eminentiore, Descendit Dominus super
Sinai, atque in ipso vertice montis quasi residens, vocauit Moysen (in cliuo con-
tem) in cacumen eius. Quo cum ascendisset dixit ad eum: Descende & contestare
(ad radicem montis congregatam) ne fortè velit transcendere terminos ad
Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoque (qui more
ante legem datam officio Sacerdotijungebantur) qui accedunt ad Dominum

Respondeatur, ne percutiat eos. Dixitque Moyses ad Dominum: non poterit vulgus ascendere ad montem Sinai: tu enim testificatus es & insisti, dicens: pone terminos circa montem & sanctifica illum. Hoc Dei mandatum sciebat Moyses se iam populo edixisse, & sic putabat non esse opus eiusdem altera inculcatione. Deus autem non acceptata Moysis exclamatione ait: Vade descende, ascendeque tu & Aaron tecum: Sacerdotes autem & populus ne transeant terminos, nec accedant ad Dominum, ne forte interficiat illos: Descenditque Moyses ad populum & omnia narrauit eis. Exodi 19. v. 24.

2. Assumpto deinde secum Aarone, vt præceperat Deus redit Moyses ad diuum montis, ibi inter Deum & populum, Decalogum auditorus: tum tonitus buccinæ in vocem articulatam efformatus recitat audientibus, Moyses, Aarone totoque populo Decalogum. Hoc recitato cunctus populus videbat voces & lampadas, (id est, perciebat tonitrua & fulgura) & sonitum buccinae montemque fumigantem, & perterriti ac pauore concussi steterunt procul dicentes Moysi: loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Exodi 20. v. 19. & clarius Deut. 5. à v. 23. Quos paucis consolatus Moyses, accessit ad caliginem in qua cras Deum. v. 21. populo à longe stante. Vbi cum causam populi egisset, Deus non modo petitioni annuit, sed etiam laudauit: Bene inquit, omnia sunt locuti. Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea, in omni tempore, vt bene sit eis, & filijs eorum in sempiternum. Deut. 5. ver. 29. Imò hac occasione promisit Messiam. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum &c. Deuter. 18. v. 18. Cumque adiecisset Deus nonnulla, de vitandis Idolis & erigendo sibi altari impolito, Exodi 20. v. 22. & adhuc Hebræi extra castra congregati responsum præstolarentur remittit ad eos Moysen: Vade, inquit, & dic eis: reuertimini in tentoria vestra. Tu verò sta mecum &c. Deut. 5. v. 31. subaudi, vbi populum ad sua tabernacula remiseris, auditorus mandata mea & ceremonias, ibid. Paret diuino imperio Moyses, & populo domum remisso ad Deum rursus ascendit, eaque accipit, quæ Exodi 21. 22. 23. traduntur, cum mandato postea redeundi comitante Aarone, Nadab & Abiu & 70. Senioribus cap. 24. v. 1. Tandem ad populum descendit, eodemque die cum illa omnia, quæ tribus dictis capitibus continerentur retulisset: respondit omnis populus vna voce: omnia verba Domini, quæ locutus est, facimus, cap. 24. v. 3. Eodem vespere, vel potius proxima nocte Moyses in volumen refert, vniuersos sermones Domini, vers. 4. qui nimirum habentur Exodi 20. & tribus sequ. capitibus.

3. Die 7. Sinan Moyses mane consurgens adificauit altare. Exodi 24. v. 4. cære-
raque gessit, quæ ad fœdus faciendum ex parte populi requirebantur, vt latè
habetur, illo ca. 24. v. 4. & sequ. Hisce autem ritè expeditis ad montem redit cū
Aaron, Nadab, Abiu, & septuaginta de senioribus Israël, qui eminus Deum vi-
derunt

X

derunt

P.
PhilippiChronologia
in Testamento

A. IV

17

derunt & adorauerunt: *Moyſes autem aſcendit ad Dominum. ver. 2. 3. 9.* Quid tu egerit Moyſes, ſilet quidem Scriptura: ſed facile coniectura aſſequimur, tunc Deo narraſſe conſenſum & fœdus, quo populus ſe ad ſeruandam Dei legem obſtrinxerat. Tunc etiam Deus in mandatis dedit Moyſi, vt ad montem acciperet, tabulas legis accepturus: *aſcende ad me in montem, & eſto ibi, daboq; tibi tabulas lapideas, & legem ac mandata. v. 12.* Hac die confirmatam legem notat Saliuſ ann. m. 2544. num. 400. Serarius Iofue 4. qu. 10. Torneillus anno C. num. 400. Etſi vero eodem die ſub vesp̄eram Moyſes tabulas accepturus montem ad Iofue aſcendere potuerit: probabile tamẽ eſt, id nõ niſi ſequenti die eum feciſſe.

CAPVT XXIV. EXODI v. 7.

*Idem ſæpe
promiſerunt
Hebraei,*

Omnia qua locutus eſt Dominus faciemus. Similibus verbis ſæpius Iſraeliſum conſenſum de ijs, quæ ad legem ſpectabant, idque diuerſis temporibus expreſſerunt. Primo, quarta die Siuan interrogati à Moyſe, an parere & pactum eius cuſtodire vellent, *reſpondit omniſ populus ſimul: cuncti locutus eſt Dominus faciemus. Exodi 19. v. 8.* Secundo, die ſexta menſis eiufdem, do exterriti petierunt, vt Moyſes eſſet Dei ad populum interpres, Tribuſ principibus & maioribus natu Moyſi dicentibus: *Audi cuncta qua dixerit Dominus noſter tibi, loquerisq; ad nos, & nos audientes faciamus ea. Deut. 5. v. 27.* Tertio eodem cum Moyſes ea retuliſſet, quæ poſtea Exodi 21. 22. 23. conſcripſit, *reſpondit populus vna voce: omnia verba Domini, qua locutus eſt, faciemus. Exodi 24. v. 7.* Quarto ſimili verborum formula vſi ſunt, cum volumen fœderis, die ſexta eiufdem menſis audiente populo legiſſet Moyſes: *omnia qua locutus eſt Dominus faciemus & erimus obedientes. ib. v. 7.* Quod ipſum aduertit Saliuſ num. 407.

XXIV. EXODI v. 13.

1. Explicatio

1. Surrexerunt Moyſes & Iofue miniſter eius. Hæc ad diem octauam referat putat Torneillus ann. m. 2544. num. 46. & Saliuſ num. 401. quando Moyſes cum Iofue, vt antea mandauerat Deus, (Aarone & Hur ad populi regimẽ licitis) vt tabulas legis acciperet, in montẽ cõſcendit. Vbi cũ ſex diebus expreſſet, ſeptimo die vocauit eũ Deus, de medio caliginis. ib. v. 16. Iofue in loco infecto licito. Septimus autem iſte dies cõputandus eſt, nõ ab initio hebdomadae eſſet ſabbatum: ſed ex quo Moyſes cum Iofue montem aſcenderat, eratque ſexta quarta menſis tertij vt volunt auctores iam nominati. Ex eo autem conſiſtunt Moyſen octaua die aſcendiſſe, quod tota die ſeptima ſacrificijs, cõmatione fœderis & aſcenſu in montem cum ſenioribus ſic impeditus fuiſſet, non niſi die ſequenti ad montem ſeſe referre potuerit.

2. Explicatio

2. At verò Cornelius in cap. 34. Exodi v. 28. Toſtatus cap. 24. q. 1. com.

Esra & alij asserunt postridie legis datæ, Moysen cū Iosue pro tabulis montem cōscendisse, ita nimirum, vt peractis sacrificijs & ceteronijis, quæ cap. 24. Exodi referantur, Moyses, Aaron cū filijs, ac seniores clui partē conscenderint, vbi Deū seniores adorarint, mandatū de tabulis in summo mōte accipiendis Deus Moyli dederit qui mox Deo morē gerēs, seniores ad castra remiserit, Aaronē & Hur caulis cognoscēdis præfecerit, assumptōq; secū Iosue *ascēderit in montē Dei*, pura in altiora montis Sinai, ibi ad diē vsq; septimā moratus, donec iussu Dei ad mōtis cacumē progredereetur, vt authores iam nominati hūc locū cū Hugone interpretātur. Quæ interpretatio mihi probabilis videtur, & ad coniecturā prioris opinionis respōderi posse, eā quidem sua probabilitate nō carere, certū tamen non esse, nec Moysen tot negotijs septima die distentum fuisse, quin eodem die ad montem regredi potuerit. Omnes enim fateantur eum cum senioribus aliquam ascensus partem superasse. Vnde eum ad castra reuersum nonnulli opinantur; alij negant & asserunt Moysen tam facile ascendere potuisse, ad eum locum in quo vsque ad diem septimum moratus est, quā ad castra descendere. Imō non apparet causa cur ad locum castrorum rediret. Iam enim partem montis superauerat, quando ei dictum fuit: *ascende ad me in montem & esto ibi*. v. 12. q. d. descendant seniores excepto Iosue, quem tecum assume, & altiore partem montis pete, estoque ibi quoad tabulas tradidero. Vide notas ad cap. 2. v. 15. à num. 2.

XXIV. EXODI v. 18.

Ingressus Moyses in medium nebulae ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Quærent hic authores, vtrum 40. isti dies computandi sint, ex quo Moyses cum Iosue montem ascendit, an verò à die septimo ascensus, quo Moyses vocatus à Deo in nebulam ingressus est. Deinde an etiam Iosue 40. dies in monte egerit?

1. *Opinio.* Tostatus Exodi 24. q. 19. videtur in eam opinionem propendere, quæ tenet Moysen sex illis diebus, quibus in monte fuit, antequam in nubē vocaretur manna comedisse, & aquam è riuis deorsum fluentibus bibisse: postea verò in medio nebulae 40. dies sine cibo & potu transegisse. Ad huius rei probationē adducit verba Moysis, Deut. 9. *perseueravi cum Domino 40. diebus & 40. noctibus.* Sic enim textum allegat, & colligit 40. istos dies, quibus Moyses se nec panē edisse, nec aquā bibisse asserit, ab eo die numerandos, quo Deus de medio caliginis eum ad se venire iussit. *Nam tunc,* inquit, *cæpit esse cum Domino, antea autē nō steterat cū eo.* Huic opinioni subscribit Tornielus num. 47. vbi à die 14. mēsis tertij ab Exodo, ait cœptam primam quadragesimam, quam ieiunus in mōte Moyses traduxit. Quo etiam Bonfretius magis propendet, ac prima fronte fauere videtur versiculus 18. iam allegatus vulgatæ editioni.

X 2

2. At

P. Philippi

Chronologia
Testamenti

A. IV

17

2. *Opinio
verior.*

2. At verò communior & verior sententia est, totum tempus, quo Moyses tabulas legis accepturus in monte fuit, nō esse sine ratione producendum ultra dies 40. nec ullam rationem suppetere, quæ produci debere persuadeat. Textus enim Hebræus hic v. 18. cum repræsentalset septimo die vocatum Moysen de medio caliginis, visam supra montis verticem, speciem Dei gloriæ, ac Moysen in medium nebula venisse, subdit: *Et ascendit in montem, & fuit Moyses in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Græcus consentit: *ἔτι ἦν ἐκεῖ ἐν τῇ ὄψει, καὶ ἦν ἐκεῖ ἐν τῇ ὄψει, καὶ ἦν ἐκεῖ ἐν τῇ ὄψει, καὶ ἦν ἐκεῖ ἐν τῇ ὄψει.* Quare, quod vulgatus habet, & fuit ibi id quod proximè antecedit referri debet, nempe ad montem: atque ita in ultimo versiculo cap. 24. Exodi, aliqua recapitulatio necessario agnoscenda. Siquidem Moyses prius dicitur in caliginem ingressus, quam dicatur ascendit in montem, cum tamen prius hoc factum fuerit, quam illud. Cum igitur Scriptura primam Moysis quadagesimam, ad moram in monte, absolute ferat, non est, quod ad mansionem in caligine restringatur, ne violenta sit huius loci interpretatio, quo proximè ante numerum 40. dierum, Moyses montem ascendisse dicitur, & in eo 40. dies mansisse *ἀμωρος* adiungitur: ideo factum est, totum tempus mansionis in monte fuisse 40. dierum, & sex illos per res dies fuisse huius quadagesimæ partem: illis enim reuera Moyses iam e in monte, quamvis necdum vocatus in caliginem. In hac sententia sunt Hebræi qui in suo Chronico Seder Olam cap. 6. & Calendarijs, die 27. quarti mensis tradunt Moysen exactis in monte 40. diebus, descendisse, & tabulas fregisse: idcirco eam diem esuriam esse volūt. Genebr. an. m. 2669. idque ex doctissimo Rabbi Abraham in Caballa hist. Cornelius, & Menochius in hunc locum Salianus an. m. 2544. num. 422. Fauet Iosephus 3. Anriq. 4. dum ait Moysen, tabulas legis acciperet à populo 40. diebus abfuisse: abfuit enim Moyses à populo cum Iosue in montem ascensu, vsque ad fractas in suo reditu tabulas legis. Testatur etiā q. 21. sub finē disertè fatetur rationabilius esse, sex dies, quibus Moyses extra caliginem substitit computari in numero horum 40. dierum, ita ut die, quo Moyses recessit à castris ascendens in montem, vsque ad diem, quo ad castra postquam abfuit tabulas reuersus est, transferunt 40. dies & 40. noctes solum. Hæc ille, probabiliter que hanc rationem affert, quia cum Moyses Deuter. 9. vellet ostendere duritiam Hebræorum ceruicem, & suos pro eis labores recēseret, ait se pro primis tabulis, 40. dies, & 40. noctes in monte perseverasse: si autem 46. dies in monte fuisset, decebat integrum eorum numerum Hebræis obijcere, vt suam ipsorum duritiam clarius intelligerent, & promptius ab ea desisterent. Quam rationem ponderans Salianus, ex eo confirmat, quod sex dies non sint exigua pars quadagesimi numeri, sed septima circiter, ac proinde ait eos minimè negligenter fuisse à Moysē, si antequam in caliginem vocaretur, illos in monte translegisse.

3. Ratione in contrarium à Tostato, illa q. 19. proposita soluit ipse ad cal-
 cem q. 21. dum dicitur non dici in scriptura Moysem coram Domino, sed in monte
 perseverasse 40. diebus & 40. noctibus. At enim Deuter. 9. vers. 9. perseveravi in
 monte quadraginta diebus & noctibus, panem non comedens, & aquam non
 bibens. Ita habent Latina, Hebræa, Græca. Et v. 10. Cumque transissent 40. dies &
 totidem noctes, Aedit mihi Dominus duas tabulas lapideas fœderis, dixitque mihi: surge &
 descende hinc citò. Illud vero, coram Domino, ibi non legitur, sed infra vers. 18. quo
 agitur de secunda quadagesima, quando Moyse: proci di ante Dominum, inquit,
 sicut prius, ut habet Latinus & Hebræus: Græcus verò precatus sum coram Domino,
 sive ante Dominum.

Ad Ras. 1.
Opinionis.

5. Ex hac porro sententia dicendum est Moysem primis sex illis diebus, qui-
 bus in monte extra nebulam expectavit, antequam propius ad Deum accedere
 iuberetur, ieiunium fuisse, ut notat ipse Tostatus illa q. 19. quia constat eum ip-
 sos 40. dies antequam primas tabulas acciperet cibo & potu abstinuisse Deut.
 9. vers. 9. Prima igitur Moyse quadagesima, à die 7. vel octava mensis tertij i-
 nitium duxit: de fine agam infra cap. 32. v. 30. num. 15.

Conclusio.

6. Quid verò de Iosue censendum sit, quam diu in monte hæserit? Abu-
 lensis quæst. 20. arbitratur eum toto illo 40. dierum spatio in monte mansisse, &
 constanter reditum Moyse fuisse præstolatum. Idem sentit Cornelius Exodi
 24. v. 18. qui ait Iosue totos illos 40. dies, in illo loco suo mansisse, unde ad cacu-
 men vocatus Moyse ab eo discesserat, & ut par est credere, contemplationi
 vacasse. Idem putat Abulensis q. 1. Salianus verò numer. 423. non solum asserit
 Iosue toto eo tempore in monte moratum, sed etiam credibile putat in nubem
 cum Moyse ingressum ibique rerum diuinarum contemplationi & precationi
 sese dedisse. Vtrum autem Iosue omnes illos dies ieiunus transegerit, an verò
 manna victitavit, incertum est: solum ex scripturæ testimonio habemus eum
 cum Moyse montem conscendisse. Exodi 24. vers. 13. Surrexerunt Moyse & Iosue:
 minister eius: ascendensque Moyse in montem: Dei senioribus ait: expellite hic (in castris)
 donec revertamur ad vos, ego nimirum & Iosue. Quod præter authores relatos
 advertit Torniellus numer. 46. Eundem Iosue etiam in reditu, Moyse comi-
 tem fuisse palam est Exodi 32. v. 17. vbi cum Moyse ad castra reuerente & priores
 tabulas portante Iosue loquens introducitur, & ex amborum colloquio apparet
 eum ignorasse, quid circa vitulū in castris gereretur: quia scilicet, ex quo monte
 cum Moyse conscenderat, nusquam fuerat digressus, nec ad castra reuersus.

An Iosue
40. diebus
in monte
fuerit.

De Chronotaxi quarundam rerum ad tempus data legis pertinen-
 tium, de qua Tostatus Exodi 24. q. 1.

Quidam
negant hic
servari or-
dinem tem-
poris.

7. Fuit quorundam opinio, ea quæ c. 21. 22. 23. 24. comprehensa sunt, ante fi-
 nem c. 19. ordine temporum poni debere, ac deinceps cap. 20. de legis la-
 uione

X 3

uione

P.
Philippi
Chronologia
Testamenti
A IV
17

tione in voce tubæ subijciendum. Nam primos dies mensis tertij sic rebus gestis distribuiebant. *Prima die*, siue tertia mensis tertij volebant Israelitas venire ad montem Sinai, eoque die Moysen in montem ascendisse, ac ea præcepta & remonialia & iudicialia à Deo accepisse, quæ versu 22. capitis 20. vsque ad nem cap. 23. Exodi continentur. *Quarta die* Moysen ea populo proposuisse, ab eo consensum obtinuisse. *Quinta*, ædificatum fuisse altare, immolatas victimas, librum & populum sanguine aspersum, legem confirmatam, prout legimus cap. 24. à versu 4. *Eadem die* expletis cæremonijs Moysen cum Aaron, Nadab, Abiu, & 70. senioribus ad certam vsque montis partem conscendisse, *Sex die*, post tonitrua & fulmina datum Decalogum, siue 10. præcepta eap. viginti comprehensa.

Conclusio affirmat.

2. Verù facile est ex dictis ista declarare ac refutare. Nã illo versu 22. cap. 20. hæc habentur: *Dixit præterea Dominus ad Moysen: vos audistis, quod de celo locutus sim vobis. &c. vti que quãdo dabat Decalogum: manẽ autẽ inceperant tonitrua. Ergo, quæ ad finem cap. vigesimi attextuntur, non sunt gesta ante Decalogi promulgationem: deinde non nisi post legem datam populus & seniores terre percussis rogantur ne Deus ipsis loqueretur, sed Moysen interprete vti dicitur, Exodi 20. vers. 19. & clarius Deut. 5. vers. 23. Quod cum Moyses ad id minimum retulisset consensit Deus, ac tum primum dixit Moysi: *vade dic eis: timini ad tentoria vestra: (cum nimirum post proclamatum Decalogum populus adhuc starent exterriti) tu verò sta hic mecum, & loquar tibi omnia mandata mandata cæremonia & iudicia, quæ docebis eos Deut. 5. v. 30. 31. Ergo quando Moyses mandata & cæremonia à Domino accepit, iam datus erat Decalogus, & dato, Hebræi vocem Dei formidantes, Moysen sibi diuinorum præceptorum interpretem fieri petierunt. Præcepta enim illa, quæ Deus se Moysi tradidit ait illo v. 31. descripta sunt cap. 21. 22. 23. Exodi. Hæc igitur, ad 1. aut 2. aut tertium diem mensis Siuan referri non possunt. Siquidem illis diebus Dei vox necdum audierant.**

Coroll. 1.

3. Hinc sequitur 1. præcepta illa cæremonialia & iudicialia quarto die mensis tertij populo non fuisse recitata: quia tunc ea necdum acceperat Moyses. Fuit quidem illo 4. die Moyses in monte, sed alia madata à Deo accepta, quorum de præparando ad legem recipiendam populo, & terminis circa montem vulgo coërcendo, ne propius accederet designandis. *Vade ad populum & difica illos hodie & cras, & lauent vestimenta sua. Exodi 19. v. 10. constitueteque tentoria vestra circum montem. Exodi 17. v. 17.*

Coroll. 2.

4. Sequitur 2. Non fuisse altare ædificatum die 5. neque librum aut populum sanguine aspersum, neque legem, neque iudicialia aut cæremonialia præcepta confirmata: quia tunc liber necdum erat conscriptus, neque res cap. 21. 22.

contentas acceperat Moyses. Addit Abulensis Hebræos die 4. & 5. non fuisse mundos: quarto enim die iussi fuerant, se in diem perendinum præparare: mundos autem eos esse oportuit, quando cæremoniarum istarum, de quibus Exodi 24. v. 4. & seq. peragebantur: maxime verò, cum in populum sanguis spargebatur. v. 8.

6. Sequitur 3. Moysen illo die 5. cum Aaron, Nadab, Abiu & 70. senioribus montis cliuam non ascendisse; quia cæremoniarum illarum, quibus peractis aduersarij hunc ascensum fuisse fatentur, necdum factæ fuerant.

7. Addit Tostatus Decalogum idcirco prius dari debuisse, quam præcepta iudicialia & cæremonialia cap. 21. 22. 23. comprehensa, quod hæc Decalogum determinent. Deinde quod ipsa præcepta à Decalogo fortiantur auctoritatem. Sed possent aduersarij excipere Deum quidem in hisce rebus, vel tradendis vel confirmandis tenere potuisse eum ordinem, quo determinabile determinationem, origo authoritatis ipsam auctoritatem præcederet: ei tamen placuisse, ut iudicia & cæremonias reciperet populus, atque ad eorum obseruationem sese adstringeret, priusquam ipse Decalogum pronunciatet sicut prius cæremonias & iudicia tradidit, quam tabulas, quæ quasi summam & epitomen omnium mandatorum continebant. Quare ad conuincendos erroris aduersarios, recurendum puto ad rationes ab ipsa sacra pagina desumptas vt iam feci num. 2. & supra cap. 19. v. 20. num. 2. & seqq.

8. Fuit etiam Aben Ezra & aliorum opinio, qui fatebantur Decalogum prius datum, quam præcepta cæremonialia & iudicialia, die sexta si uan proponerentur, Moysen die 7. sacrificasse, & legem sanguinis asperione confirmasse. Addebant autem duo. 1. Die 7. Moysen cum Iosue montem petiisse, vt tabulas à Deo referret. 2. Aaronem cum Nadab, & Abiu ac 70. senioribus, prius in montem se contulisse, quam Decalogus audiretur. Quia putant non posse idoneam dari causam, cur isti montis cliuam conscenderent post Decalogi proclamationem: ante verò, causam reddunt, vt nimirum eorum auctoritas stabiliretur, dum populus in Decalogi pronunciatione, se in infima statione, illos superiori loco constitutos videret. Vnde concludebant, ea quæ cap. 24. Exodi de Aaronis, filiorum eius, & seniorum ascensu referuntur, ibi per recapitulationem esse inserta, ordine autem temporis spectato ad caput 19. pertinere.

9. Abulensis in omnibus huic opinioni assentitur, excepto eo, quod velit Aaronem & socios non ante Decalogi promulgationem ipso die datæ legis montem conscendisse, sed die sequenti, cum per sacrificia & legis asperionem, lex à populo acceptata & fœdus confirmatum fuisset, ac denique Moyses in montem, vt tabulas legis acciperet, reuerteretur. Tunc Aaron, filios eius, & seniores iustam habuisse montem conscendendi causam, vt nimirum Moyses aliquo-

Coroll. 3.

Ratio Abulensis inefficax.

Opinio quorundam.

Opinio Abulensis.

P. Philippi

Chronologia
Testamenti

A IV

17

aliquouſque comitarentur, & honorarent. Quo officij genere expleto, autem in caſtra reuertiffe, Iofue autem alius, Moysen uſque ad montis cacumen perrexiſſe.

1. *Concluſ.* 10. Ego uerò exiſtimo primo iuxta ſuperius annotata, Aaronem, Nadab & Abiu, ſeniores, prout illo cap. 24. legimus, Moysen comitatos fuiſſe, non autem legem datam, nec die legis datam, ſed ſequenti cæremonijs ad fœdus confirmatum abſolutis, prout etiam fatetur Abuleniſis, ac proinde hunc aſcenſum Aaronis & ſociorum ibi abſque recapitulatione, ſuo loco & tempore conſignari.

2. *Concluſ.* 11. Exiſtimo ſecundo, cauſam cur tunc Moyses aſcenderet, quando iſti comitabantur, non fuiſſe eam, quam Abuleniſis aſſertit, aut ſaltem eam non fuiſſe illam; ſed ut ipſe Moyses & comites eius, coram Deo profiterentur, pactum uinum populi conſenſu, ſacrificijs, ſanguinis aſperſione iam eſſe confirmatum. Hoc enim iure merito Deus ad ſe referre uoluerit, antequam tabulas fœderis daturum reciperet.

3. *Concluſ.* 12. Exiſtimo tertio, cauſam cur iſti Moysen ad cliuum montis comitabantur, non fuiſſe eam, quæ pro Aben Eſra iam allata eſt, numer. 8. quia quædam iſti in montem nitentur, datus erat Decalogus; ſed, ut Moysen ſi placere honorarent, ac Deum aliquo modo uiderent, quod factum legitur cap. 24. v. 10. nec non, ut eminus teſtarentur confirmatum eſſe fœdus, ut Moysen ſuum legatum, & ad diuinam maiestatem Iſraëliitarum interpretum mox relaturam ſignificarent.

4. *Concluſ.* 13. Exiſtimo quarto probabile eſſe, Moysen non tunc, quando iſti ſeruiſſe comitabantur; ſed poſtea eum Iofue acceptum tabulas aſcendiſſe. Si uero ordine temporis ſeruato, Moyses, poſt ſacrificia, & fœderis confirmatum cæremonias in montem cum Aarone & ſocijs contendiffe narratur, hic uerſ. 12. ſine ulla hiſterologia, poſt iſtum aſcenſum, poſt Deum à Moysis comitatum, Deus Moysi præcepiſſe dicitur: *aſcende ad me in montem, & eſto ibi, dabo tibi tabulas.* v. 12. Quo mandato accepto Moyses uideretur ad caſtra reuertitur poſuiſſe ſe ad tabulas recipiendas, Iofue ſocium aſſumpſiſſe, Aarone & Heli puli curam commendaſſe, &c. ut uerſ. 13. & ſeqq. conſignatum habemus. In nego uerbum illud, *dixit* quandoque idem ualere, quod *dixerat*, ſed negotiationem efficacem à Toſtato, aut alijs afferri, quæ ſuadeat hoc v. 12. eſſe recapitulationem ullam, ob quam *dixit* pro *dixerat* accipiatur. Recapitulationem ſeruiſſe, ſine idonea cauſa aſſerendam non eſſe omnes docent, ac in primo

Abuleniſis ipſe tum alibi, tum Exodi 31. q. 13. contra opinionem Rabbi Salomonis de tempore conſtructionis tabernaculi, &c.

CAPVT XXV. EXODI v.l.

Locutus est Dominus ad Moysen, dicens, &c. Quæstio est, utrum Moysi hæc man-

Quæstio.

lauerit Deus, antequam priores legis tabulas ipsi traderet.
1. Lyranus sub finem cap. 31. refert & merito improbat Rabbi Salomonis opinionem, afferentis diuinum mandatum, de parandis rebus ad extruendum tabernaculum requisitis, non fuisse Moysi datum, quando cum Iosue ad accipiendas prima vice tabulas montem conscenderat; sed tunc solum sabbati obseruationem traditam fuisse vt scriptum est Exodi 31 à v. 12. Quæ verò ab initio huius 25. capituli, vsque ad illum vers. 12. traduntur, per prolepsin narrari putat, & iuxta ordinem temporis post caput 32. signari debere. Aiebat enim hic Rabinus, Moysen prima sui ieiunij quadragesima, solum de sabbato custodiendo mandatum accepisse: ea vero quæ ad tabernaculum & eius supellectilem spectant, postea à Deo declarata fuisse, quando Moyses post tabulas fractas, veniam populo in idololatriam lapsò impetrauerat. Tum demum remissa adorati vituli culpa, in signum reconciliationis ea mandata Moysi data opinatur, quæ ab initio huius capituli 25. & deinceps vsque ad v. 12. c. 31. referuntur. Rationem suæ opinionis non affert Rabinus ille, nisi quod Scriptura non semper ordinem temporis obseruet.

1. opinio improbat.

2. Hanc opinionem temere excogitaram ac falsam esse docet cum Lyranus Abulensis, Exodi 31. q. vltima. Nam licet sacri codices, in rebus narrandis, non eundem ordinem vbiq; seruent, quo gestæ sunt; semper tamen ordo temporis seruari censetur, nisi sufficiens appareat indicium, quo aliter factum intelligamus, ita vt qui steritalicubi temporis ordinem in Scriptura mutari; id probare debeat. Alias enim mutabitur *tota consuetudo sacra Scriptura in ordine*, inquit Tostatus, & quilibet pro arbitrio rerum gestarum seriem, quam sacra monumenta exhibent, aspernari audebit. Hic autem nulla causa occurrit, cur dici possit, ea temporis spatio distracta fuisse, quæ Moyses continuata narratione sub fine cap. 24. & initium cap. 25. eodem filo pertexuit.

Contra Rabbi Salomonem.

3. Addit Abulensis magis videri ea quæ ad tabernaculum spectant, Moysen didicisse antequam vitulus conflaretur: quam postea, idq; insinuante scriptura. Nam ante fustum vitulum, Moyses solum asserit, se 40. dies in monte fuisse. Deut. 9. v. 9. at post crimen adorati vituli ait: *iacui coram Domino 40. diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleret vos ib. v. 25.* Quibus ex locis colligit idem auctor, Moysen priori vice potius rebus Sanctuarij cognoscendis vacasse, quam posteriori, quando se orationibus occupatum fuisse affirmat.

4. Quicquid sit de hac ratione, omnino censendum est Moysen Exodi 24. & sequentibus capitibus temporis ordinem seruasse, ac proinde eum antequam

Ordo temporis hic seruatus.

Y

cum

P. Philippi

Chronologia
Testamenti

A IV

17

cum prioribus tabulis è monte descenderet, ea omnia accepisse, quæ ab initio cap. 25. vsque ad finem cap. 31. descripta sunt. Quod præter alios Torneilius & Salius in harum rerum enarratione prudenter seruant. Deum autem cap. 31. idcirco sabbati obseruationem inculcasse, ne in construendo Tabernaculo Israelitæ putarent licere sibi operibus feruilibus intendere notat Abulensis in illud cap. 31. q. 9. & Salius ad an. m. 2544. num. 579. Qui bene addunt non videri omnia, quæ à cap. 25. vsque ad 35. inclusiuè consignantur fuisse à Deo continenti oratione dicta, sed potius vicibus interpolatis, ita vt Moyses orationes & contemplationes interponere posset. Bene etiam cum Lyrano plerique animaduertunt præcepta de fabricatione Tabernaculi, data quidem Moysi fuisse ante vituli adorationem: sed inhibitam operis executionem, donec Moyses Deo placato posteriores tabulas retulisset.

CAPVT XXXII. EXODI. v. 4.

*Tabula R.
Salome-
nia.*

1. **F**ormauit opere fusorio & fecit ex eis (inausibus) vitulum conflatilem. Rabbinus acta in monte prima quadagesima in castra cum prioribus tabulis rediret, iecta hac fabula: Moysen cum ad montem esset iturus, prædixisse se die reuerturum circa horam 6. siue meridiem, populum errore computi delictum; existimasse cum diem esse quadagesimum, qui reuera non nisi tertius nonus erat, quo die cum non compareret Moyses, Saranam aëcentem Solis occasum turbasse & feretti speciem obtulisse, addita voce, qua Moysi obijisse dicebatur. Eo specto motos Israelitas, & ab Aegyptijs qui sese in castris Hebræis adiunxerant incitatos idolum sibi fieri postulasse, Hur obmotum peremisse, & Aaronem vi ad constandum vitulum adegisse: sequenti die Moysen idololatriæ insipientibus ad castra reuertisse. Hoc commentum referunt ac refutant Lyranus & Cornelius in hoc cap. Abulensis q. 2. Salomoni num. 579. Nam in primis vix est credibile Hebræos more adeo impatienti præstolari voluerint. 2. Si Moysen mortuum putauerant, cur Aaroni dixerunt se ignorare quid ei accidisset? hic v. 1. Adhuc non est credendum Aaronem tam facile tanto flagitio consensisse, vt nec dimidiati quidem diei mortuum à populo extorqueret. Quarto, post meridiem tantum temporis spatium non fuit, quantum ad hoc facinus requirebatur. Vituli enim petitione præcessit populi congregatio. vers. 1. Subsecuta est actio cum Aaronem sine dubio hoc crimen auersabatur, & quantum poterat tergiuersabatur, cum extorsio ornamentorum à feminis & pueris, qui in aures suas con-

Refutatur

rebant, idque totis castris, quæ armatorum 600. millia, præter imbellem tur-
bam longo circuitu continebant, formæ futuri vituli ex argilla, aut simili ma-
teria compositio, tum denique liquefactio metalli, & vituli constructio. Ali-
quid etiam temporis adijciendum erat, ut idolum frigeret, poliretur, po-
pulo spectandum exhiberetur & diceretur: *hi sunt Dij tui Israel. Quod cum*
vidisset Aaron edificavit altare coram eo, & præconis voce clamavit, dicens: cras so-
lemnitas Domini est. Addunt nonnulli Iudæi cum ipso Rabbi Salomone, suos
maiores ad hoc scelus inductos ab Aegyptijs, qui castra Israelis & religio-
nem veri Dei haereticus secuti fuerant, Hur huic crimini restitisse, ac idcirco à
populo sputis in eius guttur certatim ingectis suffocatum, antequam Aaron
timore adactus facinus permitteret. Aliquam etiam temporis particulam
Rabius ille Dæmoni concedet aërem turbanti & inanem feretri speciem
ostentanti. Quod cum sub Solis occasum contigisse dicat, satis innuit figmen-
tum esse, siquidem tam cito ea expediti non poterant, quæ sacra pagina, ge-
sta refert, antequam voce præconis solemnitas in crastinum promulgare-
tur.

2. Dicendum igitur est Hebræos existimasse Moysen breviori tempore
puta 10. 12. quindecimumve diebus adfuturum, Cum autem dies 20. 30. aut
plures effluxissent, nec vllum de Moysen nuncium acciperent, illius absentiam
sua opinione longe diuturniorem primum admirati videntur, tum eum for-
tè è viuis sublaturum rati, eo tandem vesaniæ lapsi sunt, ut dicerent Aaroni: *Sur-*
ge, fac Deos, qui nos precedant; Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Aegypti,
ignoramus quid acciderit. Ita Abulensis, q. 2. & 15. Salius num. 586. Vnde val-
de probabile videtur Aaron aliquot diebus tergiversatum, ac varios tentasse
modos, quibus infansientis populi lapsum præcæneret, aut saltem aliquan-
tisper, donec forte Moyses rediret, moraretur. Hinc Abulensis q. 14. Aaro-
nem idcirco solemnitate sacrificiorum & festum noui idoli in crastinum dis-
tulisse arguit, ut si interim Moyses reuenteretur opus hoc nefarium distur-
baret. Eandem ob causam Aaron, non æs, non argentum, neque quodlibet
aurum, sed in aures aureas in Idoli materiam petijt, ut res aut impediretur,
aut differretur, ut notant huius loci interpretes, Lyranus, Cornelius, Caieta-
nus, Lipomanus, S. Augustinus q. 141. in Exodum. Theodoretus q. 66. Salius
num. 592.

3. Quantum verò temporis huic negotio insumptum fuerit, cer-
to assignari non potest. Salius in tabella mensis Tamuz ad diem sep-
timum quarti mensis, quæ erat ab ascensu Moysis trigesima, ait: *Hoc cir-*
citer tempore videns populus longam Moysi in monte moram, Aaronem adit petens
sibi fieri DEOS itineris duces. Aaron autem cunctatur, ad aliquot dies suadens
aliquan-

P.
PhilippiChronologia
in Testamenti

A. IV

17

aliquanto amplius reditum expectari. Die decima quarta mensis scribit Hebraei moræ impatientes, seditione concitata aduersus Aaronem congregatos extorsisse vituli fabricandi licentiam, Aaronem petiisse in aures aureas. Die 11. populum eas contulisse, constandi vituli materiam. Die seq. Aurifices manum operæ admouisse, fornacem paratam, typum ex argillosa terra formatum, Die 14. typum exsiccatum, die 15. aurum liquefactum & typo infusum, die 16. retergerato metallo, vitulum arte perpolitum, & dictum: *Hi sunt Dij tui Israel*, & celebratum altare, ac præconis voce indictum festum in diem sequentem. Die celebratam peractam in honorem vituli, id Dominum reuelasse Moysi, & minis de delendo duræ ceruicis populo Moysen Deum placasse, mox cum illius descendisse, viso vitulo, & ludentium choris tabulas confregisse, vitulum contriuisse ac Leuitarum opera ad 23000. Idololatrarum occidisse.

EXODI 32, v. 15.

*Tabula
deserunt
aut dum
vitulus
adoratur.*

Reuersus est Moyses de monte portans duas tabulas testimonij. Constat hoc contigisse cum Moyses 40. diebus in monte ieiunasset, Deut. 9. v. 9. Tunc etiam sollemnitas Idoli celebrasse Scriptura aperte indicat, dum ait, Moyses ad castra propius accedentem vidisse vitulum & choros, hic v. 19. Unde beatus colligit Abulensis, initio q. 17. celebratam istam aut plures dies tenuisse, Moysen illo ipso die, quo primum Israelitæ victimas offerrebant Idolo, & hoc posterius magis probat, ita vt Moyses rediens Idololatras in flagrantissimo cinore deprehenderet, eo die de quo v. 6. *surgentesque mane obtulerunt holocausta & hostias pacificas, & sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Idem testatur Lyranus docuerat, vt notat Abulensis, quos sequitur Cornelius huc Menochius v. 6. Torniellus num. 49. Salius num. 591. & alij communiter. Hoc enim insinuare videtur sacræ historiæ contextus, & ratio non patitur absque sufficienti argumento plures dies sacrilego istius vituli festo datum firmemus. Finiuerit igitur primam suam quadragesimam Moyses, & ad castra redierit illo ipso die, quo primum populus vitulæ sacrificia obtulit.

Quæstio.

2. Quæres, quo mense, quoto die mensis inierit, quo finita fuerit hæc quadragesima? Torniellus quattodecima mensis tertij ceptam fuisse autumat, autem 25. mensis quarti illucescente Moysen ad castra rediisse. Sic teianus Seruus Dei 16. diebus mensis tertij, & 24. mensis quarti, die vero 41. sui ieiunium cum tabulis de monte descendisset. Putat enim hic author tempore Moysi primum & tertium mensum fuisse 29. dierum.

Opinio.

3. Cornelius in cap. 32. Exodi v. 19. ait Moysen statim à legis promulgatione, quæ fuit die sexta Siuan contēdisse in montem, ibiq; moratum 40. diebus de eum ad castra descendisse colligit, tabulasq; confregisse die 17. mensis quartij, quæ idcirco Iudaico populo esurialis est, quod tunc tabulæ confra-

dantur. *Numerus*, inquit Cornelius, 40. dies à sexta mensis tertij pervenies ad 16. mensis quarti: postero autem die, puta decima septima descendit Moyses, cumq; confregit tabulas. Censet autem cum Torniello menssem tertium illis temporibus cauum fuisse, ut notat ipse Exodi 16. v. 1. Clarius autem hanc rem explicat Exodi 34. v. 28. ubi dixerit asserit Moysen primò ascendisse in montem die 7. mensis tertij, mansisse cum Deo in monte 40. dies, mox descendisse cum tabulis legis, quas à Deo acceperat, easq; viso vitulo confregisse 17. die mensis quarti. Igitur ex huius authoris sententia, si è 29. diebus mensis tertij demantur sex illi, qui prius effluerant, quam Moyses in montis iugum conscendisset; remanebunt 23. quibus additi 17. mensis quarti conficiunt 40. & Moyses die 40. sui in montem ascensus ad castra reuersus est.

4. Salius in tabulis mensum an. m. 2544. & alibi vult Moysen octava mensis tertij (quem tricenarium dierum facit) ascendisse, & 17. mensis quarti descendisse. Sic prima Moysis quadragesima, dies 23. tertij mensis, & 17. quarti complexa fuerit, & Moyses, fluente adhuc quadragesimo sui ascensus die, ad populum rediens tabulas confregerit.

5. Ego vero Tornielli rationes in eo non probo, quod huius quadragena-rij ieiunij primordia ad 14. diem mensis tertij differenda putet, ut dixi ad cap. 24. Exodi, v. 18. num. 2. Nec admittò eum computum, qui die sexta Siuan Moysen tabulas acceptum iuisse voluerit, ut monui Exod. 19. v. 20. Moyses enim mane surgens edificavit altare &c. Exodi 24. v. 4. quod ad diem data legis refertur non potest. Illo enim mane, quo ea fecit quæ cap. 24. v. 6. & seq. narrantur, non modo Decalogus iam erat promulgatus, sed præcepta etiam ceremonialia & judicialia populo tradita, & in volumen relata, ut patet illo cap. 24. Exodi. V- traque verò opinio, Cornelij inquam & Salius, æquali ferè probabilitate mihi nixa videtur, ita ut prima & ultima dies huius quadragesima, numero illo 40. dierum, quibus Moyses in monte fuisse dicitur debeant comprehendi. Qui vero Moysen octava die Siuan in montem promouerit, eumque menssem cauum tunc fuisse putauerit, is Moysen non ante diem 18. Tamuz reducere poterit, quæ tamen etiam decima septima dici poterit, nempe iuxta formam modernæ Calendarij Hebræorum ad ea tempora reuocatam.

XXXII. EXODI. v. 30.

Facto autem altero die. Hebraicè vaiehi mimmachorath, quam phrasin re-
tinent septuaginta. & *lybero* *μλ* *της* *απειρας*, vel ut aliqui habent *τραβιον*,
quod bene noster translulit, facto die altero. Cum enim Moyses è monte re-
uertus, tabulis fractis, vitulo in pulnerem redacto, grauem illam Idololatrarum
stragem edidisset, mox die sequenti populum redarguit, pro eo tamen se Deo

Y 3

sup

P.
Philippi

Chronologia
Testamenti

A. IV
17

De Ratio-
nibus Tor-
nielli.

Conclusio

Moyses ab-
zero die suis
rediens po-
pulum red-
darguit

Quæstio de
reditu
Moyses in
montem
1. opinio.
2. & con-
clusio.

supplicaturum promittit, vt patet ex hoc loco, & tradunt vnanimi confens
interpretes Lyranus, Cornelius Abulensis sub finem q. 37. & initiū q. 38. Tor-
niellus n. 50. Salianus nu. 625. Sed contendunt auctores inter se, vtrum eodem
die Moyses ad Deum ascenderit pro peccato Hebræorum supplicaturus.

2. Abulensis illa q. 38. aliquot dies intercessisse autumat, quibus opinio
præter alia gesta, erectum fuisse extra castra tabernaculum, de quo cap. 33.
versu 7.

3. Communior autem sententia est, Moysen postridie sui reditus, quo
se Deo supplicem futurum receperat, montem repetisse, vt tradit Vincen-
lib. 2. hist. cap. 25. Salianus, & ij, qui ternas quadragesimas in monte Sinai
xisse putant: quibus de die reditus Moyses in montem suffragatur Tor-
niellus, vbi cum retulisset Moysen promississe montem ad veniam postulandam
tuturum, subiungit: *Hic dictus reuersus ad Dominum orabat &c.* sed negat Mo-
tunc 40. diebus in monte hæsisse, ratus illum vltimo die mensis quarti secun-
in Sina quadragesimam inchoasse. Communi etiam sententiæ subscribit Co-
nelius hic v. 30. & 31. & cap. 34. v. 28. vbi notat Moysen contriuisse vitulum
17. mensis quarti postera, scilicet 18. die rursus ascendisse ad Deum in Sina
rursus mansisse alios 40. dies: quibus, inquit, *euolutus accepit à Deo secundas legi-
bulas, cum ijsque cornutus descendit ad populum, 28. die mensis quinti.* Verum de re-
re, quo acceptis secundis tabulis ad castra redierit, paulo post agemus; id
loco duntaxat annoto; Abulensem videri sine sufficienti causa communi
tentiam aspernari, vt patebit illo cap. 33. v. 7. Deinde bene aduertit Sali-
textu Hebræo, Chaldæa paraphrasi, & translatione 70. seniorum legi: *et
ascendam ad Dominum, nec esse, quod eam particulam, nunc, à natua & pro-
significatione hoc loco excludamus: præsertim cum necdum sciretur, an
esset placatus, ac proinde iure merito timeri posset ne inopinata aliqua
in populum immitteretur, vt factum legimus Num. 16. Quæ causa Moysen
pellebat, vt ascensum ad Deum maturaret, ne esset in mora periculum.*

Vtrum Moyses ternas quadragesimas in monte Sinai transegerit.

1. opinio de
duabus
sanctum
quadrage-
simis.

1. Hanc quæstionem hic moueo, vt ijs quæ sequentibus capitibus occurrunt
lux aliqua præferatur. Duas solum quadragesimas in monte Sinai Moysen
se tradit Torniellus an. m. 2544. num. 54. & probat 1. Quia duarum duntaxat
meminit scriptura: prioris in fine cap. 24. Exodi, posterioris Deut. 9. v. 18.
10. v. 10. Addere tertiam quadragesimam, ait, sine dubio nimis periculose
videri: alias enim posset quispiam asserere Moysen sæpius quam ter in monte
40. dies ieiunasse, siquidem eo sæpius ascendit. Quæ autem haberetur
10. v. 10. per recapitulationem ad secundam quadragesimam referenda

mar. 2. Quia à fine prioris quadragesimæ, vsque ad initium postremæ non reperiuntur 40. dies, sed solum 39. aut circiter. Fractæ sunt enim tabulæ, absoluta prima quadragesima die 24. mensis quarti: postrema vero quadragesima cœpit die vltimo mensis quinti.

2. Tostatus in caput 33. Exodi q. 3. hanc controuersiam ex professo examinat, & ait alias se eam tenuisse sententiam, quæ ternas Moyfi quadragesimas assignat. *Et est, inquit, factis solida & apparens ex textu aliquo. Sed adhuc conuenienter dici potest, quod intra istos 40. dies (de quibus Deut. 9. v. 18. fuerint data tabula, & sic fuerint solum 40. dies his; scilicet 40. pro primis tabulis, & 40. rogando pro peccato populi, & recipiendo secundas tabulas. Quod autem habetur initio cap. 10. Deuteronomij: dola tibi duas tabulas, ait dictum fuisse intra 40. illos dies, quibus Moyfes pro peccato populi supplicauit.*

Doctrina Abulensis

3. Addit contra Iudæos 1. Non reperiri ter 40. dies à die legis datæ vsq; ad decimam mensis septimi. 2. Eos phantasiari, dum putant Moysem rediisse, cum secundis tabulis ad diem expiationis. *Nam hoc nullo, inquit modo constare potest.* 3. Errare Iudæos, quod putent Moysem fecisse solemnitatem die expiationis, quando vltimo de monte descendit. 4. Moysem cum prima vice tabulas retulisset aliquot diebus distentum fuisse, tum rebus alijs gerendis, tum erigendo extra castra Tabernaculo, de quo infra cap. 33. v. 7.

4. Appendices eiusdem.

4. Cornelius Cornelij Exodi 32. v. 30. cap. 33. v. 4. & 7. cap. 34. v. 28. partim Torniello, partim Tostato assentitur. Torniello quidem in eo, quod Moyfes post die de destructi vituli, mox rursus montem ascenderit, ad Deum placandū, contra Tostatū, qui dies aliquot à vitulo comminuto vsq; ad reditū Moyfis in montē interponit. Tostato verò Cornelius in eo suffragatur, quod Moyfes, pro abolendo populi crimine 40. dies, aut saltem 39. in monte permanserit, contra opinionem Tornielli, arbitrans paucioribus diebus Moysem pro populi reatu deprecatum ad castra rediisse. Deinde Torniellus & Cornelius absolute non nisi duplicem in monte Sinai quadragesimam Moyfi concedunt: quibus fauere videtur Genebrardus an. m. 2669. Menochius Exodi 34. v. 28. dum illum versiculum de 2. Moyfis quadragesima interpretatur, & Mariana Deuter. 9. Duas tantum Mosaicas quadragesimas disertè agnoscit Bonfrerius illo cap. 8. v. 28. Haræus Deuter. 9. Tostatus verò fatetur eorum sententiam, qui tertiam quadragesimam addunt *esset factis solidam.*

Doctrina Cornelii de duabus quadragesimis.

5. Ternas autem quadragesimas Moyfi in Sina tribuunt Hebræi in Seder Olam: quibus adhæret Hugo in cap. 23. Leuitici, Vincentius 2. hist. cap. 25. Lyranus Deuter. 9. quamuis priorem opinionem putet probabilem, Caietanus Deut. 10. Salianus nu. 627. qui in hanc sententiã laudat Adrichomium & Margillam; quam probabilem fatentur Carthusianus & Sa. Exodi 34. & Deut. 9. Comestor Exodi 77.

2. opinio de 3. quadragesimis.

6. Ceterum

P. Philippi

Chronologia Testamenti

A. IV

179

6. Certum est in primis scripturam sapius inculcare mansionem 40. dierum Mosaicam in monte Sinai. 1. Ascendit in montem & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Exodi 24. v. 18. Deinde cap 34. v. 8. Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes, panem non comedit, & aquam non bibit. Præterea, Deut. 9. v. 9. Quando ascendi in montem, ut acciperem tabulas lapideas, tabulas quod pepigit vobiscum Dominus, & perseveravi in monte, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens. Tum ibidem v. 18. Et præsertim ante Dominum sicut prius, quadraginta diebus & noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata vestra, quæ gestistis contra Dominum. Rursum ibidem v. 25. Et iacui coram Domino, quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter rogavi, ne deleat vos, ut fuerat comminatus. Denique Deuter. 10. v. 10. Ego autem in monte sicut prius, quadraginta diebus, ac noctibus, exaudiuit me Dominus etiam in vice, & te perdere noluit.

Sed ut minimum

7. Certum est secundò, bis ut minimum Moysen 40. dies in monte habitasse, antequam priores tabulas referret, ad quam moram referendus est versiculus 18. cap. 24. Exodi, & nonus cap. 9. Deuter. ut omnes authores vel tacite vel aperte fatentur, &clare ostendit ipse Moyses illo cap. 9. Deuter. v. 11. & ubi refert, transactis illis 40. diebus se à Deo per tabularum accepisse, sicut latum facinus vituli ab Hebræis constari, Deum inter necionem populum tum fuisse, tum se è monte descendisse, ac tabulas fregisse. Quæ de secundis tabulis nullo modo accipi possunt. Quare certum est, Moysen altera vice montem repetisse, ut posteriores tabulas acciperet, de quibus omnium contextus intelligendus est, v. 28. cap. 34. Exodi. Tum quia mox subiungitur, Moyses descendens de monte, tenuisse duas tabulas testimonij, & ignorasse, quia muta esset facies sua, ex consorcio Domini. Tum quia initio capitis eiusdem Moysi: praece, ait, duas tabulas lapideas instar priorum, ut scribam super ea verba, quæ debebant tabula, quas fregisti.

Dua quadragesima diuersa.

8. Certum est tertio, illam quadragesimam cuius mentio fit Deuter. 9. non spectare ad primas tabulas: hisce enim contrafactis, Moyses ibi asserit se incidisse ante Deum, sicut prius, quadraginta diebus. Vtrum verò hi 40. dies ad secundas tabulas, an verò ad aliam quadragesimam in monte Sinai tractandam antequam pro tabulis posterioribus Moyses ascenderet, referendi sit, in questione est. Idem est de versiculo 10. cap. 10. Deuter. ut indicant illa verba prius, etiam hac vice. At verò de versu 25. cap. 9. Deuter. latius patet contra, utrum ad priores, an ad secundas tabulas, an vero ad intermediam quadragesimam in monte Sinai transactam, an denique ad aliam 40. dierum statim ad Cadesbarne habitam debeat reuocari.

9. Certum est quarto, ternis quadragesimis contineri dies 120. eosque

tiri inter diem 7. tertij mensis, & decimam septimi. Nam sex menses alternis ca-
ni & pleni conficiunt 177. quibus additi 9. dies septimi mensis conflant 186. à
primordio Nisan ad nonam diem Tisri inclusivè computatos. De quibus si 66.
tollantur (nempe primus & secundus mensis cum septem tertij) remanebunt
120. à die 7. Sivan ad decimam Tisri exclusivè numerandi.

10. His animaduersis existimo ternas quadragesimas Moyse dandas esse,
quarum primam fractis tabulis clauserit, secundam supplex pro delicto popu-
li, tertiam pro tabulis secundis transegerit. Ita auctores paulo ante in hanc sen-
tentiam relati. Nam exacta prima quadragesima Moyse sicut prius, 40. dies
Deo supplicavit. Deut. 9. v. 18. *propter omnia peccata vestra, inquit, qua gessisti contra
Dominum & cum ad iracundiam provocasti, zimui enim iram & indignationem illius, qua
adversum vos concitatus delere vos voluit, veique propter confectum & adoratum
viticulum, qui ad aliorum peccatorum cumulum accesserat. Vnde apparet hæc
non spectare ad primam dierum quadragenam. Quod etiam ad vltimam qua-
dragesimam, qua absoluta secundas tabulas reulit referri non debeant, inde
colligo, quod Moyse ad Deum pro populo exorandum montem ascenderit
postridie, quam tabulas & vitulum confregerat, vt ad versum 30. huius c. nu. 3.
cum Cornelio, Torniello, Saliano annotavi. Quod autem tunc eam quadra-
gesimam non sit auspicatus, quam obtentis secundis cum: inscripto Decalogo
tabulis absoluit sua det antiqua Hebræorum traditio, qua reditus Moyse cum
secundis tabulis citra finem diei nonæ, aut die decima septimi mensis contigisse
narratur, ita vt Moyse die decima, primam post suum reditum concionem ad
populum habuerit, significaverit eum in Dei gratiam receptum, ac idcirco, eo
die postea festum expiationis institutum fuerit, quo Hebræi totius anni pecca-
ta expiare debebant. Hanc autem traditionem à Catholicis auctoribus proba-
tâ esse ait Tornielus, & fateatur Bonfrerius Exodi 34. v. 28. & recipit Exodi 40.
v. 2. Lycanus Deut. 9. lit. l. vbi asserit Moyse è monte ad diem Expiationis cum
tabulis rediisse, vt supponunt, inquit, omnes Doctores Catholici & Hebræi. Idem docet
Genebr. an. m. 2669. sub finem, Salianus, & quotquot Moyse ternas quadra-
gesimas egisse putant, & diserte notat Bellouacensis lib. 2. hist. cap. 25. & 48. Si-
mili traditione tabulæ fractæ dicuntur die 17. mensis quarti: quam traditionem
præter alios recipit Cornelius Exodi 32. v. 19. Qui vnâ harum traditionum
acceptat, non video cur alteram aspernetur. Si autem Moyse bis duntaxat 40.
dies, in monte posuisset, multo ante diem 10. Tisri posteriores tabulas gloriosè
fulgens reportasset. Siquidem secundam quadragesimam altero die à fractis
tabulis auspicatus est.*

11. Deinde in confesso est Moyse prius pro crimine adorati vituli Deo sup-
plicasse quam duas posteriores tabulas præparare iuberetur, & post mandarû
de

Tertia
quadrage-
sima con-
tinent dies
120.

Conclusio.

Prob. 1.

Prob. 2.

Z

de

P.
Philippi

Chronologia
in Testamenti

A IV

179

de hisce dolandis, die sequenti cum tabulis in monte Deo adfuisse, vt patet in Exodi 34. v. 1. 2. 4. ibique notat Cornelius & rationibus confirmat Abulensis, q. 3. Quæro igitur, quando Deus posteriores tabulas poliri iusserit? Si dixerit præceptum die quadagesimo siue vltimo secundæ quadagesimæ, eodem die Moysen è monte descendisse, ac tabulas parasse, quales antea fuerant, tum de monte siue summo mane die sequenti eas Deo in monte repræsentasse, vt habetur in cap. 34. v. 4. ibique fuisse cum Deo 40. diebus, vt notatur v. 25. Si hoc in cap. dixeris, ternas quadagesimas Moyse ritè concedes. Sin autem concedas Moysen necdum finita 2. quadagesima ad castra Dei iussu regressum, tabulas præparasse, & manè sequenti in montem portasse, vide quomodo verè dicitur Moyses se procidisse ante Deum 40. diebus, vt prius, & 40. noctibus Deum 18. Siquidem vt bene Cornelius in cap. 33. Exodi v. 7. aduertit, non est veritas le hocse 40. dies fuisse interruptos, per vnum diè, quo Moyses de monte descendit. Nam Moyses inquit, cap. sequenti v. 28. indicat satis se continuis 40. diebus fuisse cum Deo in monte. Quod etiam tradit Abulensis Exodi 34. q. 1. dicitur serit Moysen cum secunda vice montem ascendisset ad deprecandum Deum pro remissione peccati Israelitarum sterisse coram Domino per 40. dies in monte, orantem &c.

De 2. quadagesimo.

12. Respondent aliqui secundam Moysis quadagesimam inscriptionum tabularum hoc modo completam fuisse, vt die 39. manè Moyses tabulas posteriores parare iussus, mox è monte ad castra redierit, præcepit opera artificum tabulas curauerit, populo edixerit, ne quis in monte comederet, aut è regione pecudes pasceret, tum sequenti nocte ad montem regressus Moyses manè proximo, se cum tabulis Deo stiterit, Deus tabulis Decalogi inscripserit, ijsque acceptis Moyses tandem ad castra descendit die ab alio prioris in montem quadagesimo. Ita Cornelius cap. 33. v. 4. & cap. 34. v. 1. milia habet Abulensis in eum locum. q. 3. Sed ibi non ait illos duos dies penultimum & vltimum secundæ Moysis quadagesimæ. Idem verò ait in cap. 33. Exodi quæst. 3. cum asseruisset conuenienter dici posse quod intra istos 40. dies (quibus Moyses pro peccato Hebræorum precabatur) fuerint data tabule. Iungit rationem: Huius inquit consonat satis litera Deuter. 9. & 10. cap. manè in 9. capite dicatur, & iacui coram Domino 40. diebus & 40. noctibus quibus eum suppliciter deprecabar, subditur in principio cap. 10. in tempore scilicet intra 40. dies, dixit Dominus ad me: dola tibi duas tabulas lapideas sicut fuerunt priores. Et infra: Tempus quo Moyses in monte cum Deo stetit in vniuerso collatum debet esse bis 40. dierum precisorum, & postea stetit quasi vno die ad accipiendum tabulas. si computentur extra quadraginta dies secundos. Si autem computentur intra dies, erunt 80. dies precisæ, quibus stetit Moyses in monte. Hæc ille: ex quibus patet

istolocho non ferre absolutam de die quo Moyses secundas tabulas preparavit sententiam.

13. Quicquid sit de opinione Abulensis, sicut Cornelio & alijs ple- *Refellitur.*
 nisque non placet secundam Moysis quadragesimam vel per vnum diem in-
 terrumpere: ita nec mihi, vel vno die decurtare. Tametsi enim scriptura ro-
 tundo quandoque numero contenta, duorum triumue aut annorum, aut die-
 rum fractiones negligit: nullus tamen numerus in ea disertè positus sine legi-
 tima causa excogitatis huiusmodi minutijs vel augeri, vel minui debet: ratio-
 nem autem non video cur non præcisè & exactè accipiendus sit ille 40. die-
 rum numerus, quibus Moyses ante Deum procidisse dicitur propter peccata
 populi. Deuter. 9. vers. 19. & 25. & cap. 10. vers. 10. Quibus in locis, vt bene ad-
 uertit Salianus numer. 626. perspicuè temporis diuturnitas confirmatur, idem-
 que ascendendi finis in Deuteronomio recitatur impletus, quem in Exodo
 promiserat Moyses cum altero die à fractis tabulis populum his verbis allo-
 queretur: *Peccastis peccatum maximum: ascendam ad Dominum, si quomodo eum potero
 deprecari pro scelere vestro, reuersusque ad Dominum ait: &c. Exodi 32. v. 30.* Vnde con-
 cludit suo iudicio vim verbis Moysis inferri ab ijs, qui hos 40. dies positos in
 precibus putant ad obtinendas nouas tabulas, cum prius oportuerit vitam &
 veniam obtinere. Quod etiam monet Tostatus Exodi 34. quæst. 1. vt illo loco
 referam v. 1.

14. Ad primam rationem Tornielli numero primo allatam facilis est *Contra
 Torniellâ.*
 resp. ôho: potest enim in authorem retorqueri, si queratur cur Torniellus duas
 quadragesimas in Sina, & vnam in Cadesbarne Moyfi assignet? Deinde
 non idcirco tres quadragesimæ ab authoribus supra citatis admittuntur, quod
 ter Moyses dicatur 40. dies in monte fuisse: sed quod ex sacra scriptura tres di-
 stinctæ colligantur. Vna ante primas tabulas, de qua in fine cap. 24. Exodi,
 alia Exodi 34. vers. 28. tertia intermedia Deuteron. 9. vers. 18. quam ab alijs
 distinctam esse probabile est, ob rationes num. 10. & 11. iam propositas. Ille ve-
 rô numerus 40. dierum signatus Deut. 9. v. 25. & cap. 10. v. 10. ad intermediam
 quadragesimam spectat; quia Moyses suis precibus populo veniam impetra-
 uit, vt cum Saliano iam dicebam, num. 13.

15. Altera Tornielli ratio negatur: prima enim quadragesima inijs die
 septimo aut octauo mensis tertij; & die 17. quarti finita est; secunda à die 18.
 quarti mensis vsque ad penultimam mensis quinti ducta est. Tertia die
 vltimo eiusdem mensis cæpta ad diem 9. vesperi, aut decimam septimi mensis
 finita.

16. De Tostato in communi dici potest eum in primis fateri nostram opinio. *Tostatus
 nem esse probabilem. Deinde eum, memoria lapsum, aut errasse Typographû, explicatur.*
 dum

Z z

dum

dum inter cætera ait legem ex opinione Hebræorum esse datam die tertiâ
 sis tertij: hoc enim isti constanter ad diem sextam referunt, vt supra fatentur
 stato retuli; In specie verò dicendum est mandatum de dolandis tabulis
 impositum vltima die secundæ quadragesimæ: sequenti die eum diloculo
 tabulis politis, ad Deum in Sina rediisse, ibique 40. alias dies posuisse, de
 bus meminit versiculus 28. Exodi 34.

*Ad ratio-
 nes eius
 Resp.*

17. Quod contra Iudæos primo & secundo loco affert, categoricè negatur
 est, possunt enim à data lege vsq; ad diem 10. septimi mensis facile dies 100
 periri, vt dixi num. 9. & habet Lyranus Deut. 9. lit. l. Moysen etiam ad
 Expiationis cum secundis tabulis rediisse non solum Hebræi, sed etiam Chri-
 stiani tradunt. Tertium Torriello iudice Hebræis Tostatus imponit: &
 refutat, verum ad Chronologiam ceremoniæ expiationis non spectant.
 est, quod Moyses secundas tabulas retulerit ad eum diem, quo postea
 Expiationis celebrari solitum fuit. Quartum pariter negatur, vt patet ex
 Nam cum Saliano, Cornelio & alijs ostendi à confraçto vitulo & petra
 Idololatris, post die Moysen, non solum de perpetrato facinore populum
 iurgasse; sed mox etiam ad petendam à Deo veniam, montis iugum repeti
 Vide notas infra cap. 33. v. 7.

*De opinio-
 ne Corne-
 lij.*

18. Opinio Cornelij ex triplici capite mihi non probatur. 1. Quod sine
 idonea eam traditionem respuit, qua Moyses cum secundis tabulis ad
 Tifri rediisse censetur. 2. Quod 40. dies de quibus Deut. 9. v. 18. & 25. sine
 cessitate decurrit. 3. Quod 40. dies quibus Moyses in monte cum Domini
 isse dicitur Deut. 34. v. 28. non inchoet ab eo tempore, quo ibidè versu 4.
 ses cum per politis tabulis in montem Sinai ascendisse scribitur: sed ab
 censu, qui 39. diebus (vt ipse putat) præcesserat, de quo Exodi 32. versu 17.
 enim vius scripturæ aliquando patitur, vt certus annorum aut dierum
 rus à remotiori aliquo termino deducatur, vt annotaui Gen. 11. v. vltimo
 men nunquam faciendum est, nisi causa legitima urgeat, qualis in
 controverfia non adfertur.

19. Deniq; mihi nõ probatur eorũ interpretatio, qui ea, quæ habentur
 32. v. 31. initio cap. 33. & initio c. 34. prius accidisse autumant; quam Moyses
 populo 40. dies precaturus montem conscenderet. Reuera enim pro
 ruli Deo supplicabat, cum diceret: *Obsecro peccauit populus iste peccatum magnum
 feceruntque Deos aureos &c.* Exodi 32. v. 31. Nec vlla causa affertur idonea, cer-
 orationem, ab ea distinguamus, quam Moyses ad 40. dies se produxisse
 statur Deut. 9. v. 18. Ad dolandas secundas tabulas sufficiebat dies ille qua-
 gesimus, aut quadragesimus primus, quo Moyses secundam quadragesimam
 niens, ad castra reuersus est, quicquid aliqui dicant Exodi 34. v. 28. & c. 34.
 XXXII

XXXII. EXODI v.34.

Ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum. Hanc ultionis diem Rabbi Salomon intelligendum putat, de qualibet die, qua aliquid aduersi patientur Hebræi, eo quod hoc modo sui criminis pœnas luere viderentur. Sed hæc explicatio parum idonea est. Certum enim aliquod tempus hîc significatur, quo Deus in Isrâelitas, qui vitulum pro Deo habuerant singulari aliqua plaga animaduertit. Aliqui ad captiuitatem Babylonicam, alij ad excidium Ierololymitanum sub Vespasiano, alij ad extremum iudicium referunt, sed & hæc interpretationes sunt nimis longe petitæ, vt late docet Tostatus in hunc locum q. 46. Ultio enim de qua hîc agitur est certa pœna, quam Deus minatur, & re ipsa immisit in idololatrias, dum adhuc in viuus essent: nimirum pestis vel alia plaga qua è medio sublatis sunt, qui vitulum vt Deum venerati gladium Leuitarum euaserant. De qua peste sequens versiculus intelligitur percussit ergo Dominus populum, pro reatu vituli, quem fecerat Aaron, vt communis fert interpretatio, quam post alios sequitur Menochius. Quod factum creditur, antequam castra de monte Sinai mouerentur. Ita Tostatus illa q. 46. Cornelius in hunc locum, Salius num. 638. Torriellus num. 50. Bene addunt hii auctores (excepto Torriello) ultimo versiculo huius capituli, interrumpi sermonem Dei cum Moyse vers. 31. inceptum, & sequenti capite continuatum.

Quando facta sit hæc ultio.

CAPVT XXXIII. EXODI v.4.

Adiens populus sermonem hunc pestimum luxit. Hæc per prolepsin dicuntur, & colloquio Domini cum Moyse inseruntur, sicut illa quæ de ultione diuina ad calcem cap. præcedentis narrantur. Prius enim Moyles colloquio, quod vsque ad huius cap. finem pertexitur, absoluto, ad castra redijt, quam hæc populus audiret, vt bene monet hic Cornelius consentientibus ijs, qui vel ternas quadragesimas Moyse admittunt, vel secundam à prima, non nisi diei aut noctis vnius interuallo se iungunt. Idem dicendum est de versu 6. huius cap. vt interpretantur Cornelius, Abulensis q. 8. Torriellus num. 50. & 51. Salius à num. 664. cuius rei probationem innuit sacer textus, dum refert Deum dixisse: Depone ornatum tuum. Hoc enim dixit, cum post comminatum vitulum, & extincta 2.000. idololatrarum, Moyse in monte Deum deprecaretur. Neque vero prius Hebræi ornatum suum depoluerunt, quam Moyse è monte reuersus diuinum eis mandatum intinasset.

Hic nõ seruat order temporis.

XXXIII. EXODI v.7.

1. Moyses quoque tollens tabernaculum tetendit extra castra procul. Quæstio est, quando id factum sit? Vtrum antequam Moyse fractis tabulis in montem ascenderet, pro populo precaturus, an verò cum inde descendisset. Abulensis

Quæstio. 1. Opinior. ita

Z. 3.

p. philippi

Chronologia Testamenti

A IV

17

in explicatione huius capituli notat colloquium Dei & Moyses, pro populo
 lecto in monte orantis incipere à versu 31. capituli præcedentis, & hoc caput
 deduci, vt subinde anticipationibus, vel recapitulationibus interruptum
 stius colloquij narratio, prout iam de vers. 4. & 6. dicebam. Quæstione autem
 prima cum dixisset ad hoc colloquium pertinere etiam illa, quæ initio capi-
 tuli habentur, bene probat, id quod hic de tabernaculo refertur, non
 in monte gestum, nec eo tempore, quo Moyses ibi preces fundebat, 1. Quæ
 Moyses hic dicitur vltro citroque è castris ad tabernaculum, & hinc ad ca-
 strum commeasse: at verò 40. *isti dies fuerunt continui*, inquit, *quibus Moyses iu-
 rante Deum prostratus*. 2. Populus è suis quisque tabernaculis cernebat quod
 Moyses tabernaculum ingrederetur, & cum Deo loqueretur, nullo
 ostium tabernaculi apparente. 3. Cum abesset Moyses, Iosue in eo ta-
 bernaculo remanebat. 4. In eo tabernaculo causæ Hebræorum dicebantur.
 Quæ omnia, sine dubio in monte, nec eo tempore quo ibi cum Deo
 loquebat gesta sunt. Vnde colligit necessario dicendum esse, quod istud ta-
 bernaculum fuerit extentum per Moysen extra castra, aut quando occu-
 dololatras, antequam altera vice montem ascenderet, aut certe postea
 iam secundas tabulas retulisset. *Si dicatur primum*, ait, *erit ordinis mutatio
 recapitulationem; si autem dicatur secundum, erit mutatio per anticipationem*.
 dici posse, id factum aut fieri cœptum die vltimo secundæ Moyses quadage-
 simæ, antequam cum secundis tabulis politis quidem, sed necdum in
 montem repeteret, & esse anticipationem.

2. Opinio.

Rationes
 Iosue,

2. Quæstione tertia Iosue quædam rationes affert, quibus probatur
 deatur, hoc tabernaculum extra castra locatum fuisse, antequam secundas
 montem precaturus ascenderet Moyses, & hoc loco esse recapitulationem
 1. Quia cum tabulas secundas retulisset, confestim actum est de fabrica
 magni illius tabernaculi, quod postea erectum est prima die mensis primi
 infra dicitur. 2. Non semper extra castra tabernaculum hoc figebatur,
 tunc solum, quando patratu vituli facinore populus à Deo, quasi ex com-
 munitate catus videbatur. Hoc autem apprimè conueniebat illi tempori, quo dicitur
 etas tabulas, & secundam Moyses quadagesimam effluxit. Post ad eam
 verò secundarum tabularum Deus placatus, & populus ei reconciliatus,
 nulla causa suppeteret, ob quam hoc tabernaculum à castris remoueret.
 Moyses hoc tabernaculum sæpius frequentabat, vt patet hic vers. 11. quod
 acceptas secundas tabulas commodè facere non potuit: tunc enim artibus
 in opus Sanctuarij incumbētibus adesse debuit, vt eos ad formam, quæ
 in monte ostenderat sequendam dirigeret. Ex quibus deducit videri reman-
 dine tēporis seruato ira fuisse institutā, vt Moyses vltimo die primæ
 quæstionis ibi fuisse

gestimæ de monte redux, tabulis fractis, vitulo in pulueres redacto, aquam istis pulueribus aspersam populo propinarit, ac 23000. idololatrarum morte multavit. Die mox sequenti obiurgato grauitur populo; ne plerique desperarent suas preces Deo offerendas promiserit, non tamen illico id præstitit, sed prius hoc tabernaculum à castris effereandum curauerit, & loco separato erigendum, in quo aliquot dies egerit, antequam in montem simplex regrederetur. Tum exactis 40. diebus, radicante vultu cum tabulis secundis reuersus, mox tabernaculi fabricandi opus populo proposuerit, & intra castra, vt ante consueuerat habitauerit, quo artificibus commodè præesset. Denique addit: Hoc aliqui putauerunt sacris rationabiliter loquentes; sed non est totaliter verum. Huiusmodi autem veritas patetur infra, nempe apud ipsum q. 8.

3. Vera autem sententia est, hoc tabernaculum non fuisse prius extra castra erectum, quam Moyles in monte pro populi peccato Deum orasset. Ita Abulensis illa q. 8. Saliarius numer. 665. Torriellus numer. 50. Cornelius in hunc locum. Ratio est, quia hæc tabernaculi à castris separatio non prius fuit, quam populus ornatum suum deponeret; hoc autem fecit, quando ex Dei mandato Moyles de monte reuersus id edixit, vt liquet ex hoc capite, v. 5. & 6. Deus enim duo inter cætera Moyli in monte supplicanti dixerat. 1. Non ascendam tecum, quia populus duræ cervicis est, ne forte disperdam te in via. vers. 3. Alterum: loquere filiis Israel, populus duræ cervicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. iam deponere ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi. Quæ cum Moyles filiis Israël retulisset, luxerunt illi, & deposuerunt ornatum suum, vt habetur vers. 6. cui mox subiungitur: Moyles quoque tollens tabernaculum tetendit extra castra. Hoc præcedenti ornatus depositioni annectitur, eo quod tunc contingerit, vt probant authores citati, quia sicut ornamentorum abiectio, ita & tabernaculi à castris separatio plurimum conferebat ad populum castigandum, vel etiam dignæ pœnitentiæ commonefaciendum, si fortè antea non ritè pœnituisset. Cum enim tabernaculo ad diuinum cultum potissimum ordinato Israelitæ priuabantur; tunc sacris quodammodo interdicti videbantur.

4. Sed adhuc restat quæstio, vtrum huius tabernaculi translatio facta sit antequam Moyles secundas tabulas referret, an postea? Tostatus & Cornelius relatis iam ad castra tabulis factum volunt, idque duplici potissimum argumento confirmant. 1. Quia dicitur eo tempore vocatum fuisse tabernaculum fœderis, puta à secundis tabulis legis, quibus denuo fœdus sancitum est, quasque Moyles in hoc tabernaculo tanquam Dei domicilio deposuit, inquit Cornelius. 2. Quia Moyles in montem secundo regressus esse scribitur cap. 32. vers. 31. & ibi fuit 40. continuis diebus, vt dicitur Exodi 34. vers. 28, & Deuter. 9. vers. 18.

Vnde

Quæstionis
Resolutio.

Alia
Quæstio.

1. Arg.

2. Arg.

P.
Philippi

Chronologia
in Testamenti

A. IV

17

Vnde inferunt, quæ hic ab initio versus sexti vsque ad finem vndecimi referuntur, per anticipationem esse inserta; ordine vero temporis seruato ad hunc cap. 34. esse referenda.

Conclusio.

5. Ego vero cum Saliano probabilius esse duco, ornatum ab Hebraeorum positum, & tabernaculum è castris translatum fuisse, quando Moyses abili fecunda quadragesima ad castra reuersus est, antequam tertiam auspiciis. Tunc enim sine dubio recensuit, quæ à Deo acceperat populo intimanda. De primis illud: *Depone ornatum tuum, vt sciam, quid faciam tibi:* quem audito Deus dato Israëlitarum mox deposuerunt. Sub idem autem tempus, quo isti sunt ornamentis spoliati sunt, separatim à castris fuit tabernaculum, vt omnes faceret. Deinde secundas tabulas Decalogo inscriptas non retulit Moyses ante nonam aut 10. septimi mensis, vt supra ex Hebræorum & Catholicorum traditione notauimus: non est autem verisimile tam diu dilatam hanc pernam, quæ tantum die circiter 17. quarti mensis admissum. Fateor igitur cum Abulensi Cornelio postridie adorati vituli Moysen rursus montem ascendisse, 40. diebus non interruptis mansisse, nempe vsque ad 28. circiter diem quinti, mox à suo descensu hoc egisse, vt à populo & ornatus abijceretur, & deris tabernaculum remoueretur, vt sic efficacius peccatores ad penitentiam inuolueret. Hæc inquam cum ipsis admitto, sed nego tunc posteriores in castra reportatas; hisque assentior qui hoc ad decimam diem septimum referendum censent.

Ad 1. opinionem in sommi.

6. A dea, quæ ex Abulensi numero primo allata sunt, dicendum in communi paruum istud fœderis tabernaculum translatum è castris fuisse, do ornamenta sua amoliti sunt Israëlitarum, sed diutius extra castra mansisse, vsque ad erectionem maioris tabernaculi, factam ad initium mensis proximo sequenti. Ac proinde quæ de huius tabernaculi translatione dicuntur di 33. v. 7. ea ad reditum Moysis, exacta secunda quadragesima referuntur, pro de frequentatione eiusdem tabernaculi annectuntur, post recuperatas tabulas, & tertiam quadragesimam absolutam, gesta esse autumo, & in prolepsin occasione translationis narrata.

Ad Rat. 1. Testati.

7. Ad primum argumentum num. 2. propositum respondeo, tabernaculum hoc à castris separatim fuisse, ante ademptionem secundarum tabularum, quando populus inter spem & metum trepidabat, verbis illis Domini mente repõstis: *Semel ascendam in medio tui, & delebo te.* Abulensis & Cornelius dicerent tantillam moram qua hoc tabernaculum seorsim tendebatur impediuisse, quo minus moraliter dici potuerit Moysen sine dilatione extruendo, altero tabernaculo, cuius ideam in monte acceperat.

Ad 2. Ras.

8. Ad 2. Abulensis ait non fuisse tabernaculum extra castra positum.

paliter ob delictum Idololatriæ; sed quia Deus iusserat ut populus ornatu suo priuaretur, ad quem ornatum maxime spectabat tabernaculum hoc, in medio castrorum erectum. Quæ responsio æque seruit nostræ sententiæ atque ipsius. Ad remissa culpa Idololatriæ, hanc pœnam ab Israëlitis Deum merito exigisse, sicut ornamentorum exigebat amotionem. Sic cum Nathan Propheta ex parte Dei significasset Dauidi remissam adulterij culpam; nihilominus infantis inde nati mors secuta est, pœna peccati. Etiam in humanis offensæ sic aliquando remittuntur, ut onus aliquod remissioni adiungatur: qua ratione Dauid filio suo Absalomi Ierosolymam redeundi veniam indulgit, ita tamen, ut reducem filium in suum conspectum aliquanto tempore non admitteret. Dicitur igitur poterit remissa iam delicti culpa, Deum voluisse Israëlitas, ob perpetratum Idololatriæ scelus multare, tum aliorum ornamentorum ablatione, tum tabernaculi separatione.

9. Tertium bene explicat Abulensis: hoc enim tabernaculum non tantum à castris aberat, quin populus eo facile ventitare posset. Poterant Hebræi huc afferre, quæ pro futuro Sanctuario offerebant, poterat Moyses huc ad se artifices accersere, poterat hinc, imo & solebat (ut ver. 11. insinuatur) identidem ad castra se conferre, & ibi artificibus modos ac formas rerum fabricandarum præscribere.

10. Ad rationes eorum, qui numer. 4. probare nitentur tabernaculi & ornamentorum sepositionem non nisi post secundas tabulas per Moysen relatas contigisse responderi Lyranus Exodi 33. lit. X. hoc tabernaculum vocari fœderis, tum quia Deus ibi cum Moysse loquebatur, & sui fœderis rationes, conditiones, obligationes explicabat, tum quia lites ibi dirimebantur, ut nempe fœdera, id est. pacta & contractus seruarentur. Hebraicè dicitur אהרן מועד, *tabernaculum conuentus*, quia eo populus, quasi ad Ecclesiam confluerebat, ut notat Salianus num. 668. Cornelius Leuit. 1. v. 1. Vatablus ab eo citatus. Oleaster Pagninus, Areas Montanus, qui *moëd* deducunt à radice ועד. Poterat igitur hoc modo *tabernaculum fœderis*, siue conuentus appellari, antequam in illud secundæ tabulæ inferrentur. Adde potuisse etiam *fœderis* appellationem sortiri ab eo volumine, quod *fœderis* nominatur Exodi 24. v. 7. & sine dubio in hoc tabernaculo asseruabatur. Non tamen displicet coniectura Bonfretij in cap. 33. Exodi opinantis hoc tabernaculum sic dictum, ab ipso fœdere, quod cum Deo fuit initum cap. 24. Exodi, & contestatione vtriusque facta, qua Deus Israëlitas in populum elegit, si in Dei cultu permanerent constantes, sicut populus se omnia facturum receperat. Iam tunc enim hoc tabernaculum fuisse erectum, atque in eo sancitum hoc fœdus valde probabile est. Sic *moëd* commodè ab auad מועד, deriuabitur, & hoc tabernaculum dicetur fœderis siue

Aa

testi-

P. Philippi

Chronologia Testamenti

A IV

17

testimonij, iuxta versionem 70. & S. Hieron. siquidem fœdus, pactum, & testimonium, in Scriptura non raro confunduntur.

Ad 2. arg. 11. Ad 2. Concedo Moysen 40. dies continuos in monte secunda vice egisse & horum 40. dierum initiū sumi ab eo, quod habetur Exodi 32. v. 31. *venit ad Dominum ait, &c.* nego verò eos finitos fuisse in inscriptione secundarum tabularum. Quæ autem habentur Deut. 9. v. 18. de secunda quadragesima intelliguntur. At illi 40. dies Exodi 34. vers. 28. notati de tertia quadragesima intelliguntur. Concedo etiam in ijs quæ hic traduntur ab initio versus 6. vsque ad 12. clusivè esse anticipationem, ita tamen ut depositio ornatus & tabernaculi translatio ea præcesserit, quæ cap. sequenti v. 4. de ascensu Moysis in montem cum politis tabulis habentur. Quæ vero de Moysè tabernaculum & cetera frequentante hic adscribuntur, inter cap. 34. & 35. ordine temporis inserta sunt. Vide notas ad initium cap. seq.

XXXIII. EXODI v. 12.

*Quando
hæc dicta*

Dixit autem Moyses ad Dominum. Tornellus putat hoc dictū à Moysè post hoc quod ad veniā populo impetrandā fusas è monte reuerso, positus iā ornatus tabernaculo à castris separato. Alij vero melius censent hanc esse partē sermonis, quibus Deus cum Moysè egit continuos 40. diebus in Sina commorante, antequàm descenderet, & ex Dei mandato Israelitas ornamenta deponerent, ac tabernaculum è castris transferret. Ita Abulensis, Cornelius, Salianus quotquot ternas Moysi quadragimas in Sina attribuunt.

CAPVT XXXIV. EXODI v. 1.

*Conditio-
nes Tabu-
larū Legis
accipien-
dæ sunt.*

1. **A**C deinceps. Notat in hunc locum Abulensis hæc duo verba, quæ alibi in Hebræo, nec in Græco iam leguntur, non carere mysterio; seu nuare, Deum secundas tabulas non fuisse daturum, nisi quæ ante narrata facta fuissent. Nam, inquit, cum Moyses ascendit in montem ista secunda vice ascendit ad deprecandū Deū pro remissione peccati, & ita diu stetit eū Domino, per eum continuè orans & petens. Deut. 9. tandē obtinuit veniā ut petebat, ut patet ibidē. Dicit adhuc dimisso peccato populi, Deus nollet præcedere Israelitas, sed diceret, quod præcederet eos Angelus suus, oravit tam diu, quousq; obtinuit, ut Deus præcederet eos in itinere. Quod autem Deus secundas tabulas daturus non fuisset, nisi duabus illis rebus cessis, probat: quia si Moyses veniam delicti non impetrasset, Deus Hebræos ut comminatus fuerat deleuisset. Rursum si Deus istos non præcessisset, impetibus miraculis protegendo, & eorū hostes perdendo, Israelitæ perisissent, quibus autē tabulæ nõ profuissent. Qui discursus mihi minime spernendus videtur, & ex eo colligo, Abulensem hîc eis assentiri, qui ceteris Moysen dies 40. in monte secundo quadragimarum assertores,

2. *Præcide tibi duas tabulas.* Idem repetitur Deuter. 10. v. 1. *In tempore illo dixit Dominus ad me: dola tibi duas tabulas lapideas, sicut priores fuerunt, & ascende ad me in montem.* Vbi Tostatus notat, verba illa tempore illo, duplici modo intelligi posse. 1. finitis 40. diebus, quos orationi impenderat Moyses, iuxta eorum sententiã, qui tres dierum quadragenas in monte à Moysè transactus voluit. 2. necdum finitis altera vice quadraginta diebus, ad quorum finem Moyses cum secundis tabulis redierit. Et addit priorem sensum esse veriorem. Siue autem binæ tantum, siue ternæ quadragelimæ admittantur, hoc mandatum de tabulis præcidendis, dedit Deus Moysi, priusquam absoluta secunda quadragesima de monte descenderet. q. d. Descende confestim de monte, refer ad populum quæ tibi in mandatis dedi, binas tabulas ad priorum normam accommoda, & crastino die cum ijs in monte te mihi præsentem siste, vt patet ex ijs, quæ vers. seq. consignata habentur: *esto paratus manè, vt ascendas statim in montem Sinai, stabisq; mecum super verticem montis.* Ita docet Abulensis hic q. 3. Salianus num. 662. Cornelius in hunc locum, dum ait isto mandato; Deum cum Moysè sermonem profecutum, ac eum tandem compleuisse in inscriptione secundarum tabularum: quod tamen posterius non admitto, sed sermonem istum finitum existimo versu 3. his verbis: *bones quoque & oves ne pascantur è contra.* His enim dictis, finito colloquio diuino Moyses protinus descendit, idque manè vt cum Abulensi notat Cornelius toto autè illo die erat acturus cum populo, tabernaculū amoviturus, ac denique tabulas paraturus, quas die sequenti manè Deo repræsentaret.

3. Torniello non assentior, qui hæc mandata, de quibus, v. 1. 2. 3. huius cap. Moysi data asserit, cum iam pridem de monte, absoluta pro populo deprecatione descendisset. Hoc enim neq; communi interpretum sensui, neq; sacro textui Deut. 9. v. 18. satis congruit, vbi ad 40. dierum spatium tenditur ista deprecatio, quam Moyses inceperat Exodi 32. v. 31. & se facturum receperat v. 30.

4. Dicendum igitur autumo, Moysen vltimo 2. quadragelime die, hæc mandata manè accepisse, ad castra reuersum mox idoneis artificibus curam præcidendarum tabularum demandasse, populo, quæ à Deo acceperat palam fecisse, ac in primis illas minas: *non ascendam tecum, quia populus durus cervicis es, ne forte disperdam te in via. Rursus: semel ascendam in medio tui, & delebo te. tam nunc depono ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi.* Ne verò tam graui denunciatione plerique omnes consternati spem omnem abijcerent; addidit Moyses Deum suis tandem precibus exoratum, Israelitas non deleturum, nec deserturum, sed in tertam promissam inducturum. Exodi 33. vers. 15. & 17. atque ita populum in spem, fiduciamque erexit, non tamen sine alicuius vindictæ metu, nec sine pœnitentia eum esse voluit. Spoliatur igitur Hebræos suo ornatu, & futuræ multæ expectatione suspensos tenet, maximè ob illa Dei

Aa 2

verba:

Conclusio

P.
PhilippiChronologia
Testamentum

A. IV

17

verba: vt sciam quid faciam tibi. Postremo, se postridie manè sine comite, in montem cum tabulis inscribendis rediturum edicit, vetatque ne vllus in monte pareat, neue boues aut oues è regione pascantur. Exodi 34. v. 3. Quibus antequam Iustus in populo exoritur, deponitur ornatus, tabernaculum fœderis, quod nihil sanctius, nihil gloriosius erat in castris, soluitur, & inde translatum se erigitur: in quod sine dubio Moyfes paratis ad vesperam tabulis se recepisse summo manè in montem reuersurus.

XXXIV. EXODI v. 4.

Initiū tertii mensis quadragesimæ.

De nocte confurgens ascendit in montem Sinai, sicut praeceperat ei Dominus, proferens tabulas. Hinc auspicatur Moyfes tertiam ieiunij quadragesimam diei mensis, vt vult Torniellus cum ijs, qui hanc tertiam quadragesimam ad mensis ac simul, mensis primum, tertium, quintum &c. sub hæc tempora caues se opinantur. Qui verò menses istos plenos fuisse rentur, penultimæ diei mensis quinti huius quadragesimæ initium consecrant, vt Salianus.

EXODI 34. v. 22.

Caput anni profani in autūno.

Solemnitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. Nempe diei mensis Tisri, quo ineunte dieitur redire anni tēpus, quia finitū fuit vnus & rēditus inquit Tostatus, ad calcem q. 18. Quod de anno ciuili interpretor, & etiam seruant Iudæi, qui hinc suos annos ordiuntur, ac in suis Calendarijs mensis primum locum attribuunt. Addunt aliqui tēpore Moyfis & multis retro mensis mensis Tisri fuisse initiū anni: quod cōcedo, de anno vulgari. Sicut tēpore homines autūni oportunitatē secuti, à festo S. Remigij, vel S. Gallij contractū deducunt: ita olim, etiā Patriarcharū temporibus in vsu fuisse persuadere, nō quod in autumno mundus sit conditus, sed quod tunc partem milias fere videre soleant, quæ in annum sequentem vitæ præsidia supplicia cessatia sint. Sed hæc nō obstant, quo minus etiam à Calendis Ianuarijs mensis annos aggtediamur, ac Hebræi, nunc vt olim Nisan primū habeant mensibus anni, & inde Patriarchæ mundi ætatem computarint, vt alibi dixi. Sed in Vere rātum, nec solum in autumno præcorum annorū initia cōstituta. In negotijs enim diuersi generis diuersa annorū capita statuere nullum incōmodum. Adde ex hoc Scripturæ loco colligi non posse, quod in autumno fuerit annorū initiū: Latinus enim textus nihil aliud habet, quā solemnitas tabernaculorū illa anni parte celebrandam, qua terre fructus reconducuntur. Cuius habet: ἐορτὴν συναγωγῆς μεσσηνίας ἐν τῷ 8. festū collectionis medicatæ annu-

Quid sit Tikupha.

Thecupha autē nō ad solū anni exordiū, aut finē accommodatur, sed ad partitā anni varietatē, autūnnū, hyemem, ver, æstatē. Vnde in sua: um. Ep-

ridum tabulis, thecaphath adscribere solent, non soli Tifri, sed etiam Tebeth, Nilan & Tamuz. Vis igitur verborum huius loci, aliud non vrget, quam vt autumno redeunte festum Scenopegie celebretur.

EXODI 34. v. 28.

Fuit ergo ibi cum Domino, quadraginta dies, & quadraginta noctes. Tostatus in hunc locū. q. 23. Computatur, ait, isti 40. dies, quibus Moyses iacebat corā Domino orans, vt remitteret peccatum populi. & dies illi in quibus descendit de monte, & excidit tabulas lapideas, atq; portauit ad Deum, atq; scripsit eas Deus, & reuersus fuit Moyses de monte portans eas. Idē lenxius Cornelius hic, & primam Moyses quadagesimā computat à die septima mensis tertij vsque ad decimam septimam mensis quarti: postera, id est, 18. die inchoat alteram quadagesimam, & finit eam die 28. mensis quinti, quo putat Moysen secundas legis tabulas à Deo accepisse & radianti fronte illustrem ad castra rediisse. Ita philosophantur plerique, non tamen omnes, quā duas tantum quadagesimas Moysi concedunt. At verò longè verius esse puto, quod idē Tostatus notat Deuter. 10. v. 1. nempe finita 40. dierum oratione, Moysi datum esse de tabulis præcidendis mandatum, vt afferunt ij, qui ter 40. dies Moysi in Sina adscribunt. Vnde concludo, 40. dies hoc v. 28. notatos computari ab eo die, quo Moyses cum petitis tabulis ascendit, vt pridie iussus fuerat, & hisce diebus 40. contineri ea, quæ à versu 4. vsque ad 28. huius capituli recensentur. Inijr autem hæc quadagesima die circiter 29. mensis quinti, & relictis ad decimam septimi mensis diem tabulis completa est, vt etiam Tornielus fatetur num. 52. & 56. licet tertiam in Sina quadagesimam neget. Moysen porro hæc tabulas ad diem 10. mensis septimi reuulisse tradunt non modo Hebræi, sed & Christiani, vt supra dixi Exodi 32. vers. 30. num. 10. cum Lyrano, Hugone, Torniello, Saliano &c. qui rationem probabilem afferunt, non quod Moyses reuersus mox festum expiationis celebrauerit: sed quod hoc festum eodie institutum sit, quo Hebræi illius peccati, quod adorato vitulo admiserant, plenam remissionem acceperint. In memoriam enim huius beneficii festum Expiationis statutum esse præter alios docet, S. Thomas, 1. 2. q. 10. a. 4. ad 10. Quando autem aliud non constat, illo anni die beneficium à Deo acceptum esse dicitur, quo annua celebritate recolitur, vt patet exemplo Paschatis, Pentecostes &c. Addit Salianus num. 709. Moysen cum tabulis facie splendente ad vesperam diei 9. rediisse, quando more Hebræo dies decimus inchoari censetur: quod probabile duco, non tamen certum, cum non constet, vtrum 40. illi dies, quos egit cum Deo Moyses ita computandi sint vt quadagesimo, ad castra redierit, an verò die quadagesimo primo.

Hæc aliqui ad 2. quadagesimæ referunt.

Alij melius ad 3.

P. Philippi

Chronologia Testamenti

A IV

17

Aa 3

CA

CAPVT XL. EXODI v. 2.

Quando
hoc iussum
fuerit?

1. Opinio.

1. **M**ense primo, prima die mensis eriges tabernaculum testimonij. Videri cuiuspiam
set, Deū hoc mandasse prima die mensis primi, vt moner hic Abulensis q. 1. Nam Moyses ad parendum Deo promptissimus erat, atque ita vix
eodem die mandatum accepisse, quo effectum dedit. Verum hanc rationem
non esse efficacem, bene docet idem author; dum enim aliquid ita præcipitur
vt tempus executionis non determinetur, perfectæ obedientiæ est, quam
num fieri potest, in executionem incumbere. Quando verò is qui præcipit
certum executioni tempus designat, virtus obedientiæ, tempore præcipiendi
mandatum exequitur. Cum igitur hoc loco, Deus certam diem erigendi
tabernaculo præscripserit, potuit Moyses perfectè obtemperare, erigendo
prima die mensis primi: etiam si mensibus aliquot hoc mandatum præcipi
perit quam prima ista dies affulgeret. Neque etiam existimandum est, quod
hoc præcepisse pridie illius diei, quo opus faciendum erat: vsitationem
quendi modo dixisset Deus, *cras, altero die, vel mane*, eriges tabernaculum
Exodi 34. v. 2. *Esto paratus mane*. Et 1. Reg. 28. v. 19. *Cras autem tu & filij tui
eritis*.

2. Existimat autem Abulensis, aliquot antè diebus, quam perfectè
Tabernaculi partes, Deum cum præsciret, quando absoluendæ essent, præcipisse,
vt prima die mensis primi tabernaculum illud statueret. Quæ
ratio probabilis est & Cornelio placet.

2. Opinio.

Torniellus verò ad an. m. 2544. num. 91. putat datum Moysi hoc mandatum
perfectis iam rebus ad tabernaculum requisitis. Omnes autem in hoc
tiunt, vt sub finem anni primi ab Exodo, hæc fabrica fuerit absoluta, & Moysi
illius erigendæ mandatum accepit. Cæptam etiam huius operis
mox à Moysi reditu cum secundis tabulis commune est authorum aliorum
Hunc reditum nonnulli ad 28. diem mensis quinti referunt vt Cornelius

Taberna
culū 7. fore
mensibus
constru-
tum.

15. alij meo iudicio verius ad 10. mensis septimi. Sic ædificatio & erectio
tabernaculi tenuit Synecdochicè septem menses, puta maiorem partem
mi, totos quinque sequentes & primam diem mensis primi, si annus com-
fuit; si embolimæus; integer mensis adijciendus erit. Exacta verò com-
ne, ab inchoata tabernaculi constructione, vsque ad erectionem transiit
sex menses, minus nouem aut decem diebus. Tantum enim temporis
piationis, vsque ad anni finem intercurrit, vt præter alios notat Bonfronius
v. 2. vbi errore Typographico aut mnemonicò, sextus mensis pro septimo
scribitur.

*Quid
Moyſes
diu in mō-
te egerit.*

4. Hinc merito Abulensis Leuit. 1. q. 8. quorundam assertum redarguit, interrogati quidnam Moyſes 40. diebus in monte cum Deo egisset; respondit eum tunc inter cætera Leuitici præcepta didicisse. Nam hæc præcepta tabernaculo testimonij tradita sunt, Leuit. 1. v. 1. hoc autem tabernaculum erat in monte, imò necdum collocatum, quando Moyſes suas quadraginta cum Deo in monte tranſegit. Siquidem Hebræi non antè res ad tabernaculum structuram requisitas contulerunt, quam Moyſes absoluta sua postrema drageſima cum posterioribus tabulis ad castra reuertisset.

*Duo nota
sanda.*

5. Duo tamen hic aduertenda sunt. *Alterum*, non solum in Leuitico etiam alibi, leges & præcepta de sacrificijs, & sacerdotum ritibus tradita sunt, ut patet in Exodo maxime cap. 29. cap. 30. &c. Item ceremoniæ illæ quæ primo die erecti tabernaculi Moyſes, tum sacrificijs offerendis, tum nouitioribus initiandis adhibuit, diuinitus ante Leuiticum ipsi iam innouentur, patet Exodi 29. & hic cap. 8. *Alterum*, in decursu huius libri, quædam recapitulationem subinde inferi, quæ ante dicta gestaue fuerant, ut infra cap. alijs in locis annotabo: quorum nonnulla in ipsis sacris Biblijs ad manus indicantur, ut cap. 1. v. 3. cap. 3. v. 3. cap. 8. v. 32.

CAPVT VIII. LEVIT.

*Quando
hæc gesta.*

QUæ hoc capite narrantur, gesta sunt primo die primi mensis, quando erectum est tabernaculum: ut patet Exodi 40. v. 12. & 29. Ita Cornelius 1. Tostatus Leuitici 1. q. 8. & cap. 8. q. 1. ubi monet legem de consecratione sacerdotum fuisse latam Exodi 29. hic fieri recapitulationem: quibus præsertim, quam Bonfrerio, qui videtur opinari, hæc præcepta eo die Moyſi quo Aaron cum filijs consecratus est, Non negat tamen, nec negare potest esse recapitulationem.

CAPVT IX. LEVIT. v. 1.

*Quæ
consecra-
tionis
Aaron.*

1. **F**ACTO autem octauo die. Hunc diem octauum ab initio consecrationis & filiorum eius computandum, omnium ut opinor, est sententia. Id assertit Tostatus in hunc locum, Rabi Salomon apud eundem q. 1. Num. 7. Cornelius, Bonfrerius, Menochius hic. v. 1. Lorinus Num. 1. v. 1. niellus, Salius. Rationem afferunt ex præcedenti cap. v. 33. De octauo quoque tabernaculi non exhibitis septem diebus, usque ad diem, quo complebitur tempus consecrationis: septem enim diebus finitur consecratio. Antequam enim completa esset consecratio, eis non licebat functiones sacerdotales obire. Absoluta septem consecrationis suæ diebus, Aaron & filij eius, immolatis octauo die primitijs, noui sacerdotes suas Deo primitias obtulerunt.

2. Hanc octavam diem consecrationis Aaron & filiorum eius Rabbi Salomon, in primam primi mensis coniecit, ratus septem ultimis diebus ultimi mensis, illos sacris initiatos fuisse. Rationem afferebat, quod prima die primi mensis Aaron & filij eius videantur functi munij sacerdotilibus offerentes sacrificia Principum Hebræe gentis de quibus Numer. 7. Quod non poterant nisi transactis 7. diebus à suæ consecrationis exordio. Assentitur Genebr. ad finem anni m. 2669. dum scribit 23. Adar cœpisse dies consecrationis illorum, & primo die Nisan iam fuisse expletos. Quod ipsum Hebræi turmatim putant.

1. Opinio.

Ratio.

3. At verò commune auctorum placitum vult octavam hanc à consecratione Aaron incidisse in octavam pariter mensis primi, & clarè colligitur ex ultimo capite libri Exodi, quo prima die primi mensis dicitur collocatum fuisse tabernaculum, & tunc, (non antè) Aaron eiusque filij sacris initiati. Nam ver. 12. iubet Deus vt Moyses eos consecrandos applicet ad fores tabernaculi testimonij, & ver. 30. dicuntur ingressi tectum fœderis & accessisse ad altare sicut præceperat Deus Moysi. Ergo iam tum, erectum & tecto opertum erat illud tabernaculum, cuius ibi collocatio, & consecratio describitur, & de quo Deus postea fudit oracula, vt Leuit. 1. v. 1. Gratis enim aliud ab isto communi tabernaculo fingit Rabbi ille Salomon, vt dicam. Numer. 7. Ita docent Lyranus, Cornelius Boniferius, l. c. Abulensis Leuit. 1. quæst. 8. cap. 9. quæst. 1. Exodi 40. qu. 9. Num. 1. q. 13. Tornellus ad an. m. 2545. num. 2. Salianus num. 14. & 24. Lorinos Leuit. 9. v. 1. Menochius ibidem, dum expresse hanc diem octavam nominat consecratione non solum Aaronis, sed etiam tabernaculi. Rationè Rabbi Salomonis, nullam esse probant plerique auctorum citatorum, cum ex sacris codicibus constet Moysen sacerdotalia munia obiuisse antequam Aaron & filij eius consecrati essent. Nā Leuit. 8. v. 14. Moysen legimus necdū perfecta septem diebus illorum consecratione, sed inchoata tantum, obtulisse vitulum pro peccato: v. 18. arietem in holocaustum, & arietem secundum in consecratione sacerdotum, v. 22. huius arietis pectusculum in partem suam tulisse ver. 29. sicut præceperat ei Dominus, puta Exodi 29. ver. 26. Talis autem pars sacerdoti cedebat. Nihil igitur obstat, quo minus Moyses obrulerit, per primos septem dies munera Principum filiorum Israel, de quibus Num. cap. 7. antequam absoluta esset Aaronis & filiorum consecratio. Octava igitur die primi mensis anno secundo Exodi, quæ etiam erat octava ab incepta consecratione Aaronis, gesta sunt quæ hoc capite recensentur.

2. Communi sententia.

Ad rationem 1. opinio.

4. Eodem anno, mense, die mensis, egressus ignis à Domino deuorauit holocaustum, & adipem qui erant super altare vt hic scribitur, ver. 24. anno mundi 2545. vt cum Tornello & Saliano reor: ante vulgarem Christi æram 1496. vt notat sur.

Bb

Cor-

P. Philippi

Chronologia Testamenti

A. IV

17

Ibid. Adrichom. 2.454. Torniellus anno 1545. num. 3. & 4. Salianus numer. 29. Lorinus Levit. 9. v. 1. & cap. 10. v. 1.

5. Objicit Caeteranus casum istum filiorum Aaron non posse signari eo die quoniam diximus; nisi peractis sacrificijs, & populo ad sua dilapso. Verum bene id negat Salianus & ait diuinam hanc animaduersionem sacrificijs needum omnino finitis accidisse.

Sacrificijs needum finitis.

CAPVT XVI. LEVIT. v. 29.

1. **M**ense septimo decima die mensis affligetis animas vestras. Festum expiationis hoc die celebrandum fuisse inculcatur etiam infra cap. 23. vers. 27. & Num. 29. vers. 7. Nec obstat, quod illo cap. 23. vers. 32. dicatur: *affligetis animas vestras die nono mensis.* Id enim intelligitur de inchoatione ieiunij ineuntis ad vesperam diei noni computo ciuili: legali enim supputatione, eadem vespera celebratur initium festi expiationis, quod die decimo celebrabatur, vt ibidem his verbis insinuat: *A vespera ad vesperam celebrabitis sabbata vestra.* & vnanimi consensu traduntur Chronologi, tum facti interpretes. Celebrabantur enim festa ab occasu solis, ad occasum eiusdem, vt notat ibidem Menochius, Tostatus Levit. 2. 3. quæst. 23. quibus alij assentiuntur ac etiamnum prædicant Hebræi.

Festum Expiationis

2. Faterur hoc loco Bonfrerius festum expiationis ex Hebræorū & multorum Catholicorum sententia institutum fuisse ad recolendum beneficium remissionis peccati quod adorato vitulo Hebræi admiserant. Hoc enim die putatur Moyses exacta in monte vltima quadagesima, nuncium criminis plenè condonati retulisse. Sed hæc omnia ait esse valde incerta. Vtrum Moyses die expiationis monte descenderit, nullum in scriptura esse indicium. Hoc festum in memoriam remissi peccati institutum fuisse, quam ab illis intrepide asseritur, inquit, tam facile negari potest, cum id in scriptura nullum habeat fundamentum.

Cur institutum.
1. Opinio.

3. Ego verò fateor, hæc minimè a podictica esse: probabilia tamen arbitror, si sanè intelligantur: nimirum festum expiationis indictum esse primario ad expianda totius anni peccata à populo Hebræo commissa, vt innuitur hoc c. v. 10. & 34. & tradunt interpretes. At hoc non obstat, quin Deus hoc festum eo die peragi voluerit, quo Israelitæ peccatū sibi remissum intellexerūt, siue Moyses ternas in monte quadagesimas exegerit siue binas tantum. Nam & nonnulli eorū, qui tertiā quadagesimam in Sina transactum expungunt Moyses reditū ad diem 10. mensis 7. referūt, vt Torniellus. Et si verò Moysen, ad expiationis diē cū tabulis reuertum scriptura nō exprimit: antiqua tamen traditio suggerit, quam admittere videtur ipse Bonfrerius Exodi 40 v. 2. vbi cum dixisset in aditu de erigendo tabernaculo datū Moysi, sub finē mensis duodecimi, quādo eius

2. Opinio probabilior.

P. Philippi

Chronologia Testamenti

A IV

17

fabrica complebatur, colligit quinque circiter menses cum dimidio, in
 ficatione tabernaculi fuisse positos, eo quod tantum temporis interiacea
 ter diem expiationis & finem mensis ultimi. Nempe Moyses mox à
 dita cum secundis tabulis & læto remissi peccati nuncio, tabernaculi
 bricam auspicatus est, cum non esset vlla causa, quæ opus istud tenu
 retur.

CAPVT XXIII. LEVIT. v. 5.

Mense primo, quarta decima die mensis ad vesperam Phasæ Domini est.

QVÆSTIO I.

Cuius diei vespera intelligatur.

14. diei 23. 1. Quidam hunc versiculum ita sunt interpretati, vt dicerent a gon
 chalem immolandum fuisse illo vespere, qui inter diem 13. & 14. in
 cedit. 1. Quia lege cautum erat, vt Hebræi à vespera ad vesperam sua sabbata
 rent, vt hic dicitur, v. 32. Deinde Iosephus ait Hebræos in Agypto primæ
 cha celebrasse appetente siue instante luna decima quarta. 3. Dicitur Deu
 16. v. 6. immolabis phasæ vespere ad solis occasum, quando egressus es de Agypto. Vnde
 nulli concludere volunt, Hebræos migrasse, circa solis occasum, quo chalem
 tur dies 14. pridie autem, etiam circa solis occasum immolasse phasæ
 num Paschalem. Quod ex Zonara confirmant, qui eis videtur docere
 lem ex Agypto excessisse luna decima quinta oriente. Certum autem
 nam decimam quintam eo ferè tempore oriri, quo in a dversa cali parte
 cumbit.

*Sed 14. diei
 mensis.* 2. Hanc nihilominus interpretationem falsam esse bene offendunt
 hic. q. 7. Suarius tract. de Eucharistia in azymo conficienda, Ribera
 de Templo cap. 3. Cornelius, Bonfrerius, Menochius & alij in hunc locum
 niellus, Saliarius in tabulis mensum, Peravius anno m. 2453. Hebræi
 ritualibus. Consentunt Sectarij Caluissius cap. 38. Intrad. Chron. Al
 Chronol. 5. Qui omnes authores ex communi doctrina statuunt Hebræos
 solum in Exodo, sed sequentibus etiam temporibus ex legis præscripto
 Paschalem immolasse ad finem diei 14. & hunc asserunt sensum esse verum
 iam recitati. 1. Quia quando absolutè dicitur alieuius diei vespera
 gitur de fine illius diei. Vt si quippiam gestum scribatur ad vesperam
 bati, ea significatur, quæ sabbatum terminat, idque ex communi
 turæ & loquendi consuetudine. Singuli enim dies etfi duabus vesperis
 terminis includantur: non tamen habent nisi vnã vesperam sibi præ
 sam scilicet, qua finiuntur. Ea verò vespera quæ sabbatum præcedit

Prob. 1.

est absolute loquendo vespera sabbati, sed feria sexta, ut patet Gen. 30. ver. 16. Exodi 8. v. 14. Neque lex edicebat festa à vespera propria ad vesperam propriam celebranda: sed simpliciter à vespera, nempe diei præcedentis, ad vesperam, pura diei ipsius festi. *Secundo.* Agnus ut paulo post dicam, ante solis occasum immolabatur, more autem legis antiquæ, nullus dies inire censebatur, nisi præcedentem diem clausisset solis occasus, sicuti nec ante solis occubitum expirabat. Cum igitur Agni immolatio debuerit decima quarta die fieri, non poterat agnus lucente adhuc sole, die tertia decima immolari. *Tertio.* Ex contextu historiarum Exodi 12. patet eadem nocte, qua agnus paschalis absumptus est, occisa esse primogenita Ægypti, neque hanc cladem mox ab occasu solis, in media nocte accidisse legimus illo cap. 12. v. 29. & Sap. 8. ver. 14. Tum virginitibus Ægyptijs eadem nocte a deo festinarunt egredi Israëlitarum, ut fermentandi panis tempus non haberent. *Quarto.* Ex Num. 33. vers. 3. Profecti igitur de Ramesse mense primo, quinta decima mensis primi, altera die phasæ. Quæ verba Hebraicè, Græcè, Latine, clarè indicant, phasæ celebratum fuisse illo vespere, quod proximè diem migrationis antecessit. Violenta autem est eorum interpretatio, qui noctem integram & diem 14. inter phasæ & profectioem intrudunt. *Quinto.* Lex ipsæ verbis Levit. 23. v. 5. phasæ indicit, quibus esum azymorum præcipit Exodi 12. v. 18. Primo mense, quartæ decimæ die mensis ad vesperam comedetis azyma usque ad diem vigesimam primam eiusdem mensis ad vesperam. Ex quibus patet, vesperam quæ phasæ tribuitur, esse eam, qua finitur dies decima quarta, sicut ex omnium etiam aduersariorum sententia azyma ineunt vespere diem 14. sequente & desinant vespere, quo dies 21. concluditur. Tenebat autem azymorum usus dies septem, ut habemus tum alibi, tum Exodi 12. v. 15. & 19. quarum dierum prima erat sancta atque sollemnis. ib. ver. 16. & quidem decima quinta, iuxta illud Levit. 23. vers. 6. quinta decima mensis huius, sollemnitatis azymorum Domini est: septem diebus azyma comedetis. Sicut igitur ad finem decimæ quartæ diei erat extermiatio fermenti: ita & eius agni. Quod etiam disertè Deus imperauerat Exodi 12. v. 8. & edent carnes nocte illa, assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Et repetitur Num. 9. v. 11. Quarta decima die mensis ad vesperam, cum azymis & lactucis agrestibus comedent illud, subaudi phasæ. Hinc Evangelistæ simul verumque coniungunt, agnum, inquam, & azyma, ut Marci 14. ver. 1. Erat pascha & azyma post biduum. Et Lucæ 22. v. 7. Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. Necesse autem erat occidi paschalem agnum, quando inibat dies prima azymorum, vel instabat: quæ cum esset sollemnis ab occasu solis celebrari incipiebat, & tunc agnus comedebar. Sexto, hanc doctrinam omnes tenere debent, qui cum communi & vera sententia à secunda die Paschatis ad Pentecosten 50. dies numerant.

P.
PhilippiChronologia
Testamenti

A. IV

17

Ad 1. Rat.
contr.

3. Ad primum argumentum contrariæ opinionis, iam ex parte rati-
sum est. Dies enim decimaquarta non erat solemnis, nec in numero festi-
rum siue festorum, ac ideo nihil ad eam spectabat præceptum de festis a ve-
ra ad vesperam celebrandis. Deinde non quaeritur hic an vespera diei decimæ
tertiæ aliquo modo ad diem sequentem spectet; sed utrum agnus immolatus
fuerit, vno die integro ante quam azymis vescendum esset. Dico autem
manducandum fuisse cum azymis ex illo Exodi 12. v. 8. & sic pascha celebra-
tum ineunte festo azymorum, quod à vespera diei 14. ad vesperam diei 15.
tenebat.

4. Bene addunt aliqui, dies festos ex legis præscripto celebrandos
fuisse, à vespera ad vesperam: in Scriptura nihilominus dies absolute à ma-
mane computari, & habere duas partes, quarum prior vespere; posterior
terminatur. Quo sensu Gen. 1. dicitur: factum est vespere & mane dies unus
dus, tertius &c. Hinc vere dici potest factum paschæ, & azyma coepisse
sed serò.

Ad 2.

5. Ad secundum argumentum refutandum præsto est ipsiusmet
authoritas, qui lib. 3. Antiq. cap. 10. clarè tradit agnum mactari & abstin-
tum die 14. vt nihil in crastinum reseruaretur, die quintadecima fuisse
nitatem azymorum: quæ septem diebus celebrantur, inquit. Vnde bene
aduertit, de mente Iosephi dubium esse non posse ei, qui caput illud 10.
Quod igitur idem Iosephus ait Hebræos *ὅτι τῆς τῆς τοῦ ἁγίου καὶ δέκα*
celebrasse, verti debet, cum aduenisset decimaquarta, vt alibi notauimus & nota-
eo confirmant, quod *ὅτι τῆς τῆς* sic aoristi temporis, ac proinde præteriti
tionem admittat.

Ad 3.

6. Tertia ratio ab aduersarijs solui debet, si hoc modo proponantur
bræi debebant phasæ immolare, quando egressi sunt de Ægypto: hoc
factum est die 15. primi mensis. Numer. 33. ver. 3. ergo illa die pascha
bant, quod aduersarij non admittunt. Vera autem illius loci Deuter. 16.
præratio est, illud, quando egressus es de Ægypto, non significare præcise
egressus; sed inderminate tempus quo fuit egressus, q. d. sub quo
egressus es: quia sub initium noctis, quæ erat inter diem 14. & 15. præteriti
comederunt phasæ, & post medium eiusdem noctis Hebræi ex Ægypto
grarunt. Zonaram porò non nisi violenter & obrorto collo remittunt
suas partes trahere conantur: solum enim ait Hebræos mouisse, *ὅτι*
quinta, κατὰ τὴν ἡμέραν, secundum lunam, hoc est, ad lunam siue splen-
dente luna, vel potius decimaquinta die mensis ad lunam
cursum prisco Hebræorum more accom-
modati.

QVÆSTIO II.

Quora circiter hora phase celebrabatur.

1. Certum est primò, phase, quo agnus Paschalis mactabatur & edebatur celebrari debuisse ad vesperam, vt constat Exodi 12. ver. 6. Leuit. 23. v. 5. Vtrobique Hebræus habet, inter duas vesp̄as: Græcus priori loco, πρὸς ἑσπ̄ρας; posteriori ἀπὸ ὑποσφ̄ρας ἑσπ̄ρας. Et Deut. 16. ver. 6. Latinus & Hebræus ad, seu circa solis occasum. Septuaginta ἑσπ̄ρας πρὸς ὑποσφ̄ρας ἡμε̄ρας. Chaldaeus, inter duos soles.

Ad vesp̄as

2. Certum est secundò vesperam vulgari & recepto vsu loquendi, esse non solum tempus, quo post Solis occasum paulatim intenduntur tenebræ: sed etiam illud, quo sol necdum quidem occubuit, vergit tamen ad occasum. Sed questio est, quora circiter diei hora intelligatur esse inter duas illas vesp̄as, inter quas phase fiebat.

More vulgari loquendi

Questio.

3. Non nemo, vt notat Cornelius per duas vesp̄as intelligebat, vesperam diei decimæ quartæ, & crepusculum matutinum diei decimæ quintæ, ac proinde tempus agni immolandi esse noctem interiectam. Sed hæc interpretatio singularis est, & gratis excogitata. Aben Esra & Oleaster primam vesperam putant esse solis occasum, alteram verò finem nocturni crepusculi: interea temporis pascha faciendum. Verum neque hæc opinio simpliciter admittitur. Lyranus Exodi 12. lit. E. ait secundum Doctores Hebræos vesperam, qua agnus immolandus erat, incipere ab hora septima (quam primam à meridie vocamus) diei 4. quia tunc sol incipit ad occasum tendere, & ab hac hora, vsque ad principium noctis potuisse immolari phase. Huc ferè spectat quorūdam aliorū dogma, qui asserunt primā vesperā esse declinationē solis à meridie versus occasum: secundā ipsam solis occasum: quibus fauet Abulcasis. At verò si primam vesperam mox à meridie cōputant, eam æquolōgiorem facere mihi videntur.

1. Opinio falsa est.

2. Opinio rejicitur.

4. Rem exactius meo iudicio explicant, qui primam vesperam inchoant, ab eo tempore, quo Sol post meridiem notabiliter progressus dicitur ad occasum tendere, siue, quo vulgo dicere solemus: iam paulatim ad vesperam scit: Secundam autem vesperam, finiente prima ordiuntur ab occasu Solis. Ita Cornelius Exodi 12. v. 6. Pererius, Caietanus, Bonfrerius, Ribera l. c. Masius, Iosue 5. v. 10. Janfenius cap. 145. conc. Euang. Cum autem sol hora nona Iudaica, nostrate tertia pomeridiana circa æquinoctium, notabiliter ad occasum vergat; prioris vesperæ initium commodè ad eam horam refertur potest, finis verò huius & initium posterioris vesperæ ad solis occasum: Ita vt inter hæc duo initia phase siue agnus Paschalis mactandus fuerit. Suffragatur Iosephus libr. 7. belli Iud. cap. 17. Cum, inquit, dies festus adesset, qui Pascha vocatur, quando à nona quidem hora, vsque ad undecimam hostias cedunt. Sic vna ad solis occasum hora

Conclusio.

supra

P. Philippi

Chronologia Testamenti

A IV

17

supererat, qua agnus excoriari, purgari, & ex præscripto legis assationi parari posset.

Quando
agnus pas-
chalis co-
debat.

5. Non comedebatur autem nisi post solis occasum, iuxta illud Exod. 12. vers. 8. *Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes.* Quod enim sole splendente fit, non solet dici nocte fieri. Nox ista qua agnus comeditur proxime diem quintam decimam primi mensis antecedebat, ut ex eo patet.

QVÆSTIO III

Vtrum semper agnus die decima paratus esse debuerit.

Id factum
1. paschate.

1. Non est dubium quin primo paschate die 10. primi mensis id Deuter. 16. vers. 6. *Decima die mensis huius tollat unusquisque agnum milias & domos suas &c. & seruabit eum, usque ad quartam decimam diem mensis.* vers. 6.

& seqq.
temporib.

2. Quicquid porrò dicant Abulensis, Pererius, & aliqui Iudæi apertorum Exodi 12. hoc præceptum non est de solo primo paschate in Re celebrato intelligendum, sed vniuersum in terra promissionis quotannis uandum erat, ut fert communis authorum sententia, quam propugnauerunt Iulianus & Bonfrerius in illum locum Exodi, cum Epiphanio hæresi 50. S. S. Thoma, Toletio, Lyrano Ioan. 12. Ruperto Ioan. 10. & 11. Anselmo Mar Beda in Domin. Palmarum. Addunt plerique primò istis diebus quibus ante pascha domi asseruabatur, Hebræis datam occasionem recolemdum, quo patres eorum quondam ex Aegypto educti fuerant occidit primogenitis. *Secundò*, Christum Dominum idcirco die Paschæ voluisse in Urbem Ierosolymitanam cum pompa ingredi, ut se huic figuræ agnus paschalis die 10. Nisan comparari ac seligi solebat, accommodaretur quibus patet eos authores se uisisse hanc agni præparationem, non fuisse tantum pascha restrictam, sed quotannis usitam.

Occurri
tur obia-
sioni.

3. Verum est, Exodi 12. v. 15. Leuit. 23. v. 5. & seqq. Deut. 16. v. 1. ad præceptum de paschate & azymis inculcatur, hanc cæremoniam peculiari die 10. primi mensis habendæ, non iterari. Id enim opus non erat, cum factum semel cauisse ut fieret, sicut præcepta, de renibus accingendis, baculis mactandis, vorandis cum capite intestinis non iterantur. Plura seruanda quam quæ locis proximè citatis annotentur: nempe ea omnia, quæ in lege sanciantur Exodi 12. v. 25. *Cumq; intraueritis terram, quam Dominus dicit vobis, ut pollicitus est, obseruabitis cæremonias istas: puta die 10. agnum seligetis die 14. immolabitis, eius sanguine postes aspergetis, eius carnes cum azymis & lactucis agrestibus nocte comedetis, festinantes accincti, calceati, &c.*

4. At cur tot diebus ante pascha agnus quotannis in promptu habendus? Resp. *Primo*, quia sic Deus non modo instante Exodo, sed sequentibus etiam temporibus fieri voluit. *Secundo*, in sola Vrbe Iero solymitana mandatus erat, quo hominum infinita penè multitudo ad Pascha confluebat: & sicut tum non erat victimæ præparationem ad dies ultimos differre, præsertim cum paranda essent alia ad solemnitatem azymorum. An fortè etiam, quia si intra dies quibus agnus asseruabatur, vitium in eo deprehensum fuisset, alius eius loco substitui debebat? Hoc de primo paschate plerique asserunt: cur non de alijs?

XXIII. LEVIT. v. 6.

7. *Septem diebus azyma comedetis.* Eadem verba habentur Exodi 12. vers. 15. Lex de azymis in die septimo est solemnitas Domini. Azyma comedetis septem diebus. Et Deut. 16. v. 3. *Septem diebus comedetis azyma, afflictionis panem.* Tum causa subiungitur: quoniam in paucis egredis de Aegypto, ut memineris diei egressionis tuae de Aegypto omnibus diebus tuae. Ex quibus duo habemus. 1. Azyma non tenuisse octo integros dies, sed septem dumtaxat. 2. Hebræos primo paschate, non tam vi ordinarij præcepti septem dies azymorum obseruasse, quam ex accidenti, eo quod mox migrandum esset, nec tantillum temporis suppeteret, ut pasta fermento afficeretur. In terra verò promissionis, sicut festum tabernaculorum 7. diebus celebrandum instituit, ut 40. annorum per desertum peregrinatio recoleretur: ita septem azymorum diebus annua obseruatione recurrentibus Hebræos memores esse voluit earum miseriarum, quæ illis ab Aegypto digredientibus acciderunt, in quibus fuit vltus azymorum, palato parum gratus, per 30. circiter dies, nempe à vespera diei 14. primi mensis vsque ad diem 16. mensis secundi. Numerus enim septenarius mysticus est, multitudinis ac vniuersitatis symbolum, ut Sancti Patres, & sacrarum literarum interpretes morantur.

2. Horum porro septem dierum, quibus fermentatis uti non licebat initium, & finis signatur Exodi 12. v. 18. *Primo mense, quartadecima die mensis ad vesperam comedetis azyma, vsque ad diem vigesimam primam eiusdem mensis ad vesperam.* Vbi aduerto primam & vltimam fuisse solemnes, ac ideo earum celebritatem ab occasu solis inchoandam. Cum igitur prima dies azymorum incidere in decimam quintam mensis nouorum, censebatur inire ad vesperam diei decimæ quartæ, qua post solis occasum, nocte inchoata agnus cum azymis edebatur. At verò singulæ solemnitates sole occumbente expirabant: idcirco die 21. quamvis ea solemnitas esset, fermentatis post solis occasum vesci licebat. Septem ergo diebus à solis occasu ad solis occasum, quasi à momento ad momentum azymorum spatium circumscribebatur.

3. Hæc tamen non obstant, quo minus per Synecdochen octo dies azymorum

Cc

morum

Qui diei

P. Philippi

Chronologia
Testamenti

A IV

17

*sur 8. dies
azymorū.*

morum numerare liceat, si nimirum singuli dies vsu ciuili ab ortu solis ante
mano more à noctis medio putentur. Sic enim pars vltima diei 14. & prior
vigesima primæ ad sex dies interiectos accedunt & 8. dies conficiunt, quæ
quando Iosephus & Rupertus annumerat. Hac autem ciuili computatione
dies decima quarta vocatur prima azymorum: tamen si ritu legali, quo à præ
denti vespera dies festi inire censebantur, septem diebus præcisè azymorum
bantur, quem numerum cum sacra Scriptura diferte ponit Iosephus, Ant
& sic prima dies azymorum erat decima quinta Nisan.

*Qui sex
dies azy-
morū nu-
merantur.*

4. Quomodo verò sex tantum dies azymorum notantur Deuter. 16.
Respondet fortè quispiam id intelligendum supputatione terminatum
clausura, siue primo, & vltimo dierum excluso. Verum genuina istius loci im
gentia est, ibi ex professo non numerari omnes azymorum dies, sed eos
qui solemnitatem azymorum vsu concludentem præcedebant, vt verba
præ se ferunt. *Sex diebus comedes azyma, & in die septima, quia collecta Domini
est, non facies opus.* q. d. prius sex diebus azyma comedes, quam festum col
vacando à laboribus celebres. Simili sensu anni Patriarcharum num
Gen. 5. non totius vitæ, sed ij solum, quos ante filios ibi recensitos vixerunt.
Vixit 93. Jared centū septuaginta duobus annis, & genuit Henoch. Eūdem loquen
dum vsurpant 70. Seniores Exodi 13. v. 6. vbi Hebræus & Latinus septem
signat, illi vero: *sex dies comedite azyma, die verò septima solemnitas Domini.* Sed
sele explicant & cum Latino ac Hebræo subdunt: *azyma ē die 7. rōs 17. a*

*Dies 7. a-
zymorū de
terminati.*

5. Addit Tostatus Leuit. 23. q. 7. dies azymorum ita fuisse à momen
momentum definitos, vt si quis die 14. duabus horis ante solis occasum
comedere incepisset, potuerit per legem die 21. totidem horis antequam
cumberet velci fermentatis. Mihi autem non videtur azymorum terminatio
iuslibet arbitrio relictus fuisse, sed absolute lex vetuisse, ne quis ante solis
sum die 21. fermentato vteretur. Nam & ipse Abulensis sub finē q. 23. dicit
ferit istam esse regulam generalem obseruandi omnia festa, vt obseruati
à solis occasu ad solis occasum. Sicut ergo ibi fatetur Hebræum peccatum
fuisse, qui panem die decima septimi mensis ante solis occubitum com
ira peccasset, qui die 21. primi mensis ante solis occasum fermentato vel
sumplisset.

XXIII. LEVIT. v. 15.

*Tempus Pæ-
nasticas.*

1. Numerabitur ergo à die sabbati, in quo obtulisti manipulum primitiarum
die secunda azymorum, qua falx in segetem mittebatur Deuter. 16. v. 9.
hebdomadas (pura dierum) plenas, usque ad alteram diem expletioris hebdomada
ma, id est, quinquaginta dies, hoc est, vsque ad eam diem, quæ proximè
expletæ hebdomadi septimæ, quo temporis spatium dies 50. continentur.

perius hunc versiculum interpretatus sum, Exodi 19. q. Quando lex data sit cum
authoribus ibi citatis, præsertim §. communis. & à die 16. Nisan vsque ad Pente-
costen inclusis utrimque terminis 50. dies computauit.

2. Sunt tamen qui licet fateantur primò menses fuisse lunares, atque adeo al-
ternis vicibus 29. & 30. dierum numero absolutos, secundo, à die oblationis ma-
nipuli siue decimafexta Nisan inclusiuè, ex multorum sententiâ dies 50. vsq; ad
Pentecosten supputari. eam que ad sextam diem Sivan refertur: licet, inquam hæc
duo fateantur; malunt nihilominus diem oblationis manipuli ab hoc dierum
numero excludere & festû Pentecostes in septimâ tertij mensis transferre. Ita
Bonfrerius in hunc locû, præuijs Serario & Lorino, qui suâ opinionè probant
1. Pentecoste eo anno, quo passus est Christus, & Spiritus S. Apostolis datus in-
cidit in Dominicâ casura aliàs in diem sabbati, si sabbato manipulus fuisset ele-
uatus & celebrata secunda dies azymorum. 2. Authoritate Iosephi, qui 3. Antiq.
cap. 10. non dicit à die oblationis manipuli, sed post hunc diè 50. dies vsque ad Pente-
costen supputari. Addit Bonfrerius non esse, quod contra se urgeat, nisi cõmu-
nem & præsumptam opinionem multorum, quod Pentecoste in diem sextam
Sivan incidere debuerit, sed eam ex Iudæorum non antiquorum Calendarijs
deriuatam, ac proinde apud se exigua authoritatis esse.

Obiectio-
nes dua.

3. Verum enim uerò, ut ab hoc ultimo incipiam; vnde cumq; deriuata sit i-
sta opinio, quam communem fatetur, ei subscribunt viri auctoritate præstan-
tes, quorum nonnullos laudauit Exodi 19. v. 16. rum. 3. & reuera ex ipso sacro
textu probabilissimè deducitur. Versiculus iste 13. Leui. 23. omniû consensu in-
claudit terminum ad quem horum 50. dierum, puta diem illam, quæ proximè
cõpletas septè hebdomadas excipit, ergo & terminû à quo, siue diè oblati ma-
nipuli cõplectitur. Nam siue caula ambiguitas aut varia terminorum acceptio,
in vno eodemq; verborû cõtextu & periodo non prolaxa, excogitari nõ debet:
quod tamè fieret, si cõtra cõmunem sententiam terminus à quo hic descriptus
exclusiuè, terminus ad què inclusiuè sumendus esset. Hic igitur terminus uterq;
includitur, nèpe dies oblati manipuli, & dies Pentecostes, sicut inclusis termi-
nis sumi debet ea comminatio, de qua Exodi 12. v. 15. Quicumq; comederit fermenta-
tum, peribit anima illa de Israel, à primo die, vsque ad diem septimum.

Doctrina
communis.

4. Iosephus quidem non dicit ab hac die oblationis manipuli, sed quod pluris
faciendum est, id aperte Scriptura asserit, à die sabbati siue festi, in quo obtulistis
manipulum. Neq; Iosephus scripsit post hanc diem, sed μετὰ τὰ ἑπτὰ τῆν ἑορτήν, post
hoc sacrificium, oblationem scilicet manipuli & holocaustum agni cum mani-
pulo immolati. Hoc autem non impedit, quo minus dies sacrificij includatur,
sicut dies mortis Christi includitur, cum dicitur tertio post mortem die resur-
rexisse.

Ad obie-
ctiones.

p.
Philippi

Chronologia
Testamenti

A IV

17

*Vnde sup-
dusentur
50. dies Pen-
tæcostes.*

5. De aduentu Spiritus sancti vide dicta Act. 2. Interim meminero Catholicos & graues authores reperiri, qui velint diem, quo Spiritus S. Apollis datus est fuisse Pentecosten non Iudæorum sed Christianorum, quo Christi anastasi est dies quinquagesima terminis inclusis, sicut Hebraei Pentecoste à die eleuationis manipuli computatur. Deinde alios esse, qui dant Iudæos, eo anno quo Spiritum S. acceperunt Apostoli, non seruasse nariam à Paschate ad Pentecosten dierum supputationem. Denique non esse qui censeant Iudæos, saltem aliquos, eo anno primam azymorum festi celebrasse, quo Christi corpus erat in sepulchro: sic illorum Iudæorum Pentecoste in Dominicam veniebat. Vide Petauium lib. 12. de die quo Christus in Pascha celebravit.

XXIII. LEVIT. v. 11.

*Festū Pen-
tæcostes e-
rat unius
tantū diei.*

1. Et vocabitis hunc diem celeberrimum. Puta Pentecosten, quæ unica celebrabatur, puta sexta mensis tertij, vt fert communis authorum sententia contra Genebrardum in Calendario, qui plures ei dies, atque adeo octid tribuit. Genebrardo fauet author histor. Scholast. & Tullus Crispinus Acta, vt refert hoc loco Bonfrierius, & bene addit, eos qui plures dies dant Pentecosten consecrant nullum fundamentum, vel ex Scriptura, vel sepho solidum habere. Idem notat hic Lorinus v. 15. Salius anno m. numer. 426. & confirmat ex Philone lib. de Decalogo sub finem, vbi duas tantum solemnitates septem diebus celebrari solitas, alteram in autumno alteram. Idem pro concessio sumit Ribera lib. 5. de Templo Tostatus hic q. 16. Cornelius Exodi 29. v. 11. & alibi, alijque sacrorum codicum interpretes dum agunt de Pentecoste. Torriellus an. m. 2545. num. 24. & bula mensis Sivan.

XXIII. LEVIT. v. 24.

*Festū Tu-
barum.
Dua illius
causa.*

1. Mense septimo, prima die mensis, erit vobis sabbatum memoriale clangentibus. Traditio est etiam à Christianis recepta, hac die ne manu patrum claretur, liberatum Isaac, & hoc festum in illius rei memoriam institutum Hebraei in suis Chronicis & Calendarijs. Genebrardus, Torriellus, Salius Tostatus hic q. 18. Cornelius, Menochius, Vincentius lib. 2. hist. cap. 4. & alijque interpretes tum in hunc locum, tum Gen. 22. Addunt nonnulli vt Cornelius & Lorinus hic aliam huius festi causam, vt nimirum Israëlitæ periculis à Deo deprecarentur, & inopinatis casibus eriperentur, perinde atque ereptus fuerat.

Alia causa.

2. Bonfrierio magis placet hoc festum idcirco statutum fuisse, quod primus dies mensis septimi, cum numerus septenarius sacer & mysticus beatus. Deinde, quod plura hoc mense festa, quam alio quolibet celebra-

reputa Tubarum, Expiationis, Scenopegiae, Collectae: quae praerium Buccinae sonum merebantur. Addit potius videtur hoc festum agi solitum in commemorationem Ierichuntini excidij sub primum in Terram promissionis ingressum facti. Iosue 6. v. 16. Quicquid sit, nolim hinc memoriam Isaac exclusam, quae Hebraeos ad pia vota facile incitabat, vta mortis inopinatae periculis diuinae protectione eriperentur.

XXIII. LEVIT. v. 43.

ut discant pueri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Aegypti, subaudi per annos 40. Hinc apparet festum tabernaculorum institutum fuisse, ut Hebraei memores peregrinationis suorum auorum in deserto, grates Deo agerent, quod in terra promissionis fixa haberent domicilia, in quibus oprata quiete frui liceret, si in officio permanerent. Bene rament Menochius & alij in hunc locum aduertunt, hoc festum etiam idcirco decretum, ut Deo gratiae agerentur pro frugibus toto anno collectis, ut insinuat Exodi 23. v. 16. & Num. 29. v. 12. Quod valde mihi probabile videtur, sicut & illud quod multi tradunt, scilicet festum Expiationis celebratum fuisse, tum ut Hebraei sua peccata expiant, ut notatur Levit. 16. v. 30. tum in memoriam accepti nuncij quo Moyse cum secundis tabulis ad diem 10. mensis septimi, populo significauit Deum plene veniam indulgisse peccati, quod adorado vitulo admissum fuerat. Duplicem autem festi alicuius causam assignare, minime absurdum videri debet, ut patet ex ijs, quae iam v. 24. afferebam. Sicut & festum Pentecostes agebatur non solum ut Deo solemnes frugum primitiae offerrentur, sed etiam in memoriam datae legis. Quamuis huius posterioris causae mentionem in scriptura non reperiamus.

Causa Festi Scenopegiae.

Festi Expiationis.

Pentecostes.

CAPVT XXV. LEVIT. v. 4.

1. Septimo autem anno sabbatum erit terra. Quae ratio hic moueri solet, vtrum a mense Nisan, initium duxerint anni sabbatici, an vero a Tisti. Eadem autem ratio est Iubilaeorum, quos Abulensis hic quaestio. 8. non tam docet, quam supponit a Nisan computandos fuisse. Eos nihilominus a Tisti ex legis praescripto iniisse constans est Hebraeorum traditio, quam & plerique Catholicorum admittunt. Burgensis Exodi 12. addit. 1. Pererius lib. 1. in Genesin cum agit de tempore creationis mundi, Serarius Iosue 13. quaestio. 17. Caietanus, Cornelius, Lorinus, Menochius in cap. 25. Levit. Bonferrius Exodi 23. vers. 12. Tornellus ad an. m. 2584. numer 5. Salianus an. m. 2544. num. 681. Rutilius Benzoni de Iubilaeo lib. 1. cap. 1. Accedunt Scaliger. libr. 5. Emend. temp. cap.

Initium anni Sabbatici.

p. Philippi

Chronologia Testamenti

A IV

17

*Non erat
in vere.*

de anno 1. sabbatico, Caluissius ca. 26. Intro. Chron. Alstedius Chronol. l. 2. Ratio, quia congruū erat, vt istorum annorū initia mox à frugibus in autumno collectis, duceretur. Siquidē lege cauebatur ne istis annis sementis aut metis fieret: alias enim contigisset, vt non nisi vnus anni messe Hebræi quinquagesimo nono victitarent. V. g. annus ab initio Sabbaticorum 98, erat sabbaticus, tunc enim, sine messe: sic nihil erat, quod anno 99. meteretur; nec erat causa cur anno 99. in autumno sementis fieret, quia anno centesimo, vt pote lubilæi meti nec feri poterat, quo fiebat vt etiam annus centesimus primus meteret. Ergo annus demum 102. messem suam nanciscebatur: & sic messis anni 97. collecta victum Israëlitis præbuisset, reliqua istius anni parte, totus anno 98. 99. 100. 101. vsque ad messem anni 102. idem contigisset quoties lubilæus alijs vicibus in annum secundum semitæ recurrisset. Siquidem vnus messe & semente carebat annus septimus, octauus messem non repetens annus nonus, quia lubilæus nec sibi nec anno sequenti messem relinquere solitus sementem duntaxat fecisset, anno tandem vndecimo messem parurus. Idem prius accidisset, quoties lubilæus cum anno 5. semitæ conceperat. Tunc enim frugibus æstate anni quarti perceptis, viuendum fuisset, toto quinto, qui, vt pote lubilæus, verabat sementem & ex consequenti messem 6. præpediebat: anno verò sexto frustra seminatū fuisset, quia annus septimus messem priuatam non admittebat, sicuti nec latius nemat q; ita nihil erat, quod anno octauo meteretur, sed annus denum nonus messem colligebat.

Sed in Autumno.

2. At verò è contrario cum anni Sabbatici & lubilæi à mense Tisri partitur, messis anni sexti annonā Hebræis suppeditabat toto anno sabbatico & sequenti, si erat lubilæus: quo finito in autumno, erat permissa sementis anni sequenti sub initium Veris & medium æstatis messis colligebatur. Nonna, quæ labentis anni sexti autumno percepta fuerat, non nisi ad autumnum sese porrigebat: quod Deus futurum promiserat Leuit. 25. v. 25. in verò exemplo anni 98. nulla est difficultas: nam messis anni 97. finientis victum anno sabbatico, quo completo, mox fiebat sementis, ex qua messem colligebatur, antequam iniret annus centesimus, siue lubilæus, vt latius de Torniiellus & Salianus. Abulensis autem prædictas difficultates euitare potest, cum fateatur annum lubilæum esse quemlibet quinquagesimum centesimum. Quod si eorum rationes sequeretur, qui annum lubilæum quadragesimo nono semitæ confundunt, non video, quomodo possent in ista opinio quæ ipsi tribuitur.

*Quomodo
Nisan ca.
pui anni.*

3. His non obstat illud Exodi 12. v. 2. *Mensis iste (Nisan) vobis primus erit in mensibus anni.* Est enim ibi regula generalis, quæ in annis Sabbaticis & lubilæis patitur exceptionem hoc cap. vers. 8. 9. 10. expressam.

autem huius exceptionis sufficiens erat Dei sic iubentis voluntas: congrua vero, ne vel sapius iaceret agrorum cultus, vel alius esset qui seminare, alius qui metere, vel vbertas miraculosa frequentior rediret.

XXV. LEVIT. v. 9.

1. Clanges buccina mense septimo decima die mensis. Quæritur hic, quoto die mensis Tisri, merine anni Sabbatici & Iubilæi: utrorumque enim eadem est ratio. Salius an. m. 2544. numer. 685. ait se proniorem esse ad existimandum, ipso primo die mensis cum tubarum clangore tam sabbatico, quam Iubilæo anno initium datum fuisse. 1. Quia alias vnus mensis in duos annos distractus fuisset. 2. Hebræi initio huius mensis inscribunt festum tubarum & caput anni.

2. Alij probabilius, vt reor, censent, non ante diem expiationis, quæ erat decima mensis septimi istos annos incepisse. Ita Cornelius, Bonfrenius, Menochius in hunc locum, Serarius illo cap. 13. Iotue. Torniellus an. m. 2584. numer. 5. Quia hic expressè dicitur, die isto decimo tuba clangendum, promulgandum annum Iubilæum, & vocandam, id est, denunciandam remissionem, scilicet seruitutum, debitorum, & honorum quæ ad alios transiuerant, vt bene Menochius Torniellus &c. Non est autem congruum vt tubæ sonitu annus tunc primum promulgetur, quando iam aliquot dies illius esfluxerunt: sed potius vt remissio Iubilæi indiceretur, & re ipsa, quoad commodè fieri poterat, quamprimum executioni mandaretur, quando gens Hebræa expiationis die, sibi peccata remitti postulabat. Quoad inquam commodè fieri poterat, nempe vel ipsa die expiationis, vel prima Scenopegæ, vel fortè, cum celebratis tabernaculorum diebus, Deoque gratijs pro frugum perceptione rite peractis, dies collectæ siue cætus haberetur, vt notant authores præcitati.

3. Rationes Salius non premunt, vt monet Bonfren. Non enim absurdum est, mensum aliquem civilem, ex legis statuto, hoc modo esse diuisum. Simile enim firmissis regionibus, in quibus annus ratione Beneficiorum Ecclesiasticorum, a festo Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ exoritur. Præceptum etiam annuæ Confessionis & Communionis, non est ad certum alicuius mensis civilis initium alligatum. Nunquid Annus Sanctus ritu Catholico, die 25. Decembris aperitur? Deinde festum & clangor tubarum primæ diei Tisri alio spectabat. Denique esto anni civiles, ob commoditatem contractuum ab exordio mensis inceperint: poterant tamen anni Iubilæi in Synagoga decimo die tardius emergere, sicuti iam initium anni Sancti in Ecclesia diebus aliquot Calendæ Ianuarias antecurrit.

4. Equæ

P.
PhilippiChronologia
Testamenti

A. IV

17

Ad. opi-
nionem.

*A die 10.
Tisri
aut annus
sabbaticus*

4. Equidem hos annos malim ipsa die Expiationis ordiri, quam postea
video rationem cur ij, qui ista quidem die promulgatos, sed postea inceptum
isse asserunt, & Iubilæum ab anno 49. semitæ nõ distinguunt, hos annotari
potius, quam à Nisan auspicietur. Si autem scriptorum autoritate ducamur
plures sunt & grauiores, qui annos Iubilæos & Sabbaticos ab autumno
ducunt, ita tamen vt Iubilæum cum quadragesimo nono minimè con-
dant.

XXV. LEVIT. v. 10.

Delubilæo Sanctificabisque annum quinquagesimum. Hebraicè & Chaldaicè, annum quinquagesimum annorum. Græcè annum quinquagesimum annum. Monet hic Lortius esse apertius textu nostro, in quo præcipitur sanctificatio anni quinquagesimi post annos 49. Mihi hunc textum Hebræum, Græcum, Latinum confidendum & cum v. 15. cap. 23. Leuit. conferenti, tam clarum videtur, ab anno primæ colationis ad Iubilæum inclusi uè 50. annos numerandos esse, quam clarum à die 2. azymorum vsque ad Pentecosten 50. dies computari. Vide infra res in hanc sententiam laudatas.

XXV. LEVIT. v. 20. 21. 22.

Quod si dixeritis: quid comedemus anno septimo, si non seuerimus, neque colligimus fruges nostras? Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructum terræ, sicut in anno primo, & comedetis veteres fruges vsque ad nonum annum, quia nascantur, edetis vetera.

1. Opinio.

1. Cornélius tantum notat Deum promittere se daturum anno sexto pro tribus annis, nimirum, sexto, septimo, octauo, quo rursus seuerantur viuis lib. 9. ca. 26. nullum annum Iubilæum à sabbaticis distinctum adnotat, ait hunc trium annorum prouentum de ordinario tantum sabbatico accipiendum esse: alias absurdissimè Moylen quæstioni de victu anni sabbatici respondisse, & omnem scrupulum eximere volentem, omnia alia responsurum, si de solo Iubilæi cum Sabbatico concursu eius responsum intelligeret.

2. Opinio.

2. Bonfrerius ait Deum tacitæ obiectioni respondere, & quamuis de septimo tantummodo exprimat, idem tamen omnino intelligendum de Iubilæo: cum par vtiusque sit ratio. Tres autem annos quorum fructus promittuntur Synecdochicè accipit, à die verò ad diem non nisi duos computat. Nam sextus annus in vere post Pascha fructus dabat, & autumno finit. Tum ab autumno ad autumnum fluebat sabbaticus: mox inibat annus, cuius priore parte, ab autumno, vsque ad veris initium nihil colligebatur, ac proinde annus sextus & octauus erant incompleti. Alias à melle vsque ad vinem, à vindemia ad vindemiam non nisi duo anni intercedebant.

3. Torniellus illo num. 5. aduertit in primis promissionem dandi fructus trium annorum non esse factam, quando de solo anno sabbatico agebatur, sed cum coëptum esset agi de Iubilæo. Vnde colligit eam promissionem, non esse intelligendam de omni sabbatico, sed explicitè de eo tantum, qui Iubilæum præcedebat, tacitè autem insinuari similem fore Dei benedictionem anno quinto, si Iubilæus in sextum incideret.

4. Cornelius igitur nullam Iubilæi mentionem facit, Petauus Iubilæum ab huius loci interpretatione excludit, Bonfrerius hæc verba primario ad sabbaticos, secundario ad Iubilæos applicat, Torniellus ad Iubilæi & sabbatici conuersum refert: ego verò sic procedendum puto, vt non solū tres anni fructuum assignentur, sed etiam explicetur, quomodo prima sementis post Iubilæum anno octauo tribuatur, & fruges veteres ad nouarum frugum prouentum duraturæ scribantur. Si primum horum annorum dicamus sextum in Semita, secundam sabbaticum & tertium sabbatico succedentem, sementis ad anni octauum principium veniet, & messis nouorum ad sequentis veris initium, ac proinde ab absoluta anni sexti messe & vindemia, non intercedebat nisi annus ipse sabbaticus, vsque dum anno octauo incunte seminaretur: inde vsque ad messem nouorum 6. circiter menses vel semiseptem interijciebantur. Nam circa mensem Nisan in Palestina messis erat (hordeacea) vt patet Iosue 3. v. 15. vbi Iordanis dicitur ripas alvei sui impleuisse messis tempore, puta die decimo Nisan, quo populus Iordanem transijt. Et cap. 5. v. 11. cessante manna dicuntur Hebræi, comedisse de frugibus terræ die 15. Nisan, azymos panes & polentam eiusdem anni. Ergo ordinariè ab ea messe nouarum frugum, quæ anno sexto collecta erat, vsque ad similem messem non nisi biennium interpositum erat. Idem prorsus est, de messe triticea & vindemia. Fruges itaq; in verè anni sexti collectæ, anno octauo non erant necessariae, quando solus annus sabbaticus incidebat: ferebantur enim initio anni octauum & vere sequenti eodem anno legebantur. Fructus vero, qui sexto anno desinente tempore vindemiæ maturuerant, ad annum sextum non spectabant. Frustra igitur Deus ordinariè trium annorum prouentum polliceretur: adueniente verò ad sabbaticum Iubilæo, hæc abundantia requirebatur. Quamobrem existimo prædictis verbis abundè satisfactum tacitæ obiectioni tam de anno Sabbatico, quam Iubilæo: quia paulo antè veriusq; mensio facta fuerat: quasi dicatur: Non est quod de victu solliciti sitis sine sabbatico, siue Iubilæo anno: dabo enim, quando necesse erit, vno anno, v. gratia sexto trium annorum prouentus. Ordinariè quidem non nisi vnam messem & vnam vindemiam intermitteris, initio anni octauum feretis. & fruges nonnullas mense Nisan more solito metetis: fruges autem veteres, quæ non nisi in autumnno ad maturitatem perueniunt, vsq; ad annum nonum, exclusi-

D d uè,

P.
Philippi

Chronologia
Testamenti

A IV

17

P.
Philippi

Chronologia
Testamenti

A. IV

17^a

17	45	73		3	5	7	2	4	6	1
18	46	74		4	6	1	3	5	7	2
19	47	75		5	7	2	4	6	1	3
20	48	76		6	1	3	5	7	2	4
21	49	77		7	2	4	6	1	3	5
22	50	78		1	3	5	7	2	4	6
23	51	79		2	4	6	1	3	5	7
24	52	80		3	5	7	2	4	6	1
25	53	81		4	6	1	3	5	7	2
26	54	82		5	7	2	4	6	1	3
27	55	83		6	1	3	5	7	2	4
28	56	84		7	2	4	6	1	3	5

Hec Tab. spectat ad q. 1. de annis Sabbaticis num. 2. fol. 210. Parte 1.

Tabella i. Sabbatica.

9100	9200	9300	9400	9500	9600	9700
8400	8500	8600	8700	8800	8900	9000
7700	7800	7900	8000	8100	8200	8300
7000	7100	7200	7300	7400	7500	7600
6300	6400	6500	6600	6700	6800	6900
5600	5700	5800	5900	6000	6100	6200
4900	5000	5100	5200	5300	5400	5500
4200	4300	4400	4500	4600	4700	4800
3500	3600	3700	3800	3900	4000	4100
2800	2900	3000	3100	3200	3300	3400
2100	2200	2300	2400	2500	2600	2700
1400	1500	1600	1700	1800	1900	2000
700	800	900	1000	1100	1200	1300
0	100	200	300	400	500	600

is, quando
o iubilant
ica, pro
tis vetera.

estis
sabbaticis

ET


tati.

oribus
aricus,
gregabis
Et Leuit
um Dom
ctus em
nec vime
Epoch
um Sem
lebur
tus fuer
us est. S
e. Quod

ur, quod
o Sabbat
a, quae
a supen
proposit
neam sol
v.g. ann
nt omne
Annus 100

1	29	57	85	1	3	5	7	2	4	6
2	30	58	86	2	4	6	1	3	5	7
3	31	59	87	3	5	7	2	4	6	1
4	32	60	88	4	6	1	3	5	7	2
5	33	61	89	5	7	2	4	6	1	3
6	34	62	90	6	1	3	5	7	2	4
7	35	63	91	7	2	4	6	1	3	5
8	36	64	92	1	3	5	7	2	4	6
9	37	65	93	2	4	6	1	3	5	7
10	38	66	94	3	5	7	2	4	6	1
11	39	67	95	4	6	1	3	5	7	2
12	40	68	96	5	7	2	4	6	1	3
13	41	69	97	6	1	3	5	7	2	4
14	42	70	98	7	2	4	6	1	3	5
15	43	71	99	1	3	5	7	2	4	6
16	44	72	100	2	4	6	1	3	5	7
17	45	73		3	5	7	2	4	6	1
18	46	74		4	6	1	3	5	7	2
19	47	75		5	7	2	4	6	1	3
20	48	76		6	1	3	5	7	2	4
21	49	77		7	2	4	6	1	3	5
22	50	78		1	3	5	7	2	4	6
23	51	79		2	4	6	1	3	5	7
24	52	80		3	5	7	2	4	6	1
25	53	81		4	6	1	3	5	7	2
26	54	82		5	7	2	4	6	1	3
27	55	83		6	1	3	5	7	2	4
28	56	84		7	2	4	6	1	3	5

Hec Tab. spectat ad q. 1. de annis Sabbaticis num. 2. fol. 210. Parte 1.



in Semita, sicut & annus 800. 1500. 2200. cæteri; recta sursum notati. At vero 100. est 4. in Semita; item 900. 1600. 2300. &c. Si datus annus fuerit expansus, queratur ad latus tabellæ, & recta procedatur vsq; ad areolam quæ est sub numero collecto, proximè minori: ibi enim in angulo communi notatur annus Semitæ. Ex. ca. annus 101. est 3. Semitæ, annus 102. est quartus &c. 203. est sabbaticus: prout alibi de Aureo numero latius dictum.

4. Si detur annus aliquis æræ mundi Iudaicæ, aut Periodi Iulianæ, hæc tabella annos Sabbaticos, modo iam explicato, nulla facta vel additione, vel subtractione fideliter exhibebit.

5. Hæc tabella seruiet æræ mundi Græcæ si duo adijciantur. Exempli causa, anno primo æræ Græcæ in autumno cœptus fuisset annus; Semitæ, anno centesimo, quartus; ducentesimo, sextus; trecentesimo, primus &c. Idem est de æra Christi vulgari; nepe si ad annos Semitæ hic repertos, 2. addantur, habebitur annus Semitæ, qui dato Christi anno exoritur in autumno. v.g. anno Christi 28. inijt. 1. anno 400. in cepit annus Semitæ; anno Christi 500. quintus. anno 1631. quartus &c.

6. Sicuti autem hæc tabella ostendit annos Semitæ: ita & ferias dierum. v.g. Si primus dies est feria prima; centesimus incidet in feriam 2. sicuti & 800. 1500. &c. ducentesimus in feriam 4. trecentesimus in 6. &c. Si vero primus dies fuerit feria 2. ad feriam hic repertam addatur 1. si primus dies fuerit feria 3. addatur 2. & sic de reliquis. Vide q. seq. num. 4.

QVÆSTIO II.

Quomodo anni legales Sabbatici cum annis mundi congruant.

1. **Q**uæritur hic, utrum anni Sabbatici legales penitus congruant, cum annis septimis ab Orbe condito supputatis, ita ut ad inquirendos Semitæ annos perinde rationes valeant, siue anni ab Orbe condito, siue à sabbaticorum exordio, in 7. diuidantur: an vero ordo sabbaticorum legalium peculiare habeat primordium. Priorem partem tuentur Scaliger, Caluissius, pauciq; alij: imò sine suas supputationes probare nituntur, quibus fit, ut absolutis ab origine mundi Sabbaticorum & iubilæorum annorum periodis, pari passu in eant iubilæi & sabbatici legales. Et confirmant primo, ex æra mundi Iudaica, quæ annos Sabbaticos exhibet, facta illorum annorum per 7. diuisione. Secundo, à simili: sicuti enim feriæ hebdomadariæ, per legem veterem non sunt turbatæ; ita, inquit, ab Orbis conditu, anni Iubilæi & sabbatici ferie non interrupta semper effluxerunt.

2. Hæc tamen solido carere fundamēto docet cōmunis Chronologorū praxis, qui de ista annorū mundi cum legalibus harmonia parum solliciti, tēpora & æras suas ad scitis aliunde firmamētis propugnāt. Æra mūdi Iudaica equo bre-

Dd 2 uior

P.
Philippi

Chronologia
Testamenti

A. IV

17

Statu 9.

Lopino.

Resutatur.

nior est, neque tam ad iustum annorum numerum inueniendum, quam ad eos varios more Iudaico repetendos. excogitata est, sicut & æra Christi. Sed non est eadem ratio hebdomadis dierum, quæ annorum: feriarum enim regularum hebdomadam in usu, semper & apud omnes nationes fuerunt, & dies Solis, Lunæ, Martis, &c. suum ordinem retinerent: Anni vero labor nec ante legem Mosaicam, nec nisi apud Hebræos locum habuerunt, quæ infra notabo, de anno mundi, quo Hebræi in terram promissionis ingressi sunt, & colliges paucos authores id egisse, ut anni sabbatici & Iubilæi 1. s. cum annis mundi sabbaticis & Iubilæis congruerent.

*Opinio
Aulicorum.*

3. Equidem sic annos à mundi creatione computari, ut annus primus mundi concurreret cum anno primo semitæ, ab initio veris usque ad autumnum ab autumno verò cum anno secundo: cum nihil minus, quam hanc concordiam intendere. Quo fit ut tabula prima Sabbatica ex mea opus ostendat annos mundi sabbaticos desinentes, v.g. anno primo mundi natus est in autumno primus in ordine sabbaticorum: anno mundi 1000 est annus 2. semitæ mundialis: anno mundi 700. expirauit Sabbaticus mundialis.

*De annis
mundi.*

4. Beneficio autem prædictæ tabellæ sine mora & labore intelligere anni sint naturales Sabbatici, hoc est, à mundi primordio computati, & modo Sabbaticis legalibus congruant, v.g. Peraius annum primum sabbaticum cum legalem componit cum anno mundi 2504. cui in tabella respondet 5. Semitæ: atque ita ex Peraii sententia biennio distant anni legales Sabbatici mundanis siue naturalibus, ut ipse disertè monet, lib. 9. cap. 26. sub fine.

5. Salianus anno mundi 2590. num. 1. signat annum primum sabbaticum qui in prædicta tabella est 7. Sic author iste sine varietate annos sabbaticos legales subiungit naturalibus. Quo fit ut ex Saliani supputatione si pro aliquo anno vel ab Orbe condito, vel ab ingressu in terram (ubi figitur caput sabbaticorum) mox præcedens tabula ostendat quorundam hebdomadæ si iusta sunt illius ratiocinia.

6. Bucholcerus an. mundi 2507. notat primum annum Sabbaticum. Ergo ex eius supputatione annis mundi vnitas detrahenda est, ut anni habeantur. Si enim per 7. diuidantur 2507. remanebit 1. quod ipsum est præcedentis tabellæ usus, quæ annos Semitæ exhibet vnitate maiores, quæ Bucholceri computus in annis mundi.

*Initium
Semitæ.*

Ego vero probabilius existimo annorum Sabbaticorum legalium siue annum primum Semitæ ex legis Mosaicæ præscripto iniisse anno ingressu in terram, qui ex meo computo fuit à prima rerum molitione sabbaticus naturalis. Sic tum annis mundi, tum annis ab ingressu in terram

vnitatem adijcio, vt extabellā præcedenti Sabbaticos legales inceptos deprehendam, v.g. pro anno primo mundi, vel in terram ingressus, quæro secundum pro 99. quæro 100. pro 100. inuestigo 101. vt habeam annos Semitæ legales in unte: vt autem eliciam completos, ad numeros in præcedenti tabula repositos nec addo, nec inde quicquam tollo.

QVÆSTIO III.

De annis Sabbaticis in scriptura expressis.

1. PRIMUS Scripturæ locus, qui pro Sabbaticis adduci solet est 4. Reg. 19. v. 29. vbi Iſaias Regem Ezechiam his verbis alloquitur: *comede hoc anno, quæ reperis, in secundo autem anno, quæ sponte nascuntur: porro in tertio anno, seminate & mense.* Eadem reperuntur Iſaiæ 7. v. 30. Vnde Scaliger colligit annum 1. Ezechia fuisse Sabbaticum: cui assentitur in primis Sethus Caluſius Scaligeri discipulus, vel vt à Pavvel nominatur, Amanuensis, quicquid aliqui dicat, qui forte tertiam editionem Caluſij non viderunt. Sed reclamatur Petauius lib. 9. cap. 25. cum ijs, qui vno anno vastatam putant Iudæam ab Assyrijs, anno secundo boues & aratoria instrumenta defuisse, ac proinde ante annum tertium nec messem nec messem fuisse. Aliqui vt Theodorus censent, duobus annis terram Iuda prædæ Assyriorum expositam fuisse, ideoque (nulla anni sabbatici mentione facta) anno demum tertio feri potuisse. Agi hic de anno sabbatico diserte negant Sanctius & alij nonnulli. Ea verba ad sabbaticum trahit Paludanus tract. 3. Chron. cap. 7. §. 8. sed anno 17. Ezechia adaptat, annos sabbaticos ab ingressu in terram deducit, ita vt quinquagesimus fuerit iubilæus, & sequens primus in Semita.

2. Secundus locus est Ieremiæ 28. v. 1. *Factum est in anno illo in principio regni Iuda, in anno quarto in mense quinto, &c.* Vbi significari videtur initium regni Sedecia: incidisse in annum 4. annalis hebdomadæ: Ita hunc locum interpretatur Cornelius Varablus, Scaliger: id autem negant Petauius & Paludanus, qui principium regni Sedecia: in annum 2. Semitæ rejiciunt. Alij vt Christophorus a Castro & Caspar Sanctius hæc verba: *factum est in anno illo, in principio Sedecia: regni Iuda,* capiti præcedenti adnectunt, illa vero: *in anno quarto,* referunt ad initium cap. sequentis, à quibus verbis caput 28. auspiciantur septuaginta, S. Hieronymus, Theodorus, Rabanus, S. Thomas, quod probabile asserit Petauius. At verò Eyranus & Maldonatus aiunt annum 4. cuius hic fit mentio, esse 4. regni Sedecia:, dici tamen principium, quia non erat media pars annorum quibus ille regnavit.

3. Tertius locus est Ieremiæ 34. v. 8. vnde Scaliger infert annum vndecimum Sedecia: fuisse sabbaticum: Petauius & Paludanus decimum. Nabuchodon-

Dd. 3

3. Locum etiam alij dubiis.

P. Philippi

Chronologia Testamenti

A IV

17

for enim urbem Sanctam anno 9. Sedeciaz mense decimo obsidere coepit. Reg. 24. v. 1. postea obsidione intermissa exercitum contra regem Aegypti duxerat, Ierem. 37. cum Iudæi seruos & ancillas, quos manumiserant in libertatem retraxerunt, circa annum 10. vel 11. Sedeciaz. Vtrum verò annus fuerit sabbaticus, vt duo auctores isti opinantur, an autem nonus autem nonus Scriptura non exprimit. Cornelius negat annum istum quo Sedecias uos manumitti iussit, fuisse sabbaticum, secundum rectum & legalem consuetudinem sed tantum id Regem egisse, vt nouo ordine Sabbaticorum instituto quod lex anno sabbatico fieri iubebat, nec tamen factum fuerat. Marcellinus incertum, vtrum annus vndecimus, decimus, an nonus Sedeciaz sabbaticus fuerit: esto Sedecias anno decimo mandasset seruos libertate donari, pro quod quidem cautum fuerat, sed à Iudæis suo tempore neglectum.

4. Locus.

4. Quartus locus est 1. Machab. 6. v. 20. 40. 53. de quo postea q. sequenti autem locis colligimus exiguum è sacris literis haberi præsidium ad Chronologiam de annis Sabbaticis legalibus instituentiam. Tria enim prima loca bigua sunt; tertius paulò clarior quidem videtur: inde tamen serièrium, per annos captiuitatis Babylonicæ, Regum & Iudicum Hebræorum annorum sabbaticorum caput reuocare, per quam difficile & incertum diuersissimæ de annis ab ingressu in Terram, vsq; ad Machabæorum temporum opiniones palam faciunt. Vide quæ annoto 4. Regum 19. & Ieremias 23.

QVÆSTIO IV.

Quinam anni ante vel post vulgarem Christi Epocham sint Sabbatici.

I.
Constas de
Tribus
annis sab-
baticis.

1. Tres annos Sabbaticos historiæ nobis exhibent, ex quibus cæteris habili supputatione colligere possumus. Primus notatur 1. Machab. 20. 40. 53. & apud Iosephum lib. 12. Antiq. cap. 14. quando mortuus piphane, Antiochus Eupator Urbem Ierosolymorum obsidione circumdedit, no Regni Græcorum 150. vt eos computat liber primus Machabæorum sancti incepto, vel 149. adhuc vsque ad autumnum labente: annus autem Iulianus inijt autumno anni ante vulgarem Christi æram 164. Per Julianæ 4510. æra mundi Iudaicæ 3598. Cyclo Solis 14. Lunæ 9. vt bene notat Iosephus lib. 9. cap. 26.

2.

2. Alter Sabbaticus habetur partim ex lib. 1. Mach. cap. 16. v. 14. vbi Hircani parens dicitur occisus anno 117. Græcorum mense vndecimo, partim ex Iosepho 13. Antiq. cap. 15. & 16. qui tradit annum primus Hircani fuisse sabbaticum, & quartum Sedecis. Porro annus iste 177. Græcorum inijt, anno ante æram Christi 136. Periodi Iulianæ 4578. æra Iudaicæ 3610. Cyclo Solis 14. Lunæ 18. Nec obstat, quod Iosephus dicat obsidionem Ierosolymorum factam esse anno ante vulgarem Christi æram 170. quia *vis a re q. re* sabbaticum: id enim est, ac si dixisset, quia vrgebatur.

bat, & Hircanum cogebat ab obsidione desistere, non quod anno sabbatico inuente, armorum tractatio vetaretur, sed quod eo anno maiori iam ex parte transacto, arcta esset annonæ penuria, quæ Hircanum ab obsidione castri hostilis abstraheret. Enimvero, cum Iosephus 2. Antiq. 5. hoc eodem verbo Græco usus fuerit ad finem diei 14. Nilan significandum: potuit hoc loco anni sabbatici finem designare, vt dixi in Synopsi cap. 14.

3. Tertius annus Sabbaticus consularu Agrippæ & Caninij insignitur, quo ab Herode & Sofia expugnata sunt Ierosolyma, anno Sabbatico, vt narrat Iosephus lib. 14. Antiq. cap. vltimo. Erat autem hic annus sabbaticus æræ Iudaicæ 3724, qui inijt anno octauo Iuliano, æræ Hispanicæ, primo, ante æram Christi 38. periodi Iulianæ 4676. cyclo Solis 10. Lunæ 12. Sunt qui aliter hunc annum sabbaticum cum annis Iulianis componunt, sed minus aptè: siquidem asserere sine ratione coguntur fastos Consulares sub hæc tempora luxatos esse contra communem authorum consensum.

4. De his annis bene aduertit Torniellus ad an. m. 2584. Petauus illo cap. 26. Bonfrerius & Salianus supra citati, eos ita esse digestos, vt à primo ad secundum anni 98. colligantur; à secundo ad tertium 28. effluerint, quæ interualla septenaria sunt, & indicant ordinem annorum sabbaticorum, interuentu Iulianorum minimè turbatum fuisse.

5. Ex dictis annos Sabbaticos, cum æræ Christi hac ratione compono. A dato anno ante Christi Epocham tollo 3. residuum per 7. diuido, qua diuisione peracta, si nihil remanserit illo anno incepit sabbaticus. Si quid remanserit, id tantum à 7. subducatur, & sic tandem remanebit annus Semitæ, v. g. ab anno ante Christum 164. subtrahere 3. & remanebunt 161. qui anni per 7. diuisi nihil relinquunt. Illo igitur anno 164. ante Chr. incepit annus ille sabbaticus, de quo 1. Machab. 6. Hoc modo anno ante æram Christi 163. reperies annu primum Semitæ ineuntem. Tribus enim à 163. subductis, relinquuntur anni 160. qui per 7. diuisi, relinquunt 6. quibus tandem à 7. subtractis apparet annus 1. semitæ. Pari ratione anno ante Chr. 136. subtrahere 3. remanebunt 133. Hunc numerum in 7. distribue, & nihil in residuo habebis: vnde colliges illo anno 136. ante Christi Epocham inijsse annum sabbaticum, quo Ioannes Hircanus Pontificatum & Principatum adeptus est. Memineris anno primo ante Christ. cæpile annum 2. semitæ: anno 2. ante Chr. inijsse primum: anno 3. sabbaticum.

6. Dato æræ Christi vulgaris anno, adde 2. & si summa vltra 7. non excreuerit habebis annum semitæ, sic anno primo Christi reperies ineuntem annum hebdomadalem: anno quarto, sextum: quinto sabbaticum. Alias summam in 7. partire: residuum continebit annum semitæ. Si nihil reliquam fuerit, illo Christi anno incepit sabbaticus, verbi gratia, anno Christi 1617. adde 2. con-

fiunt

*Annus In-
bilis non
turbat
Sabbati-
corum or-
dinem.*

*Qui ante
æræ Chri-
sti sint
sabbatici.*

*Qui anni
Domini
sint sabbati-
ci.*

P.
Philippi

Chronologia
Testamenti

A. IV

17

fient 1619. qui in 7. diuifi, relinquunt 2. annum semitæ illo anno 167. inditum. Et sanè si quæ fides Hebræis nostræ ætatis habenda est, Rabbi Dragisto Christi anno, die sabbati vltima Septembris annum mundi Iudaico puto 5378. secundum in semita ordiebantur. Anno 1630. die 7. Septembris num 1. Semitæ. Sic Iudaicus computus non solum confirmat illos tres ex libris Machabæorum & Iosepho relatos fuisse ritè sabbaticos, sed ostendit, quam ratione cæteri sabbatici cum æra Christi congruant, sabbat quod q. 1. numero 4. de annis mundi Iudaicis & Periodo Iuliana dicitur & num. 5. de annis mundi Græcis & æra Christi.

7. Commodissimè verò duæ tabellæ ostendunt, quinam anni ante Christi Epocham sint sabbatici, ea penitus methodo, qua in similibus, numerus aut cyclus Solis inuenitur, & anni Semitæ in prima tabella Sabbat. q. 1. num. 3. explicata.

Hic est tabella 2. sabbatica, qua ostendit annos Semitæ ante æram Christi.

Ex hac 2. tabella videmus anno primo ante æram Christi inire annum secundum semitæ: anno 100. primum; anno 200. sextum; 300. quartum & prima autem tabula sabbatica colligimus anno 1. Christi inire annum tertium; anno 100. quartum; anno 200. sextum; anno 1670. primum; 1640. &c. iuxta dicta q. 1. num. 5. Si cui non placet ista additio: vti poterit tabella tertia.

Hic est locus tabellæ 3. Sabbatica, pro annis æra Christi.

*De v's
annorum
sabbatico-
rum.*

8. Hanc annorum sabbaticorum seriem probabile est sine variatione à tempore Nehemiæ retentam fuisse. Tunc enim renouatam fuit inuenit liber 2. Esdræ cap. 10. v. 31. Et dimittemus annum septimum, & exaliamus manus. Dixi probabile esse: non enim certo constat, an semper eum Hebræi seruauerint: eum à tempore Iosue, vsq; ad Nehemiam non seruatum fuisse, quoad ea, quæ anno sabbatico facienda erant, indicatur in Leuit. 26. v. 33. Eritq; terra vestra deserta, & ciuitates vestra diruta. Terra sabbata sua cunctis diebus solitudinis suæ: quando fueritis in terra hostili, non habitabit in ea. Quod re ipsa contigisse patet, tum Ierem. cap. 34. tum Ierem. cap. vltimo. Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit Regi, & non terra sabbata sua, cunctis enim diebus desolationis egit sabbata vsq; dum compleretur annus tuaginta anni. Cum autem laxata à Cyro captiuitate Iudæi in terram patriam remissi essent, dubium est, vtrum seriem sabbaticorum, quæ sub Iosue

7.
16. 7. in
bbi Pa
Iudaico
eptemb
illos tre
s, sed
uant, &
iana d

ni ante
ilibus,
ella Sa

Christi

nire an
arum
annum
1640
erit tab

e varian
atam fu
e xadion
r eum
non sem
indica
e. Tunc
hostis, s
atus reg
34, tum
it Regi
emia, &
in compl
erra po
sub lola

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31

P.
Philippi

Chronologia
Testamenti

A IV

17

28	56	84		3	1	6	4	2	7
27	55	83		4	2	7	5	3	1
26	54	82		5	3	1	6	4	2
25	53	81		6	4	2	7	5	3
24	52	80		7	5	3	1	6	4
23	51	79		1	6	4	2	7	5
22	50	78		2	7	5	3	1	6
21	49	77		3	1	6	4	2	7
20	48	76		4	2	7	5	3	1
19	47	75		5	3	1	6	4	2
18	46	74		6	4	2	7	5	3
17	45	73		7	5	3	1	6	4
16	44	72	100	1	6	4	2	7	5
15	43	71	99	2	7	5	3	1	6
14	42	70	98	3	1	6	4	2	7
13	41	69	97	4	2	7	5	3	1
12	40	68	96	5	3	1	6	4	2
11	39	67	95	6	4	2	7	5	3
10	38	66	94	7	5	3	1	6	4
9	37	65	93	1	6	4	2	7	5
8	36	64	92	2	7	5	3	1	6
7	35	63	91	3	1	6	4	2	7
6	34	62	90	4	2	7	5	3	1
5	33	61	89	5	3	1	6	4	2
4	32	60	88	6	4	2	7	5	3
3	31	59	87	7	5	3	1	6	4
2	30	58	86	1	6	4	2	7	5
1	29	57	85	2	7	5	3	1	6

Tabella 2. Sabbatica.

700	800	900	1000	1100	1200
1400	1500	1600	1700	1800	1900
2100	2200	2300	2400	2500	2600
2800	2900	3000	3100	3200	3300
3500	3600	3700	3800	3900	4000
4200	4300	4400	4500	4600	4700
4900	5000	5100	5200	5300	5400
5600	5700	5800	5900	6000	


Ad q. 4. De annis Sabbaticis §. 7. fol. 216.

Tabella 3. Sabbatica.

4900	5000	5100	5200	5300	5400	5500
4200	4300	4400	4500	4600	4700	4800
3500	3600	3700	3800	3900	4000	4100
2800	2900	3000	3100	3200	3300	3400
2100	2200	2300	2400	2500	2600	2700
1400	1500	1600	1700	1800	1900	2000
700	800	900	1000	1100	1200	1300
0	100	200	300	400	500	600
2	4	6	1	3	5	7

29	57	85	3	5	7	2	4	6	1
30	58	86	4	6	1	3	5	7	2
31	59	87	5	7	2	4	6	1	3
32	60	88	6	1	3	5	7	2	4
33	61	89	7	2	4	6	1	3	5
34	62	90	1	3	5	7	2	4	6
35	63	91	2	4	6	1	3	5	7
36	64	92	3	5	7	2	4	6	1
37	65	93	4	6	1	3	5	7	2
38	66	94	5	7	2	4	6	1	3
39	67	95	6	1	3	5	7	2	4
40	68	96	7	2	4	6	1	3	5
41	69	97	1	3	5	7	2	4	6
42	70	98	2	4	6	1	3	5	7
43	71	99	3	5	7	2	4	6	1
44	72	100	4	6	1	3	5	7	2
45	73		5	7	2	4	6	1	3
46	74		6	1	3	5	7	2	4
47	75		7	2	4	6	1	3	5
48	76		1	3	5	7	2	4	6
49	77		2	4	6	1	3	5	7
50	78		3	5	7	2	4	6	1
51	79		4	6	1	3	5	7	2
52	80		5	7	2	4	6	1	3
53	81		6	1	3	5	7	2	4
54	82		7	2	4	6	1	3	5
55	83		1	3	5	7	2	4	6
56	84		2	4	6	1	3	5	7

Ad q. 4. de annis Sabbaticis num. 7. fol. 216. Parte 1.



Di
an
fab
sh

crepe
tutam
nis à r
que e
lexeri
man
rité co
notu
eolqu
tellig
9.
anni
culto
capit
riam
tismo
cio qu
nauu
tamen
enim
uorum
feruis
rant. N
emus, T
cillas f
que an
rent. I
ita suo
ordine
danus,
cedunt
etiam
ficere i

Q

ceperat, retinuerint: an verò à primo reditus sui anno, vt nouam agrorum culturam; ita & nouum annorum sabbaticorum ordinem auspicati sint, & sex annis à reditu seminem messemque habuerint, tum anno 7. mox ea præstiterint, quæ ex legis decreto præstanda erant; an denique aliquanto tempore ea neglexerint, non constat. Est tamen valde probabile, sicut non ignorabatur quamnam esset dies sabbati; quamuis à nonnullis etiam post captiuitatem ea non rite coleretur, vt legimus 2. Esdræ cap. 13. v. 15. ita non sic prorsus abolitam annorum sabbaticorum memoriam, quin aliqui scirent annos hebdomadales, eosque quoad seruorum libertatem seruarent, aut saltem seruandos fuisse intelligerent.

9. Dicunt, nec sine ratione aliqui, aliam esse rationem diei septimæ, aliam anni sabbatici: siquidem dies septima, non idcirco solemnis erat, vt agrorum cultus intermitteretur, sed vt ab operibus seruilibus homines abstineret, quod captiuitatis tempore boni quique Hebræorum factabant, & sabbati memoriam aboleri, non patiebantur. E contrario de agrorum cultu & terræ sabbatissimo, non erat, cur admodum essent solliciti. Quo argumento bene meo iudicio quorundam hæreticorum pertinacia retunditur, qui certo persuadere conantur, nunquam fuisse turbatam annorum sabbaticorum successionem: non tamen refutatur eorum opinio, quid probabile duntaxat arbitrantur. Annus enim sabbaticus non ad solam agrorum quietem referebatur, sed etiam ad seruorum manumissionem, quam nonnulli ex Hebræis etiam in captiuitate suis seruis Israëlitiis sanguinis adueniente anno sabbatico, negare iure non poterant. Nec incredibile est, Prophetas id populo indicasse, imò Daniele, socios eius, Tobiam, Mardocheum aliosque industrios Hebræorum, seruos & ancillas suæ gentis habuisse, eisque indulgisse, vt ex vi legis Iudaicæ septimo quoque anno libertate potiti, vel sui iuris manerent, vel se nouis heris obstringerent. Id confirmare videtur moderna praxis Chronologorum dum quilibet sua suos calculos disponere studet, vt annos sabbaticos à Iosue ad Machabæos ordine continuato deducat. Ita faciunt Toræiellus, Salianus, Peraius, Paludanus, secuti antiquiores, Eusebium, Theodoretum, &c. Sectarij verò in eo excedunt, quod sabbaticorum seriem tanquam certam obtudant, & ad annos etiam mundi accommodandam censeant. Iudæorum denique computum definire indicaui in quæstionibus de Annis Domini, Iulianis &c. cap. 16.

QVÆSTIO V.

Quoto anno ab ingressu in terram ineat ordo Sabbaticorum legalium.

Quidam existimant Hebræos, mox vt pedem in terram promissionis intulerat, anno Exodi 41. agriculturæ prout lege Mosaica cautum erat, operam

Quoto
anno ab
ingressu
etc.
1 Opinio
et 4. esset
argumeta.

E e

operam

P.
PhilippiChronologia
Testamenti

A. IV

17

operam dedisse: anno verò 47. primum annum sabbaticum egisse. Ita Terellus & Salianus ad an. m. 2590. Paludanus Tract. 3. cap. 7. §. 7.

Probant *primò*, quia annus septimus erat quieti & remissioni destinatus, quidem ab ingressu in terram, non autem à possessione illius, iuxta illud Lev. 25. vers. 2. *Quando ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis sabbaticas facite Domino.* Iosue igitur, cum spectata probitas esset, quam citissime potuit, à terra solemnitate annum sabbaticum celebravit, nempe septimum à terra Jordanis. Deinde sortitio & assignatio agrorum septem menses tenuit, ut Iosephus: quo toto tempore conveniebat, ut ab agrorum cultu cessaret, potius quam terra necdum divisæ privatis semina mandarentur. Tunc ultra Jordanem viam adhuc Moysæ domicilium fixerant, sexennio in terram coluerant fluente anno 47. ab Exodo, ergo ex legis mandato annum sabbaticum servare tenebantur, quibus aliæ tribus sine dubio sese accommodabant, ne diversis temporibus unus idemque populus sabbatum coleret. Idò, multum inererat rei tum publicæ, tum privatae quamprimum explanationi manum admovere, quia bellorum tempestate vastitas agrum in saltus facillè degenerassent, nisi opera hominum sine mora esset.

2. Opinio.

2. Alij nonnulli ob similes ferè rationes annum octavum ab ingressu sabbaticum fuisse putarunt, ut Serarius. Hebræi septem circiter annos ante ferè totidem terræ partitioni tribuunt: tum anno 15. aut 16. ab ingressu Chananiticum primum annum sabbaticum fuisse observatum, tum annis decimas, & exinde numeratos annos remissionis autumant. Hoc autem putant, ut iure à Iosue redarguerentur, ij qui ad suas possessiones adeundas tardi fuerant. Iosue 18. vers. 3. Quibus fauet Genebrardus, multum dissidet Scaliger, qui modo à septimo, modo ab octavo anno Israelitæ Jordanem transiuerant, agricolationis & annalis hebdomada primordia deducit, de qua inconstantia agit Petavius libro 1. cap. 25.

Conclusio.

3. Probabilius autem mihi videtur annum primum annalis hebdomadae incidisse in septimum ab ingressu terræ: primum verò sabbaticum annum tertium. Ita docet Serarius Iosue 13. Cornelius Levit. 25. vers. 2. Lev. 1. c. cap. 26. Quod anni sabbatici citius non inierint ex eo patet, quia lex non præcipiebat quietem terræ ante annum septimum ab ingressu, ita nec nisi post sextam sementem & messem. Levitici 25. vers. 3. *Res agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesque fructus eius: septimo anno sabbatum erit terra, requiescentis Domini.* Constat autem, nullum prius ante agrum suum serere, aut putare vineam, fructusque ex illa ab autu

quàm agrum, quàm vineam sortitus esset. Est etiam in confesso ante annum 46. ab Exodo, agros necdum fuisse peracta sortitione distributos; præsertim cum 7. tribus, non nisi aliquanto post, suorum agrorum possessionem adierint, ut colligitur Iosue 18. vers. 2. Sortitionis tempore Caleb erat 85. annorum, & 45. anni effluxerant ex quo cum cæteris exploratoribus iussu Moysis, anno 2. Exodi terram promissionis lustrauerat. Iosue 14. v. 6. & seqq. & Num. 13. v. 17. Adde igitur ad annum primum Exodi 45. & consequens 46. anni ab Exodo ad terræ divisionem. Facta verò hac divisione, causa nulla tuberat, cur agriculturalionis, & annorum sabbaticorum observatio differretur, maximè cum terra cessaret à prælijs, ut dicitur Iosue 14. v. ultimo.

4. Ad primam rationem eorum qui annum septimum ab ingressu sabbaticum putant quid respondendum sit ex dictis patet: nempe annales hebdomadas nec cepisse nec suum cursum tenuisse ab ingressu in Chananitidem, sed prius agros distribui, & sex annis conferri, & messem colligi oportuisse, quam à cultura ferretur. Leuit. 25. v. 3. & 4. Adde, Iosuem virum sanctum ac iustum principem fuisse, idcirco ex diuino præcepto agrorum sortitionem præmississe, tum sine mora ordinem sabbaticorum obseruasse.

5. Secunda ratio non est efficax: si enim terra necdum erat diuisa, necdum priuam culta, quomodo singuli annonam sabbaticam necessariam comparare poterant? quod ut fieret, Deus singularem fertilitatem anno sexto promiserat. Leuit. 25. v. 21. Nec dicas id de ordinario sabbaticorum cursu intelligendū; initium verò aliud peculiariter habuisse. Hoc enim postulatū est, non concessum.

6. Ad 3. Ultra-Iordanenses pauci erant: sic maiori suæ gentis parti se meritò accommodare debebant, præsertim cum non esset tertia illius Reipub. pars, & tempore bellorum armis detinerentur, quo minus perfecte rei domesticæ providere, atque agriculturalioni operam dare possent. Rubenitæ enim, Gaditæ, & dimidia pars Manasse prælijs intererant, nec nisi victis hostibus & partâ pace ultra Iordanem remissi sunt. Iosue 22. v. 1. exactis quinque in bellando annis, ut notat Torneillus anno illo 2590. num. 1. ex Iosepho lib. 5. Antiq. cap. 1. Cum igitur lex de anno sabbatico totam Hebræorum gentem pariter obligaret: licet illa terræ portio, quæ erat ultra Iordanem 6. annis culta fuerit; tanta tamen non erat, ut alias omnes tribus ad sabbaticum traheret.

7. Quartum argumentum probat terram, mox sine bellis imposito, non quiescere, sed coli & subigi debuisse, ne vastitas augeretur. Probabilius existimo primum annum *περυσίας* iniisse autumno anni 47. ab Exodo, qui ex meo computatione erat ante Christi æram 1451. si absque interruptione sabbaticorum series usque ad Herodis tempora deducta est. Annum primum sabbaticum ordior ab autumno anni 13. ab ingressu in terram, ante Chr. 1445.

Ee 2

8. Bon-

P.
PhilippiChronologia
in Testamenti

A. IV

17

Obiectio.

8. Bonfrerius Exodi 23. v. 12. disertè negat annos sabbaticos ab ingressu terram obseruatos fuisse: facta verò possessionum sortitione comparati esse. Cum autem fuerint duæ distributiones, prior in Galgalis, sub annum secundum vel octauum ab ingressu in terram, altera in Silo paucis post annis, probabilis sibi videri asserit, à posteriori annos sabbaticos deduci. *Cave pro* inquit, *tantum esset affecta, non confecta diuisio, imò ob causas dilata, ac perinde con-* buerit ac si nihil actum esset. Verum facile responderi potest, priorem distribu- nem fuisse sufficientem, vt ea, tribus, quæ in constantem & propriam honorem possessionem immissa fuerat, lege annorum sabbaticorum mutur, vt ex dictis vtrumque apparet, imò & alias tribus ad eiusdem legis uationem attraheret.

Q. 6.

QVÆSTIO VII.

Quot annos periodus Iubilæi contineat.

1. *Opinio*
& *ratio-*
nes eius.

1. **D**Væ sunt hac de re opiniones: prior Iubilæi spatium annis 49. posterior quinquaginta. Priori adhæret Hugo Cardinalis Lo- Petauus l. c. Mercator in Chronol. Scaliger. Serhus, Capellus & probatur Lyranus Leuit. 25. Rationem sui asseri afferunt 1. Sicut Deus annos sabbaticos, ita & Iubilæos instituit, nempe, vt sicut diem septimum, ita septimum hebdomadis annalis, eximia quadam ratione celebratum fuerit, & quædam præter ordinariam feriacionem habere, puta restitueret hereditatum pristinis dominis faciendam. 2. Ex alia opinione quædam colligi videntur, nimirum, quod aliquando duobus annis cõtinuis terræ quiesceret, aliquando post biennium aut triennium ad quietem rediret. Nam ab initio sabbaticorũ quadragesimus nonus erat omnium iudiciorũ sabbaticus, ergo quinquagesimus annus fuisset Iubilæus, illo etiã anno ab agricultura cessatum fuisse. Deinde annus 98. erat sabbaticus & ordinaria cessacione nonagesimus nonus operæ & laboribus permixtus. Si centesimus Iubilæi rogatiua gaudebat, yerabatur agricolacionem, & sic inter quiete anni 98. non nisi 1. annus interponebatur. Rursus annus 147. erat sabbaticus, dicitur taxat seruebant, & metebant Hebræi, ac denuo ab omni aratione & anno 154. desistebant. Sic fiebat, vt 8. annorum spatio, scilicet à 147. 154. inclusiuè, non nisi quinquenniũ agriculturæ, quieti verò triennium tribueretur. *Tertio loco* Achilleum producit Caluissius, ex Calendario Iudaico, Iubilæi, abijce inquit omnia septennia ab æra mundi, residuum est Iubilæi in quo es. Addit Caluissius cap. 25. *Quod si quis negare velit, Iudaos sabbaticos & Iubilæos habere, & obseruare: neget etiam Iudaos verum diem sabbaticum laboribus septimo quoque die feriantur, habere & obseruare.* Hæc ille.

2. Posterior communissima est antiquorum recentiorumque opinio, quæ
 Iubilæum annis 50. vertentibus circumscribit. Ita sentit Iosephus lib. 3. Antiq.
 cap. 10. vbi cum dixisset remissionem agrorum seruari annis sabbaticis, addit i-
 dem obseruari. post septimam annorum septimanam, qui numerus, inquit, quin-
 quaginta conficit, vocaturq. *Hebrais quinquagesimus quisque annus Iobelus.* S. Cyillus:
 lib. de Adoratione, cap. 17. S. Hieronymus epist. ad Ebiolam, in mansione 12.
 & in cap. 5. Amos. S. Ambrosius & Cassiodorus in Psal. 50. S. Augustinus q. 92.
 in Iulianum, S. Gregorius 1. Moral. cap. 6. Isidorus lib. 11. Etym. cap. 37. Vincen-
 tius lib. 2. spec. hist. cap. 40. Eusebius in Chronico, Beda serm. 2. de Pentecoste,
 & lib. 2. de Tabern. cap. 3. Ribera lib. 5. de Templo cap. 24. Clemens VI. Bulla
 de Iubilæo, Caieranus, Oleaster, Marzilla, Cornelius, Lorinus, Bonfrerius,
 Menochius Leuit. 25. Eugubinus Numer. 36. Azor. lib. 6. moral. cap. 21. Paluda-
 nus infra citandus, Torniiellus ann. m. 2584. num. 4. Salius ann. 2544. numer.
 696. Benzoni de Iubilæo, lib. 1. cap. 1. Sigonius lib. 3. de Repub. Iudæorum,
 cap. 15. His adde Funcium, Broughtonum, Crenthhemium, Bucholcerum. Qua-
 si sententia fuisse Africanum, Epiphanium, Computum Æthiopicum & vni-
 uersè Græcos fatetur Scaliger lib. 5. de emend. temp. cap. de anno 1. Sabbatico,
 eamque late propugnat Abulensis Leuit. 25. q. 6. Gen. 29. post q. 10. Ad hanc au-
 tem quaestionem spectant quæ lege cauta sunt Leuit. 25. v. 8. Numerabis quoque
 tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt annos 49. &
 clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore, in vniuersa terra
 vestra, sanctificabisq. annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitato-
 ribus terra tue: ipse enim Iubilæus. Reuertetur homo ad possessionem suam; & vnusquis-
 que rediet ad familiam pristinam, quia Iubilæus est, & quinquagesimus annus.

3. Ex quibus verbis secundæ sententiæ authores probant Iubilæum an-
 nis 50. constare, non ex eo, quod annus Iubilæus dicatur quinquagesimus, sed
 quod Scriptura distinguit annum quinquagesimum à 49: sicut diem Pente-
 costes alibi distinguit à 49 diebus post Pascha enur eratis. Cum enim iussisset
 numerari annos 49, mox addit sanctificandum esse annum quinquagesimum:
 atque ita distinguit annum Iubilæum, à 49. annis semitæ, sicut Pentecosten à
 diebus 49. præcedentibus. Quod monet S. Hieronymus in illud cap. 5. Amos,
 quando annum Iubilæum cum die Pentecostes & datæ legis comparat, idque
 propter numerum quinquagenarium. Confirmatur hæc doctrina primo: ex
 prior enim opinione, annus Iubilæus idcirco dicitur quinquagesimus, quod à
 Iubilæo ad Iubilæum inclusiuè fiat computatio, sicut annus Olympiadicus ab
 Olympiade ad Olympiadem. Hoc autem de primo Iubilæo dici non potest.
 Nullus enim annus Iubilæus præcessit annum quadagesimum nonum semi-
 tæ. Deinde lex iubet, vt ab initio *יָסֻפְּרָא* ducatur ordo annorum tam sabbati-
 corum,

Et 3,

corum,

2. Opinio
superior.

Probatum
2. opinio.

Confr. 11.

P.
Philippi

Chronologia
in Testamenti

A IV

17



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

corum, quam Iubilæorum. Sicut igitur anni sabbatici, non oriuntur à sabbatico, sed ab anno primo semitæ: ita nec Iubilæi à Iubilæo, siue sint legales, sed ab Orbis conditu numerentur, ut etiam ex doctrina auctorum prioris opinio patet, qui hos annos ab anno primo semitæ deducunt. At vero Olympiadicus dicitur quinquennalis: quia ordo annorum Olympiadicorum aperitur à Olympiadio, qui fuerat Agon Olympicus, sicut & anni bissextilis numeratur ab anno 45. Iuliano, qui sua natura bissextilis esse debuit. Confirmatur ad hunc computum Abulensis Leuit. 25. q. 14. Salius, Bonfrerius & alij si annus 49 perpetuo Iubilæus esset, frustra lex caueret ne anno Iubilæo numeretur aut meteretur. Leuit. 25. v. 11. cum iam id abunde cauisset v. 4. Responsum nonnulli primò, hæc ex abundantia, & inculcandi gratia iterari, occasione læi, tamen si nullum nouum præceptum contineant. *Secundo*. Non omnino peruacaneum esse præceptum sabbatismi in Iubilæone scilicet Iudæi in suas possessiones remissi putarent licitam esse sibi agrorum recuperationem. Verum utraque hæc responsio probatione indiget: imò utramque ba legis refutare videntur, quæ feri & meti anno quinquagesimo præcepta ab sanctificationem Iubilæi, v. 12. Deinde non ignorabant Iudæi legem de sabbatico anno ad totam promissionis terram eiusque incolas omnes spectare. illud Leuitici 25. v. 4. *Septimo autem anno sabbatum erit terra. requietionis. Oregum non seres & vineam non putabis. Et v. 5. vinas primitiarum non colliges. quod miam: annus enim requietionis terra est* Ex quibus liquido constabat annuaticum ab omnibus & singulis Hebræis in terra promissionis eodem modo celebrandum fuisse, quod neque populi rectoribus ignotum erat, neque igno-
Resp. ad 1. 1. opinionis

Resp. ad 1. 1. opinionis

4. Prima ratio præcedentis opinionis tanquam concessum sumit, quæ gatur à nobis. Licet enim anni sabbatici ritè cum septem hebdomadibus comparentur: anni tamen Iubilæi cum istis septem diebus comparari debent, sed cum diebus 7. hebdomadam, quæ ab altero die phasæ usque ad Pentecosten numerabatur. Sicut enim sex dies laboris, diem sabbati præterita sex anni agricolationis annum sabbaticum. At verò annus Iubilæus habet ad sabbaticos analogiam, quam dies Pentecostes, ad septem hebdomadas: ac idcirco, quemadmodum expleis 49. diebus, succedebat Pentecosten: ita tranfactis ab initio semitæ 49. annis aperiebatur annus Iubilæus, idemque quinquagesimus. Quod ipsum tenor legis indicat, qui de Iubilæo non est similis legi de die sabbati, aut anno sabbatico, sed confertur de die Pentecostes siue quinquagesimo ab elevatione manipuli numeratur.

Ad 1.

5. Quæ secundo loco afferbantur, mira quidem sunt, sed minime ab ad videri debent. Nimirum ea erat diuinæ prouidentia ratio, ut ex terra

nunquam annona deficeret, sed annus quietem proximè antecedens plurimum annorum necessitati occurreret, ut dixi Leuit. 25. ad ver. 20. *Donec noua nascantur, vetera. ib. v. 22.* Quibus verbis non solum satisfiebat quæstioni de anno sabbatico ordinario, sed etiam præcludebatur occasio, similis querelæ de Iubilæis, cum par esset vtriusque sollicitudinis ratio. Fuit, inquit Petauius, peculiaris ista terra fecunditas anno sexto concessa, velut in fidei & obsequij præmium, ut non solum in vnum annum, quo religionis causa vacarent, sed etiam in duos sequentes illius annona sufficeret. Sicut autem hæcerat ordinaria benedictio annorum sabbaticorum: ita dubium esse non poterat quin Deus instante Iubilæo annonam sufficientem esset impertiturus, qui dixerat: *donec noua nascantur, edetis vetera.* Hoc enim conuenit ratio verbis Petauij iam allata, qua etiam Bonfrerius vtitur in Leuit. c. 25. ver. 10. vbi ait Deum primi Iubilæi incommodo facile mederi potuisse, imperitudo benedictione trium aut 4. annorū, ac sine dubio ita fecisse, quamdiu Hebræi manserunt in officio. Nunquam autem opus erat, ut vna messis plurimum, quam trium annorum fructus afferret, ut notaui Leu. 25. v. 20.

6. Ad Achilleum Caluissij, dico annos sabbaticos more Hebræo supputatos, interueniente Iubilæo non turbari, ut superius monui & paulo post declarabo. Quomodo vero anni Iubilæi computati aut obseruati fuerint, non constat ex Hebræorum Calendarijs. Adhæc nego ex Iudæorum computatione tam certo colligi Iubilæos annos, quam dierum serias. Denique assero ex æra mundi Iudæica non omnes à mundo cõdito serias hebdomadæ, aut Iubilæos annos elici posse: quia breuior est, quam ut ad initium mundi eã extendere possit ipse Caluissius anno ante vulgarem Christi epocham 3761. Caluissius autem mundi creationem signat anno ante hanc epocham 3949. ac proinde ex illo omnium artificiosissimo, ut vocat, Calendario, nec serias, nec annos sabbaticos aut Iubilæos pro primis mundi 180. annis & amplius poterit computare.

Denique à vero desectit Caluissius illo cap. 25. §. Et primum, vbi ait auctores secundæ sententiæ videri fundamentum suæ opinionis habere ex Iubilæis Pontificijs, quæ instituit Bonifacius VIII. Quin potius videtur Bonifacius Scripturam interpretatus ex sensu priscorum illorum Patrum, quos laudauimus, num. 2.

7. Adhuc tamen ambigendi locus remanet: vtrum post singulos annos Iubilæos nouus sabbaticorum ordo inchoetur, ita ut annus quinquagesimus primus sit primus in Semita; an verò serie sabbaticorum continuata, secundus à sabbatico: siquidem constat annum 49. sabbaticum fuisse, Paludanus illo cap. 1. §. 2. putat annum 49. & quinquagesimum fuisse quieti assignatos: expleto anno 50. sex annis agros fuisse cultos, ita ut semper annus Iubilæus sabbaticum proximè sequeretur, & celebrato quolibet Iubilæo nouus annorum sabbaticorum ordo resumetur.

8. Ve-

P. Philippi

Chronologia
Testamenti

A. IV

17

Ad Caluissium.

Noua quæstio.

Opinio.

Refutatur. 8. Verum hanc opinionem refutant, ea quæ de annis Sabbaticis in Josepho & libris Machabæorum supra recensui. q. 4. Bene enim notant Tannielus, Salius, Bonfrerus, Petavius, illos annos sabbaticos, ita per septuaginta annorum hebdomadas decurrisse, ut Iubilæorum intercurfione ordo sabbaticorum minimè abrumperetur. Idem ostendit communis praxis Chronologorum, qua datos annos æræ Mundi Iudaicæ ab exordio sabbaticorum collati in 7. distribuunt, ut annos semitæ eliciant. Hæc methodo vtuntur auctoritate recensiti, & Cornelius Leuit. 25. Caluifius, Scaliger &c. Paludanus vtuntur præter communem vsum ex annorum summa prius 70. quoties fieri potest, iijciendos putat priusquam per 7. fiat diuisio, legitimum sabbaticorum nem sine ratione interturbat.

Conclusio. 9. Ex communi sententia cui subscribo primus annus Iubilæus incidit in primum annum semitæ, secundus in secundum, & sic deinceps, ita ut annus septimus Iubilæorum adæquatè concurrat cum sabbatico; octauus primo semitæ, nonus cum secundo, &c. ut ex seq. Diagrammate manifestè apparet.

Corollarium. 10. Ex eadem sententia primus annus Iubilæus erat ab exordio sabbaticorum quinquagesimus; secundus Iubilæus incidebat in annum centesimum, tertius in 150. quartus in 200. & sic de cæteris, prout idem Diagramma ostendit.

Hic esto Diagramma Iubilæorum.

Abi- niti- o sab- baticor- um.	Abi- niti- o sab- baticor- um.	Abi- niti- o sab- baticor- um.	DIAGRAMMA IV BI- leorum eiusq; decla- ratio.	Anni Iubi- lai.	Anni semi- ta.	Ab ini- tio sab- baticor.
		50	II. In hoc schemate, quod claritatis causa voco Diagrā- ma Iubilæorum, sunt tres columnæ. In prima notatur ordo Iubilæorum. In secunda, annus semitæ in quem Iubi- læus in prima columna no- tatus incidit. In tertia annus ab exordio sabbaticorum in quem Iubilæus incurrit. v.g. annus Iubilæus ordine 1. in- cidit in 1. annum semitæ, & quinquagesimum ab exor- dio sabbaticorum. Annus Iubilæus ordine 2. est 2. Se- mitæ, & 100. ab Epochâ sab- baticorum. Iubilæus 7. est 7. in semitæ, siue sabbaticus & 350. ab Epochâ Sabbati- corum. Iubilæus ordine 21. incidit etiam in sabbaticum, qui erat 1050. à primordio annalis computationis sab- baticorum. Vnde apparet, non nisi post recursum an- norum 350. Iubilæum cum sabbatico recurrere.	25	4	1250
		100		26	5	1500
1	1	50		27	6	1550
2	2	100		28	7	1400
3	3	150		29	1	1450
4	4	200		30	2	1500
5	5	250		31	3	1550
6	6	300		32	4	1600
7	7	350		33	5	1650
8	1	400		34	6	1700
9	2	450		35	7	1750
10	3	500		36	1	1800
11	4	550		37	2	1850
12	5	600		38	3	1900
13	6	650		39	4	1950
14	7	700		40	5	2000
15	1	750		41	6	2050
16	2	800		42	7	2100
17	3	850		43	1	
18	4	900		44	2	2200
19	5	950		45	3	
20	6	1000		46	4	2300
21	7	1050		47	5	2350
22	1	1100		48	6	2400
23	2	1150		49	7	2450
24	3	1200		50	1	2500

Ff 12. Iis

p.
Philippi

Chronologia
I. Testamenti

A. IV

17^a

Anni Lubi- lai.	Anni semi- ta.	Ab ini- tio sab- batico- rum.	Differentia 1. & 2. Opinio- nis.	Anni Lubi- lai.	Anni semi- ta.
			12. Iis verò, qui annum	75	5
			49. Semitæ, Iubilæum fa- ciunt, semper annus ipse Iu- bilæus in Sabbaticum inci- dit, & tot annis ab exordio computationis Sabbaticæ nostrum computum præuer- tit, quot Iubilæa accesserunt. v.g. Annus primus Iubilæus, nobis est 50. ab exordio Sab- baticorum, illis verò, qua- dragesimus nonus. Tertius Iubilæus nobis est 150. illis 147. Decimus Iubilæus ex nostra, hoc est, communi supputatione est 500. illi ve- rò hinc 10. subtrahunt, quia est decimus Iubilæus, & di- cunt esse 490. Sic Iubilæus ordine 40. nobis est 5. Se- mitæ, & 2000. ab initio Sabbaticorum; illis Sabba- ticus est 1960. à primordio Sabbaticorum. Si enim à 200. tollantur 40. reman- ent 1960.	76	6
51	2	2550.		77	7
52	3	2600		78	1
53	4	2650.		79	2
54	5	2700		80	3
55	6	2750.		81	4
56	7	2800.		82	5
57	1	2850.		83	6
58	2	2900.		84	7
59	3	2950.		85	1
60	4	3000.		86	2
61	5	3050.		87	3
62	6	3100.		88	4
63	7	3150.		89	5
64	1	3200.		90	6
65	2	3250.		91	7
66	3	3300.		92	1
67	4	3350.		93	2
68	5	3400		94	3
69	6	3450		95	4
70	7	3500.		96	5
71	1	3550.		97	6
72	2	3600.		98	7
73	3	3650.		99	1
74	4	3700		100	2

QVÆ.

1	A	B	C	D	E	F	G	H
2	f	5	3	1	6	4	2	
3	7	21	01	8	13	11	9	
4	f1	19	17	15	20	18	16	
5	12	92	42	22	27	25	23	
6	82	33	31	29	34	32	30	
7	55	04	38	36	41	39	37	
8	42	44	45	43	48	46	44	
9	95	54	52	50	55	53	51	
10	64	19	59	57	62	60	58	
11	92	89	99	97	69	67	65	
12	77	52	73	71	76	74	72	
13	48	78	08	84	83	81	79	
14	16	52	87	85	90	88	86	
15	86	96	46	62	66	55	53	
16	k	1	1	p	100			

Prior Tabula annorum.

1	A	B	C	D	E	F
2	2900	3000	3100	3200	3300	
3	415	429	443	458	472	
4	416	430	444	459	473	
5	417	431	445	460	474	
6	418	432	446	461	475	
7	419	433	447	462	476	
8	420	434	448	463	477	
9	421	435	449	464	478	
10	422	436	450	465	479	
11	423	437	451	466	480	
12	424	438	452	467	481	
13	425	439	453	468	482	
14	426	440	454	469	483	
15	427	441	455	470	484	
16	428	442	456	471	485	
17		443	457			

Annus Domini

P. Philippi

Chronologia
in Testamenti

A. IV

17

A	B	C	D	E	F	G	D	E	F	G	A	B	C	D	E	F	G	A	B	C	D	E	F
7	5	3	1	6	4	2	1700	1800	1900	2000	2100	2200	2300	2400	2500	2600	2700	2800	2900	3000	3100	3200	3300
14	12	10	8	13	11	9	243	258	272	286	301	315	329	343	358	372	386	401	415	429	443	458	
21	19	17	15	20	18	16	244	259	273	287	302	316	330	344	359	373	387	402	416	430	444	459	
28	26	24	22	27	25	23	245	260	274	288	303	317	331	345	360	374	388	403	417	431	445	460	
35	33	31	29	34	32	30	246	261	275	289	304	318	332	346	361	375	389	404	418	432	446	461	
42	40	38	36	41	39	37	247	262	276	290	305	319	333	347	362	376	390	405	419	433	447	462	
49	47	45	43	48	46	44	248	263	277	291	306	320	334	348	363	377	391	406	420	434	448	463	
56	54	52	50	55	53	51	249	264	278	292	307	321	335	349	364	378	392	407	421	435	449	464	
63	61	59	57	62	60	58	250	265	279	293	308	322	336	350	365	379	393	408	422	436	450	478	
70	68	66	64	69	67	65	251	266	280	294	309	323	337	351	366	380	394	409	423	437	451	480	
77	75	73	71	76	74	72	252	267	281	295	310	324	338	352	367	381	395	410	424	438	452	481	
84	82	80	78	83	81	79	253	268	282	296	311	325	339	353	368	382	396	411	425	439	453	482	
91	89	87	85	90	88	86	254	269	283	297	312	326	340	354	369	383	397	412	426	440	454	483	
98	96	94	92	97	95	93	255	270	284	298	313	327	341	355	370	384	398	413	427	441	455	484	
			99				256	271	285	299	314	328	342	356	371	385	399	414	428	442	456	485	
						100	257			300				357		400					457		

Posterior Tabula annorum ab initio legalis vestigia deductorum, spectat ad finem Lustrici

5 6 7 1 2 3 4 5 6 7 1 2 3 4 5 6 7 1 2

A	7	14	21	28	35	42	49	56	63	70	77	84	91	98	k
B	5	12	19	26	33	40	47	54	61	68	75	82	89	96	
C	3	10	17	24	31	38	45	52	59	66	73	80	87	94	f
D	1	8	15	22	29	36	43	50	57	64	71	78	85	92	d
E	6	13	20	27	34	41	48	55	62	69	76	83	90	97	
F	4	11	18	25	32	39	46	53	60	67	74	81	88	95	
G	2	9	16	23	30	37	44	51	58	65	72	79	86	93	l
H	1	m	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	n
I	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
J	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
K	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
L	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
M	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
N	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
O	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
P	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
Q	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
R	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
S	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
T	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
U	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
V	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
W	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
X	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
Y	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	
Z	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	100	

Prior Tabula annorum ab initio legalis recipias deductorum, que spectat ad finem Leuitici
q. 7. num. 2. fol. 227. Parte 1.

Si pro
 flex d
 Rendet qu
 quoriente.
 decimus S
 nus propol
 legalis agre
 battiorum
 Sabbatica.
 2. Sic
 rum prior e
 sterior sequ
 3. Vtr
 literis conti
 Prima colar
 à 200. ad 30
 & anno 70
 supremo lo
 literis A, B,
 tendum esse
 deinceps ac
 quam literar
 congruente
 pocha dedu
 tici.
 4. His t
 tabula Solis
 & colle & ort
 cis: Quere i
 perge ad par
 reperies in ce
 dine Sabbat
 sub 300. & d

15	29	43	58	72	86	101	115	129	143	158	172	186	201	215	229
16	30	44	59	73	87	102	116	130	144	159	173	187	202	216	230
17	31	45	60	74	88	103	117	131	145	160	174	188	203	217	231
18	32	46	61	75	89	104	118	132	146	161	175	189	204	218	232
19	33	47	62	76	90	105	119	133	147	162	176	190	205	219	233
20	34	48	63	77	91	106	120	134	148	163	177	191	206	220	234
21	35	49	64	78	92	107	121	135	149	164	178	192	207	221	235
22	36	50	65	79	93	108	122	136	150	165	179	193	208	222	236
23	37	51	66	80	94	109	123	137	151	165	180	194	209	223	237
24	38	52	67	81	95	110	124	138	152	167	181	195	210	224	238
25	39	53	68	82	96	111	125	139	153	168	182	196	211	225	239
26	40	54	69	83	97	112	126	140	154	169	183	197	212	226	240
27	41	55	70	84	98	113	127	141	155	170	184	198	213	227	241
28	42	56	71	85	99	114	128	142	156	171	185	199	214	228	242
		57			100				157			200			P

*in ab initio legis versitas deductorum, que spectat ad finem Levitici
q. 7. num. 2. fol. 227. Parte 1.*

H

QVÆSTIO VII.

*De ordine annorum Sabbaticorum, ab initio legalis agriculturæ deduc-
torum.*

1. Si proponatur annus aliquis Sabbaticus, ab eo tempore computatus, quo
flex de annis Sabbaticis obseruanda fuerat, per 7. diuidatur; quotiens o-
stendet quotus ordine Sabbaticus fuerit. v. gr. annus 28, per 7. diuisus, dat in
quotiente 4. Ergo fuit quartus Sabbaticorum. Annus 777. fuit centesimus vn-
decimus Sabbaticorum. Si constiterit quotus ordine in Sabbaticis fuerit an-
nus propositus, per 7. multiplicetur, & patebit, quotus cenferi debeat ab initio
legalis agrorum cultus. v. g. annus septimus Sabbaticus, fuit 49. ab initio Sab-
baticorum. Annus 15. Sabbaticus, per 7. multiplicatus, ostendit se fuisse 105. in
Sabbatica annorum serie.

*Regula
generalis.*

2. Si quis Arithmetica vti nolit, poterit tabulas sequentes adhibere, qua-
rum prior continet annos ab agrorum sortitione vsque ad 1694. deductos; po-
sterior sequentes vsque ad annum 3400. exclusiue.

*Hic est prior & posterior tabula annorum ab initio legalis agriculturæ
deducorum.*

3. Vtraque tabula septem habet columnas A. B. C. D. E. F. G. sub quibus
literis continentur anni expansi Sabbatici, inclusi parallelogrammo f. g. k. l.
Prima columna A. seruit primis 100. annis. Secunda ab anno 100. ad 200. tertia
à 200. ad 300. & ita deinceps, vt ab anno 600. in vsu esse incipiat columna G.
& anno 700. ad primam A. redeatur. Altera pars cuiuslibet tabellæ exhibet
supremo loco annos collectos ab Epochâ Sabbaticorum 0. 100. 200. 300. sub
literis A. B. C. & c. nempe vt memineris ab anno 0. & deinceps vsque ad 100. v-
rendum esse columna prima A. annorum expansorum: anno vero centesimo &
deinceps accipiendam esse columnam B. anno 200. C. & sic de cæteris, ita vt
quam literam habent supra se anni collecti, eandem habeant expansi, inter se
congruentes. Sub annis collectis, est ordo annorum Sabbaticorum, à sua E-
pochâ deductorum in parallelogrammo. m. n. p. q. omiſſis annis non Sabba-
ticis.

*Declaratio
in Tabula*

4. His tabellis reperimus annorum sabbaticorum ordinem, sicuti ex simili
tabula Solis aut Lunæ cyclos, scilicet in angulo communi, annorū expansorum
& collectorum; quod paucis declaro. Annus 98. quotus ordine fuit in sabbati-
cis: Quare initio tabellæ sub A. annum 98. quem iuxta k. reperies. Hinc recta
perge ad partem alteram eiusdem tabellæ, vsque ad columnam A. in qua sub o.
reperies in communi angulo 14. iuxta n. Dic igitur annum 98. esse. 14. in or-
dine Sabbaticorum. Annus 399. est Sabbaticus ordine 57. vt indicat litera c.
sub 300. & d. apud 99. Annus 1694. fuit sabbaticorum ducentessimus quadra-
gesimus

Ff 2

gesimus

P.
Philippi

Chronologia
Testamenti

A. IV

17 a.

gestimus secundus, ut ostendam litera p. r. sub 1600. & apud 99. sub C. Anno sabbaticus ordine 157. quotus est ab exordio sabbaticorum legalium? Hic annum reperies in columna D. sub 1000. iuxta literam t. Vnde recta regre ad columnam D. annorum expansorum & deprehendes 94. iuxta r. Dicitur igitur annum sabbaticum 157. fuisse 1099. ab epocha legalium sabbaticorum Iubilæorum. Annus 200. sabbaticus est 1400. à sua epocha, quia reperitur 1300. in columna G iuxta v. è regione 100. in alia columna G. inter annos expansos prope l. Annus sabbaticus 29. est à sua epocha 203. & c.

QVÆSTIO VIII.

De ordine annorum Sabbaticorum ante æram Christi.

Regula 1. **E**X eorum supputatione, qui ab autumno anni 1451. ante æram Christi horum annorum feriem mecum accersunt, sic potest eorum ordinem riri. Datus annus ante Christum sabbaticus, subtrahatur à 1452. & numerus remanet per 7. diuidatur: quotiens dabit ordinem anni sabbatici, dantur ineuntis, v.g. Anno ante Christum 500. iniit sabbaticus: at quotus erit? tolle de 1452. erunt residui 952. qui in 7. distracti representant in quo anno sabbaticum 145. autumno inceptum. Anno ante Chr. 133. quo ineuntis sabbaticus? istum annum subtrahere à 1452. remanebunt 119. qui in 7. distributione exhibent annum sabbaticum ordine decimum septimum.

2. Facilius id assequimur, per sequentem tabulam, cuius usus idem est tabulæ præcedentis, v.g. Anno ante Christum 1403. incepit annus sabbaticus ordine septimus: quia sub 1400. in columna A. è regione anni expansi in prima columna A. sunt 7. iuxta literas k. n.

Reg. 2.

3. Si detur aliquotus annus sabbaticus, quomodo ad annos Christi ante Christum reuocabitur? Ex opinione qua ducor, annus sabbaticus 207. iniit anno ante Christum tertio: sic anni omnes sabbatici à primo centesimo septimo æram Christi præcesserunt; sequentes vero ante Christi reducuntur. Considera porrò annum 1. sabbaticum iuxta a. non deinde recta sursum aspice 1400. sub A. rursus ab a. minusculo recta ad dextrum refer oculos vsque ad annos expansos sub A. & deprehendes 400. prope b. Dic igitur annum primum sabbaticum iniisse anno ante Christum 1445. quia recta supra se habet 1400. sub A. ad latus vero 45. erunt in alia columna B. habet 96. Ergo annus ille octauus sabbaticus incepit ante Christi epocham 1396. Rursus, annus sabbaticus 79. apud h. non præ se habet 800. in columna G. ad latus in alia columna G. habet 99. Ergo iniit anno ante Chr. 899.

Hic est tabula ordinis annorum sabbaticorum in annis ante æram Christi.

A	B	C	D	E	F	G
94	96	98	93	95	97	92
87	89	91	86	88	90	85
80	82	84	79	81	83	78
73	75	77	72	74	76	71
66	68	70	65	67	69	64
59	61	63	58	60	62	57
52	54	56	51	53	55	50
45	47	49	44	46	48	43
38	40	42	37	39	41	36
31	33	35	30	32	34	29
24	26	28	23	25	27	22
17	19	21	16	18	20	15
10	12	14	9	11	13	8
3k	5	7	2	4	6	11

A	B	C	D	E	F	G	A	B	C	D	E	F	G	A
1400	1300	1200	1100	1000	900	800	700	600	500	400	300	200	100	0
m	8	22	37	51	65	80	94	108	122	136	151	165	179	q
	9	23	38	52	66	81	95	109	123	138	152	166	181	
	10	24	39	53	67	82	96	110	124	139	153	167	182	
	11	25	40	54	68	83	97	111	125	140	154	168	183	
	12	26	41	55	69	84	98	112	126	141	155	169	184	
	13	27	42	56	70	85	99	113	127	142	156	170	185	
	14	28	43	57	71	86	100	114	128	143	157	171	186	
a	15	29	44	58	72	87	101	115	129	144	158	172	187	
1	16	30	45	59	73	88	102	116	130	145	159	173	188	
2	17	31	46	60	74	89	103	117	131	146	160	174	189	
3	18	32	47	61	75	90	104	118	132	147	161	175	190	
4	19	33	48	62	76	91	105	119	133	148	162	176	191	
5	20	34	49	63	77	92	106	120	134	149	163	177	192	
6	21	35	50	64	78	93	107	121	135	150	164	178	193	

Amenam Christi.

Tabula ordinis annorum Sabbati...

sub C... galum... recha... iuxta... bbatic... ia repe... tura an... te aram... rum or... & nume... atici, da... uorusa... ant in qu... r. 133... nt 119... am (sepi... us idem... annus lab... expansi... os Christi... bbaticus... i à primo... es vero... iuxta a... recha ad... hendes... nte Chri... ero 45... oo. ad la... icus ince... ud h. mo... abet 99...

12	10	8	13	11	9	14	109	213	237	252	266	280	295	309	323	337	352	366	380	395	409	423	437	452	466	480	495	
19	17	15	20	18	16	21	210	224	238	253	267	281	296	310	324	338	353	367	381	396	410	424	438	453	467	481	496	
26	24	22	27	25	23	28	211	225	239	254	268	282	297	311	325	339	354	368	382	397	411	425	439	454	468	482	497	
33	31	29	34	32	30	35	112	216	230	245	259	283	298	312	326	340	355	369	383	398	412	426	440	455	469	483	498	
40	38	36	41	39	37	42	113	227	241	256	270	284	299	313	327	341	356	370	384	399	413	427	441	456	470	484	499	
47	45	43	48	46	44	49	214	228	242	257	271	285	300	314	328	342	357	371	385	400	414	428	442	457	471	485	500	
54	52	50	55	53	51	56	215	229	243	258	272	286	301	315	329	343	358	372	386	401	415	429	443	458	472	486		
61	59	57	62	60	58	63	216	230	244	259	273	287	302	316	330	344	359	373	387	402	416	430	444	459	473	487		
68	66	64	69	67	65	70	217	231	245	260	274	288	303	317	331	345	360	374	388	403	417	431	445	460	474	488		
75	73	71	76	74	72	77	218	232	246	261	275	289	304	318	332	346	361	375	389	404	418	432	446	461	475	489		
82	80	78	83	81	79	84	219	233	247	262	276	290	305	319	333	347	362	376	390	405	419	433	447	462	476	490		
89	87	85	90	88	86	91	220	234	248	263	277	291	306	320	334	348	363	377	391	406	420	434	448	463	477	491		
96	94	92	97	95	93	98	221	235	249	264	278	292	307	321	335	349	364	378	392	407	421	435	449	464	478	492		
k		99			100		n		250			293			350	r			193			450				493	P	
Sab-	ba-	ti-	ci	era	Chri-	sti.																						

*Tabula ordinis annorum Sabbaticorum in era Christi, quae locum
habet sub finem libri Levit. g. num. 3. fol. 229. Parte 1.*

4. Hæc & sequens tabella nullo negotio ad P. Petaij rationes accommodari possunt: hic enim auctor $\tau\eta\upsilon\ \gamma\delta\ \sigma\gamma\gamma\epsilon\upsilon$ legalem auspicatur anno ante Chr. 1451. ego verò triginta quinque annis tardius, puta anno ante Chr. 1451. Sic ad metatocinia adde annos ante Christum 35. siue 5. sabbaticos, vt exurgant anni sabbatici ante Christum, ex sententia Petaij, Verbi gratia, annus sabbaticus ordine 94. oritur vt opinor anno ante Christum 794. Petaius putat 829. Anno ante Christum 192. ortus est annus sabbaticus, mihi 180. Petaius 185. Vbi noto annum sabbaticum ordine tricesimum; ille tricesimum quintum ponit. Vbi ego 55. ille 60. Quia illius & meæ computationes quinq; annorum hebdomadibus inter se discrepant, vbi Petaius habet decimum quintum, ego decimum tantum; vbi ille 20. ego 15. Ille 40. ego tricesimum quintum sabbaticum adscribo, & sic de cæteris.

QVÆSTIO IX.

De ordine annorum sabbaticorum in æra vulgari Christi.

1. Quando quidem anno ante hanc æram 1451. annorum sabbaticorum originem colloco: idcirco anno Domini primo, mihi annus 1452. ab initio sabbaticæ numerationis aperitur, anno quinto Domini, init sabbaticus 208. Dato igitur quolibet anno Domini, sic ordinem sabbaticorum inuestigo. Anno Domini proposito adjicio 2. tum summam in 7. partior. Denique quotienti addo 207. vt prodeat ordo sabbaticorum. Ex. ca. anno Dom. 103. appono 2. conueniunt 105. Hunc numerum in 7. disperior: sic 15. in quotiente reperio, quibus adiungo 207. atque ita demum prodit sabbaticus ordine 222. anno Domini 104. inchoatus. Anno Domini 495. addo duos: fiunt 497. vnde facta per 7. diuisione, quotiens sortitur 71 cui appono 207. & tandem deprehendo annum sabbaticum ordine 278. inijisse anno Dom. 495.

2. Si verò annus aliquis sabbaticus proponatur, qui superet 207. mox ei detraho 207. residuum per 7. multiplico, tum de numero producto, tollo 2. Sic tandem remanet, annus æræ Christi, quo datus ille sabbaticus oriebatur. Ex. ca. ab anno sabbatico 379. subduco 207. remanent 372. qui per 7. multiplicati, procreant 1204. quibus subtrahō 2. & reperio annum sabbaticum ordine 379. inceptum anno Dom. 1202.

3. Hæc autem tria: dicto citius, sequentis tabulæ adminiculo expediri possunt.

Hic est tabula ordinis annorum sabbaticorum in æra Christi.

Huius tabulæ vsus idem est, qui præcedentium. Ex. ca. Si quis roget quotus annus sabbaticus inierit anno Dom. 110. quære eum in communi angulo anni collecti 100. & expansi 10. ita vt sicut 100. sunt in columna B. pari modo 10. accipiatur etiam in alia columna B. Sic inuenies sabbaticum 223. anno Dom. 110. orientem.

Ff 3.

orientem.

P.
PhilippiChronologia
Testamenti

A. IV

17

Regula 2.

orientem. Anno Dom. 306. cepit sabbaticus 251. sub 300. in columna D. regione anni expansi 6. reperi in alia columna D. Anno Dom. 1993. inij sabbaticus 492. notatus prope literam p. in columna F. sub 1900. ad latus vero annos expansos habet 93. etiam in columna F. haud procul à litera l. Anno sabbaticus 350. quando ortus est eum reperies prope r. sub anno collecto in columna C. ad latus verò inter annos expansos in alia columna C. anno 99. Annus ergo ille 350. sabbaticus aperiēbatur anno Dom. 599. Annus sabbaticus ordine 493. inij anno Dom. 2000. qui supra se habet 1900. in columna è regione verò inter annos expansos, etiam in columna F. habet 100. quæ ad 1900. conficiunt 2000. &c.

4. Si annis sabbaticis hac tabella repræsentatis addantur 5. habebunt sabbatici ex opinione Petavij çre Christi congruentes. V. g. vbi habeo notantur 213. vbi noto 350. scribantur 355. vbi hic reperiuntur 80. numerentur

5. Diligenter autem aduertendum est, vt quam habet annus collecto gratia, annus 100. habet B. si ergo volo habere annum 103. 100. 107. 114. quæro inter annos expansos 3. 10. 17. 24. &c. sub litera B. & recte procedo ad columnam anni 100. sicut in Aurei numeri inuestigatione fieri solet. Si annus 200. habet C. ergo etiam sub C. querendi sunt anni expansi. 1. 8. 15. 22. 29. 36. 43. 50. 57. 64. 71. 78. 85. 92. 99. 106. 113. 120. 127. 134. 141. 148. 155. 162. 169. 176. 183. 190. 197. 204. 211. 218. 225. 232. 239. 246. 253. 260. 267. 274. 281. 288. 295. 302. 309. 316. 323. 330. 337. 344. 351. 358. 365. 372. 379. 386. 393. 400. 407. 414. 421. 428. 435. 442. 449. 456. 463. 470. 477. 484. 491. 498. 505. 512. 519. 526. 533. 540. 547. 554. 561. 568. 575. 582. 589. 596. 603. 610. 617. 624. 631. 638. 645. 652. 659. 666. 673. 680. 687. 694. 701. 708. 715. 722. 729. 736. 743. 750. 757. 764. 771. 778. 785. 792. 799. 806. 813. 820. 827. 834. 841. 848. 855. 862. 869. 876. 883. 890. 897. 904. 911. 918. 925. 932. 939. 946. 953. 960. 967. 974. 981. 988. 995. 1002. 1009. 1016. 1023. 1030. 1037. 1044. 1051. 1058. 1065. 1072. 1079. 1086. 1093. 1100. 1107. 1114. 1121. 1128. 1135. 1142. 1149. 1156. 1163. 1170. 1177. 1184. 1191. 1198. 1205. 1212. 1219. 1226. 1233. 1240. 1247. 1254. 1261. 1268. 1275. 1282. 1289. 1296. 1303. 1310. 1317. 1324. 1331. 1338. 1345. 1352. 1359. 1366. 1373. 1380. 1387. 1394. 1401. 1408. 1415. 1422. 1429. 1436. 1443. 1450. 1457. 1464. 1471. 1478. 1485. 1492. 1499. 1506. 1513. 1520. 1527. 1534. 1541. 1548. 1555. 1562. 1569. 1576. 1583. 1590. 1597. 1604. 1611. 1618. 1625. 1632. 1639. 1646. 1653. 1660. 1667. 1674. 1681. 1688. 1695. 1702. 1709. 1716. 1723. 1730. 1737. 1744. 1751. 1758. 1765. 1772. 1779. 1786. 1793. 1800. 1807. 1814. 1821. 1828. 1835. 1842. 1849. 1856. 1863. 1870. 1877. 1884. 1891. 1898. 1905. 1912. 1919. 1926. 1933. 1940. 1947. 1954. 1961. 1968. 1975. 1982. 1989. 1996. 2003. 2010. 2017. 2024. 2031. 2038. 2045. 2052. 2059. 2066. 2073. 2080. 2087. 2094. 2101. 2108. 2115. 2122. 2129. 2136. 2143. 2150. 2157. 2164. 2171. 2178. 2185. 2192. 2199. 2206. 2213. 2220. 2227. 2234. 2241. 2248. 2255. 2262. 2269. 2276. 2283. 2290. 2297. 2304. 2311. 2318. 2325. 2332. 2339. 2346. 2353. 2360. 2367. 2374. 2381. 2388. 2395. 2402. 2409. 2416. 2423. 2430. 2437. 2444. 2451. 2458. 2465. 2472. 2479. 2486. 2493. 2500. 2507. 2514. 2521. 2528. 2535. 2542. 2549. 2556. 2563. 2570. 2577. 2584. 2591. 2598. 2605. 2612. 2619. 2626. 2633. 2640. 2647. 2654. 2661. 2668. 2675. 2682. 2689. 2696. 2703. 2710. 2717. 2724. 2731. 2738. 2745. 2752. 2759. 2766. 2773. 2780. 2787. 2794. 2801. 2808. 2815. 2822. 2829. 2836. 2843. 2850. 2857. 2864. 2871. 2878. 2885. 2892. 2899. 2906. 2913. 2920. 2927. 2934. 2941. 2948. 2955. 2962. 2969. 2976. 2983. 2990. 2997. 3004. 3011. 3018. 3025. 3032. 3039. 3046. 3053. 3060. 3067. 3074. 3081. 3088. 3095. 3102. 3109. 3116. 3123. 3130. 3137. 3144. 3151. 3158. 3165. 3172. 3179. 3186. 3193. 3200. 3207. 3214. 3221. 3228. 3235. 3242. 3249. 3256. 3263. 3270. 3277. 3284. 3291. 3298. 3305. 3312. 3319. 3326. 3333. 3340. 3347. 3354. 3361. 3368. 3375. 3382. 3389. 3396. 3403. 3410. 3417. 3424. 3431. 3438. 3445. 3452. 3459. 3466. 3473. 3480. 3487. 3494. 3501. 3508. 3515. 3522. 3529. 3536. 3543. 3550. 3557. 3564. 3571. 3578. 3585. 3592. 3599. 3606. 3613. 3620. 3627. 3634. 3641. 3648. 3655. 3662. 3669. 3676. 3683. 3690. 3697. 3704. 3711. 3718. 3725. 3732. 3739. 3746. 3753. 3760. 3767. 3774. 3781. 3788. 3795. 3802. 3809. 3816. 3823. 3830. 3837. 3844. 3851. 3858. 3865. 3872. 3879. 3886. 3893. 3900. 3907. 3914. 3921. 3928. 3935. 3942. 3949. 3956. 3963. 3970. 3977. 3984. 3991. 3998. 4005. 4012. 4019. 4026. 4033. 4040. 4047. 4054. 4061. 4068. 4075. 4082. 4089. 4096. 4103. 4110. 4117. 4124. 4131. 4138. 4145. 4152. 4159. 4166. 4173. 4180. 4187. 4194. 4201. 4208. 4215. 4222. 4229. 4236. 4243. 4250. 4257. 4264. 4271. 4278. 4285. 4292. 4299. 4306. 4313. 4320. 4327. 4334. 4341. 4348. 4355. 4362. 4369. 4376. 4383. 4390. 4397. 4404. 4411. 4418. 4425. 4432. 4439. 4446. 4453. 4460. 4467. 4474. 4481. 4488. 4495. 4502. 4509. 4516. 4523. 4530. 4537. 4544. 4551. 4558. 4565. 4572. 4579. 4586. 4593. 4600. 4607. 4614. 4621. 4628. 4635. 4642. 4649. 4656. 4663. 4670. 4677. 4684. 4691. 4698. 4705. 4712. 4719. 4726. 4733. 4740. 4747. 4754. 4761. 4768. 4775. 4782. 4789. 4796. 4803. 4810. 4817. 4824. 4831. 4838. 4845. 4852. 4859. 4866. 4873. 4880. 4887. 4894. 4901. 4908. 4915. 4922. 4929. 4936. 4943. 4950. 4957. 4964. 4971. 4978. 4985. 4992. 5000. 5007. 5014. 5021. 5028. 5035. 5042. 5049. 5056. 5063. 5070. 5077. 5084. 5091. 5098. 5105. 5112. 5119. 5126. 5133. 5140. 5147. 5154. 5161. 5168. 5175. 5182. 5189. 5196. 5203. 5210. 5217. 5224. 5231. 5238. 5245. 5252. 5259. 5266. 5273. 5280. 5287. 5294. 5301. 5308. 5315. 5322. 5329. 5336. 5343. 5350. 5357. 5364. 5371. 5378. 5385. 5392. 5399. 5406. 5413. 5420. 5427. 5434. 5441. 5448. 5455. 5462. 5469. 5476. 5483. 5490. 5497. 5504. 5511. 5518. 5525. 5532. 5539. 5546. 5553. 5560. 5567. 5574. 5581. 5588. 5595. 5602. 5609. 5616. 5623. 5630. 5637. 5644. 5651. 5658. 5665. 5672. 5679. 5686. 5693. 5700. 5707. 5714. 5721. 5728. 5735. 5742. 5749. 5756. 5763. 5770. 5777. 5784. 5791. 5798. 5805. 5812. 5819. 5826. 5833. 5840. 5847. 5854. 5861. 5868. 5875. 5882. 5889. 5896. 5903. 5910. 5917. 5924. 5931. 5938. 5945. 5952. 5959. 5966. 5973. 5980. 5987. 5994. 6001. 6008. 6015. 6022. 6029. 6036. 6043. 6050. 6057. 6064. 6071. 6078. 6085. 6092. 6099. 6106. 6113. 6120. 6127. 6134. 6141. 6148. 6155. 6162. 6169. 6176. 6183. 6190. 6197. 6204. 6211. 6218. 6225. 6232. 6239. 6246. 6253. 6260. 6267. 6274. 6281. 6288. 6295. 6302. 6309. 6316. 6323. 6330. 6337. 6344. 6351. 6358. 6365. 6372. 6379. 6386. 6393. 6400. 6407. 6414. 6421. 6428. 6435. 6442. 6449. 6456. 6463. 6470. 6477. 6484. 6491. 6498. 6505. 6512. 6519. 6526. 6533. 6540. 6547. 6554. 6561. 6568. 6575. 6582. 6589. 6596. 6603. 6610. 6617. 6624. 6631. 6638. 6645. 6652. 6659. 6666. 6673. 6680. 6687. 6694. 6701. 6708. 6715. 6722. 6729. 6736. 6743. 6750. 6757. 6764. 6771. 6778. 6785. 6792. 6799. 6806. 6813. 6820. 6827. 6834. 6841. 6848. 6855. 6862. 6869. 6876. 6883. 6890. 6897. 6904. 6911. 6918. 6925. 6932. 6939. 6946. 6953. 6960. 6967. 6974. 6981. 6988. 6995. 7002. 7009. 7016. 7023. 7030. 7037. 7044. 7051. 7058. 7065. 7072. 7079. 7086. 7093. 7100. 7107. 7114. 7121. 7128. 7135. 7142. 7149. 7156. 7163. 7170. 7177. 7184. 7191. 7198. 7205. 7212. 7219. 7226. 7233. 7240. 7247. 7254. 7261. 7268. 7275. 7282. 7289. 7296. 7303. 7310. 7317. 7324. 7331. 7338. 7345. 7352. 7359. 7366. 7373. 7380. 7387. 7394. 7401. 7408. 7415. 7422. 7429. 7436. 7443. 7450. 7457. 7464. 7471. 7478. 7485. 7492. 7499. 7506. 7513. 7520. 7527. 7534. 7541. 7548. 7555. 7562. 7569. 7576. 7583. 7590. 7597. 7604. 7611. 7618. 7625. 7632. 7639. 7646. 7653. 7660. 7667. 7674. 7681. 7688. 7695. 7702. 7709. 7716. 7723. 7730. 7737. 7744. 7751. 7758. 7765. 7772. 7779. 7786. 7793. 7800. 7807. 7814. 7821. 7828. 7835. 7842. 7849. 7856. 7863. 7870. 7877. 7884. 7891. 7898. 7905. 7912. 7919. 7926. 7933. 7940. 7947. 7954. 7961. 7968. 7975. 7982. 7989. 7996. 8003. 8010. 8017. 8024. 8031. 8038. 8045. 8052. 8059. 8066. 8073. 8080. 8087. 8094. 8101. 8108. 8115. 8122. 8129. 8136. 8143. 8150. 8157. 8164. 8171. 8178. 8185. 8192. 8199. 8206. 8213. 8220. 8227. 8234. 8241. 8248. 8255. 8262. 8269. 8276. 8283. 8290. 8297. 8304. 8311. 8318. 8325. 8332. 8339. 8346. 8353. 8360. 8367. 8374. 8381. 8388. 8395. 8402. 8409. 8416. 8423. 8430. 8437. 8444. 8451. 8458. 8465. 8472. 8479. 8486. 8493. 8500. 8507. 8514. 8521. 8528. 8535. 8542. 8549. 8556. 8563. 8570. 8577. 8584. 8591. 8598. 8605. 8612. 8619. 8626. 8633. 8640. 8647. 8654. 8661. 8668. 8675. 8682. 8689. 8696. 8703. 8710. 8717. 8724. 8731. 8738. 8745. 8752. 8759. 8766. 8773. 8780. 8787. 8794. 8801. 8808. 8815. 8822. 8829. 8836. 8843. 8850. 8857. 8864. 8871. 8878. 8885. 8892. 8899. 8906. 8913. 8920. 8927. 8934. 8941. 8948. 8955. 8962. 8969. 8976. 8983. 8990. 8997. 9004. 9011. 9018. 9025. 9032. 9039. 9046. 9053. 9060. 9067. 9074. 9081. 9088. 9095. 9102. 9109. 9116. 9123. 9130. 9137. 9144. 9151. 9158. 9165. 9172. 9179. 9186. 9193. 9200. 9207. 9214. 9221. 9228. 9235. 9242. 9249. 9256. 9263. 9270. 9277. 9284. 9291. 9298. 9305. 9312. 9319. 9326. 9333. 9340. 9347. 9354. 9361. 9368. 9375. 9382. 9389. 9396. 9403. 9410. 9417. 9424. 9431. 9438. 9445. 9452. 9459. 9466. 9473. 9480. 9487. 9494. 9501. 9508. 9515. 9522. 9529. 9536. 9543. 9550. 9557. 9564. 9571. 9578. 9585. 9592. 9599. 9606. 9613. 9620. 9627. 9634. 9641. 9648. 9655. 9662. 9669. 9676. 9683. 9690. 9697. 9704. 9711. 9718. 9725. 9732. 9739. 9746. 9753. 9760. 9767. 9774. 9781. 9788. 9795. 9802. 9809. 9816. 9823. 9830. 9837. 9844. 9851. 9858. 9865. 9872. 9879. 9886. 9893. 9900. 9907. 9914. 9921. 9928. 9935. 9942. 9949. 9956. 9963. 9970. 9977. 9984. 9991. 9998. 10000.

IN LIBRVM NVMERORVM

Notæ & quæstiones Chronologica.

Argumẽ-
tam libri
continet
39. annos.



*H*c liber continet res gestas Moysis & populi Hebraorum, annorum ferè 39. incipit enim prima die mensis secundi, altero anno egressio in Ægypto, & porrigitur vsque ad finem mensis decimi anni 40. ab Exodo. Deuteronomiũ enim incipit prima vndecimi mensis eiusdem anni, vt patet 1. v. 1. & Deut. 1. v. 3. Addendum tamen, quædam

huius libri recenseri, qua gesta fuerant primo mense, ut notatur ibidem, v. 1. Qua etiam capite 7. de Principum donarijs referuntur, ad primum mensem spectant, ut ibidem dicam, & certum esse scribit Bonfrerius, Num. 1. v. 1. Vnde manifeste liquet non semper ordinem temporis in hoc libro seruatum fuisse.

CAPVT I. NVM. v. 1.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, in Tabernaculo foederis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Aegypto, dicens: tollite summam tributa congregationis. Hinc patet primò lustrum hoc conditum esse cum Hebraei adhuc in istatione morarentur, in qua peracta sunt ea omnia, quae ab initio huius libri, vsque ad v. 11. cap. 10. memorantur. Secundò, haec gesta esse, cum iam erectum esset tabernaculum: siquidem Deus in eo locutus dicitur. Deinde positum & consecrari coëptum est, prima die primi mensis. Exodi 40. v. 15. hanc verò lustrationem Deus initio mensis secundi fieri praecipit. Vnde vltierius contra Indaeorum opinionem cõcludit Abul. hic q. 4. hanc capitulationem non fuisse indicam, quando Moyses cum Deo, in vertice montis Sinai agebat: ibi enim prius fuit quam tabernaculum construeretur. Quae verò hic referuntur, in ipso tabernaculo infra montem posito dicta sunt, neque vllum apparet indicium, quo quis suspicari possit, iam ante Moysi in mandatis data fuisse.

Hic consensus a 7. vsq. est in 12. mansione.

Stante tabernaculo.

2. Patet tertid, hunc censam non esse eundem, cum eo cuius mentio habetur Exodi 28. vers. 25. ille enim tabernaculi fabricam praecessit, quando quidẽ ibid. dicitur aurum & argentum in opus tabernaculi oblatum ab ijs, qui transierunt ad numerum (hoc est, lustrati fuerunt) à viginti annis & supra. Hæc verò populi enumeratio decreta est in ipso, stante iam & completo tabernaculo, vt hic v. 1. distictè scribitur, quam protinus eodem die executioni mādaturunt, Moyses, Aaron, & principes tribuum ac familiarũ, vt dicitur v. 18. Et congregauerunt primo die mensis secundi recensentes eos, per cognationes & domos ac familias & capita & nomina singulorũ a vigesimo anno & supra sicut praeceperat Dominus Moysi. Diuersæ igitur fuerunt, & diuersis temporibus habitæ duæ istæ lustrationes: quod notant Abulensis hic q. 7. Cornelius, Bonfrerius, Menochius, licet idem numerus lustratorum in vtraque repertus fuerit, nempe sexcenta tria millia virorum quingenti, quinqua-

Diuersus ab eo, de quo Exodi 28.

P. Philippi

Chronologia
Testamenti

A. IV

17

quinquaginta. Exodi. 8. v. 25. Numer. 1. v. 48. Quod non vsque adeo mirum
deri debet, prius enim lustrum, non fuit ante stragem illam, quam fecerunt
uiræ die adorati vituli & fractarum tabularum, quicquid nonnulli opinantur
sed posterioribus tabulis iam relatis, cum in tabernaculi fabricationem Moyses
incumberet. Sic contigisse potuit, ut à priori lustro ad alterum, non plures
rerentur, quam alij ad annum ætatis vigesimum pertingerent: siquidem
nisi 7. circiter menses intercesse. unt.

*Causa
huius cen-
sus.*

3. Dices: quid post tantillum temporis noua lustratione opus erit? Quia id oraculo diuino iubebatur. Deinde primus census initus fuerat pro tributione faciendâ ad tabernaculi præparationem; secundus ad castra modius locanda, præsertim verò, ad tam ingentem multitudinē tribuendâ tabernacula disponendam. Ita Cornelius, Bonfrerius, Lorinus Menochius hunc locum, Tostatus. q. 7. Fuit & alia populi numeratio post multos annos in campetribus Moab de qua Num. 26.

CAPVT VII. Num. v. 1.

Quæstio.

1. **F**actum est autem in die, qua compleuit Moyses tabernaculum, & erexit illud, & sanctificauit, cum omnibus vasis suis, altare similiter, & omnia vasa eius. Erant principes Israel & c. Certum est omnium sententia, & sacre scripturæ autoritate, tabernaculum erectum fuisse, vinctum, sanctificatum, mense primo tradit Moyses Exodi vltimo, v. 15. has verò oblationes, nonnulli ad secundum mensem differunt, vt Salianus an. m. 25. 45. num. 79. & seqq. Probare nimirum personis principum offerentium, quos scriptura hic v. 2. vocat *præfectos* non numerati fuerant. Chaldæus & apud Fagium Rabbi Salomon habent: *quæ præstantes cum Moysè & Aaron, cum numerarent Israelitas.* Hæc autem numeratio est primo die mensis secundi. Num. 1. v. 1. & 18. ergo non ante mensis secundum donaria obtulerunt. Quod confirmare videtur ordo Moisaicæ nomenclaturæ, quæ prius censum populi quam principum sacrificia commemorat. Probat 2. ex rebus oblati, quæ fuerunt sex plaustra tecta, cum bobus 12. quibus vsi sunt tabernaculo, prout eorum officijs conueniebat, transferendo in mensium uorum iam peracto, vt docemur Num. 3. Probat 3. ex ordine principum offerentium diebus 12. qui ordo non fuit natiuitatis, aut dignitatis, sed temporum prout circa tabernaculum Israelitæ castra metabantur. Num. cap. 2. Probat 4. prius recensita erant capita familiarum. Probat 4. Artifices non nisi mense primo tabernaculi fabricam absoluerunt: ergo vt tot donaria aurea & argentea principibus offerenda expedirent, vno vt minimum mense, nimirum primo anni sequentis indigebant. 5. Aaron & filij eius, necdum 7. dies suæ consecrationis absoluerant, sed inchoarant tantum prima die mensis primi, quæ

*1. Opinio.
cum 6.
argumen-
tis.*

dedicatum est tabernaculum; igitur victimas ritu publico & solemniter mactare ante diem octavam non poterant. 6. ab autoritate historiarum Scholasticorum & Carthaginiensium, qui dicunt non eodem die numero has oblationes fieri coeptas, quo dedicatum est Sanctuarium; sed specie tantum, sicut Iudaei observabant sabbatum, in die, qua Deus ab opere creationis cessavit, pascha celebrabant in die, qua migrarant ex Aegypto, & nos diem Dominicum colimus quia Christus in ea resurrexit. Unde concludit hic author, ideo munera principum dici oblata, ea die, qua consecratum est tabernaculum: quia sicut octava die primi mensis absoluta est caeremonia dedicati Sanctuarii, & consecrati (cum filiis) Aaronis: ita octava secundi mensis oblationes fieri coeperunt.

2. Bonifacius docet, erectionem, unctioem, sanctificationem tabernaculi & altaris septem ipsos dies tenuisse, ut patet Exodi 29. oblationem plastrorum & bouum refert ad primam diem primi mensis, quo coepta sacerdotum consecratio, vel ad septimum quo finita est: munera vero principum putat offerri coepta, die octavo eiusdem mensis a sacerdotibus recens initiatis, & Moysen primis septem diebus eas tantummodo hostias obtulisse, quae consecrationi sacerdotum, & utensilium tabernaculi erant necessariae. Itaque illum diem, quo hic v. 1. & 10. tabernaculum dicitur completum, erectum, unctum, sanctificatum cum suis vasis, & altare dedicatum, siue, quo haec omnia absoluta fuere, (vix explicat) vult fuisse septimum primi mensis inclusivè octavam exclusivè, quo primum novi sacerdotes poterant sua munia auspicari. Additque diem posse pro tempore indeterminatè accipi, ut in die idem sit quod eodem tempore, siue sub idem tempus, prout accipiendum videtur hic v. 84. Genebrardus an. m. 1670. ait in Martio principes sua sacrificia obtulisse, in Aprili numeratos per capita Israelitas; sic dissidet ab ijs, qui hasce oblationes in secundum mensum disseverant. Lorinus in argumento huius capitis refert plures hac de re opiniones.

3. Alij denique plerique ut fatetur Salianus initium harum oblationum, ad illam numero diem referunt quo erectum est tabernaculum. Ita Lyranus in hoc c. v. 84. Vincentius lib. 2. spec. hist. c. 32. Tostatus q. 3. Hugo, Cornelius v. 1. Lorinus ib. & l. c. Tornellus illo an. 2545. num. 2. Menochius hic. v. 11. Ratio huius sententiae est, quia sine necessitate non est recedendum a proprietate verborum quibus Moyses scribit, haec gesta in die qua tabernaculum fuit completum & erectum. Ad do considerandos esse v. 10. & 11. huius capitis, quorum prior principes dicuntur sua munera obtulisse in dedicationem Altaris, ea die, qua unctum est. Graecus habet ἐς τὸν ἑγκαίνισμόν, in encanimum siue encaniorum altaris celebrationem. Hebraeus ait eos obtulisse dedicationem Altaris, suo nimirum idiotismo, quo Deut. 16. v. 2. oves & boues tempore paschatis offerendos vocat pascha; &

Gg

immola-

P.
PhilippiChronologia
Testamenti

A. IV

17^a

immolabis Pascha Domino Deo tuo, oves & boues, vbi Chaldæus & Græcus phasē
 Hebream retineat, noster autem reddit; immolabisque phasē Domino Deo tuo, de
 uibus & de bobus. Atqui Num. 7. v. 10. iubet Deus, vt singuli duces singulis diebus
 offerant sua donaria in dedicationem altaris: quo loquendi modo vitur libet
 Paralip. cap. 35. v. 8. & 9. Vbi Græcus, Hebæus, Latinus dicunt oblata annua
 in Pascha. Quando igitur hic dicuntur factæ à principibus oblationes in
 cationem altaris, perinde est ac si diceretur ad celebrandam dedicationem
 ad ea suppeditanda, quæ dedicationem celebrem reddebant. Et sicur facta
 illa, de quibus est sermo locis ex Deuter. & Paralip iam allatis, alio
 ri non possunt, quam ad tempus Paschale: ita principum munera de quibus
 gimus, ad tempus dedicationis, quæ prima die mensis primi incepta est, Ex
 40. v. 1. 15. 24. & septem dies tenuit. Exodi 29. v. 37.

Ad 1. arg.
 & opinionis

4. Ad primam rationem eorum, qui principum oblationes in secun
 mensẽ rejciunt, respondet Cornelius, ter in deserto numeratum fuisse popu
 lum. 1. ante fabricam tabernaculi. 2. post erectum tabernaculum. 3. post
 annos ad campestria Moab, vt iam notabam c. 1. num. 3. istos autem principes
 fuisse præfectos eorum, qui prima vice, numerati fuerunt. Forſitan etiam dicitur
 Moysen hæc scripsisse peracto iam altero censu, & sic per proleptin dixisse
 fuisse præfectos eorum qui postea numerati fuerunt. Sicut S. Marcus cap. 14.
 vers. 4. de Iuda Iscariote ait: qui & tradidit eum, cum tamen necdum tradidit
 quando gerebantur ista, quæ ibi Euangelista meminit. Ad confirmationem
 co, temporis ordinem hic non esse seruatum, vt supra dixi, & fusius explicabo
 finem huius quæstionis.

Ad 2.

5. Ex secunda probatione solum colligimus, Deum præcepisse, vt Moyses
 plaustra & boues acciperet, non autem vt eodem die Leuitis traderet. In
 inquit, ab eis, vt seruiant in ministerio tabernaculi, & trades ea Leuitis iuxta ordinem
 ferij sui. Itaque cum suscepisset Moyses plaustra & boues, tradidit eos Leuitis. v. 5. & 6.
 quidem eo die, sed postea suo tempore. Quæ verò hic v. 6. 7. 8. 9. attestant
 mense sequenti gesta sunt: ac idcirco v. 10. cum Moyses ad interruptam de
 lationibus principum narrationem redire vellet, rursus inculcat eas factas
 dedicationem siue ad celebranda onænia Altaris.

Ad 3.

6. Tertij argumenti negatur consequentia. Ita enim Deo placuit, vt quo
 dine principes in Altaris dedicationem donaria contulerant, illo eodem
 to, postea circa tabernaculum fœderis castra metarentur.

Ad 4.

7. Ad 4. dicendum, eo tempore, quo aliqui artificum tabernaculi
 concinnabant, alios munera principum adornasse, aut saltem aliquos
 antequam erigeretur tabernaculum: siquidem & hæc donaria ad illud, vt
 dicaretur spectabant.

1. Ad 5. Resp. ex omnium sententia septem illis diebus, quibus Aaron cum
 filijs initiabatur Moysen aliqua sacrificia obtulisse, quæ scilicet partim ad sa-
 cerdotum, partim ad altaris consecrationem pertinebant, vt patet Exodi 29.
 Non est autem ratio, cur non iisdem diebus potuerit hostias principum immo-
 lare, cum non deessent, qui cæcis victimis pelles detraherent, carnes in frustra
 conciderent, & alia eiusmodi mænia obirent, ad quæ obeunda sacerdotalis præ-
 rogatiua non erat necessaria, vt bene Cornelius & Lorinus.

2. Ad 6. Sunt alij grauioribus auctoribus, qui clarius contrarium censent. Exem-
 pla illa de die Sabbati, Paschatis, Dominica, sunt longè disparis rationis: cum
 enim sæpius redeant, non possunt ad eandem numero diem referri. Oblationes
 autem principum semel factæ sunt, nec alia de causa istæ oblationes in Hebræo
 nominantur dedicatio altaris, quam quod tempore dedicationis contigerint.
 Deinde si quid probarent exempla, quæ afferuntur, dicendum esset, factas eo
 die oblationes quo consecratum est tabernaculum: octauo autem die fatentur
 aduersarij, nihil actum esse, quod ad eius consecrationem pertineret. Septem
 etenim diebus præcedentibus peracta & absoluta fuerat. Quod si à termino
 extrinseco talem loquendi modum deducere licuerit, dici poterit festum puri-
 ficationis celebrari in die Natiuitatis Christi: quia sicut antagonistæ idcirco
 dicunt oblationes factas octaua, vt putant, die mensis secundi, quia taberna-
 culi consecratio absoluta fuit exclusiue die octauo primi mensis Hebræici: ita
 Purificatio diceretur celebrari die Natiuitatis Christi, quia celebritas natalitia
 absoluitur 2. die Ianuarij exclusiue quæ est 2. mensis primi apud Romanos: pu-
 rificatio autem celebratur 2. etiam die, sed mensis Februarij, siue apud Roma-
 nos secundi.

3. Bonfrerio assentior in eo, quod altaris consecrationem primis 7. diebus
 factam asserat, si ipsius altaris cæremonias spectemus, vt habetur Exodi 29. sed
 oblationes principum vsque ad octauam diem dilatas non puto, & Moysen
 existimo septem illis diebus, ea quæ tunc principes afferebant, Deo obtulisse,
 sicut alias victimas obtulit. Alijs verò 5. diebus, nouos sacerdotes reliqua dona-
 tina sacrificasse. Oblationes refero ad diem siue tempus, quo tabernaculum
 vinctum & sanctificatum, nec non altare consecratum est in adæquatè: quia fa-
 ctæ sunt omnibus diebus consecrationis tabernaculi ac altaris, ac insuper quin-
 que diebus insecutis. Bene etiam monet Bonfrerius hic ordinem temporis non
 obseruari, sed pleraque, quæ libro Leuit. antecesserunt, his quæ hoc capite ha-
 bentur posteriora fuisse. Idem latius tradit Cornelius & Tostatus in hoc
 cap. quæstion. 2. vbi animaduertit, eodem quidem tempore erectum fuisse
 tabernaculum, sacerdotes initiari, & principum munera offerri cœpisse:
 in narratione verò Moysis non fuisse seruatum ordinem temporis, sed materiæ.

Gg 2

Nam

P.
PhilippiChronologia
Testamenti

A. IV

17^aAd opinio-
nem 2^a

Nam in fine Exodi, cum egisset de fabrica & partibus tabernaculi, sibi
 Moyses erectionem eius & dedicationem. In Leuitico cum ageret de ma-
 rio Sacerdotum, atroxuit Aaronis & filiorum eius consecrationem; in
 autem Numerorum, cum ea potissimum, quæ ad Laicos spectant commu-
 raret, censum populi descripsit, eiusque occasione Leuitarum ministeria,
 que Nazaræorum. Tum demum capite 7. redijt ad principum oblationum
 ne quis existimaret hic ordinem temporis seruari, & iustum de quo cap. 1.
 oblationes principum fuisse initum, disertè monet initio cap. 7. se agere
 stis eo tempore quo tabernaculum erectum, vñctum, sanctificatum fuit,
 ne vllus dubitandi locus relinqueretur inculcat v. 10. & 11. has oblationes
 dedicationem, siue in dedicationem altaris factas. Cum igitur ea de
 prima die primi mensis cœpta fuerit: non video rationem cur donari
 octauam diem vel primi vel secundi mensis differri poterint.

VII. NVM. v. 84.

Hæc in dedicatione altari oblata sunt à principibus Israel, in die qua consecra-
 Hebræus & Chaldaeus habent: hæc dedicatio altaris in die, qua vngebatur, a
 bus & ducibus Israel. Hæc dedicatio altaris, qua die vnxit ipsum (Moyses) a primis
 liorum Israel. Particulam in die, accipiunt nonnulli pro tempore in determi-
 q. d. sub illud, vel paulo post illud tempus, quo fuit altaris dedicatio. Vi-
 licet aliquando sic accipi possit, vt si quis dicat vltimos quinque duces, in-
 nera obtulisse in die, qua consecratum est tabernaculum: arbitror nihil
 cum Cornelio, Lorino &c. hæc rō in die sumendum pro tempore determi-
 quo altare dedicabatur, vt sensus sit, illo tempore, quo altaris fuit consecra-
 factas esse oblationes, subaudi quoad maiorem sui partem & in ad
 quoad ea quæ Exodi 29. præscribuntur. Simul enim cœperunt & per-
 durarunt consecratio & oblationes; illa die septimo; hæc duodecimo
 sunt. Sicut igitur similia dona non possent Pascha nominari, nisi aliqua
 ex parte tempore paschatis offerrentur: ita neque hæc ducum munera
 braicè, Chaldaicè, Græcè dedicatio dicerentur, si incepissent peracta iam
 naculi, altaris & reliquorum vñctum dedicatione, vt latius dixi, q. præ-
 ti & clarè habet Vincentius l. c.

Quid hic
 significet
 IN DIE
 QVA.

CAPVT X. NVM. v. 11.

Quando
 migratum
 ex 12. ma-
 nione.

ANNO secundo, mense secundo, vigesima die mensis, eleuata est nubes de tabernaculo
 deris, profectique sunt filij Israel per turmas suas de deserto Sinai. Hunc esse
 secundum ab Exodo notant plerique omnes huius loci interpretes. Vnde
 ligimus moram Hebræorum in 12. mansione ad montem Sinai fuisse

anni exceptis 13, circiter diebus. Ad Sina enim venerunt tertia die mensis tertij anno primo egressionis de Aegypto, vt patet ex dictis in cap. 19. Exodi. Dixi circiter, quia non certo constat, vtrum mensis secundus fuerit cauus. Hinc lenè aduertit præter alios Cornelius ea ad montem Sinai gesta esse, quæ à cap. 19. Exodi hucusque referuntur, nempe 1. omnes leges morales, iudiciales, & caremoniales latas esse in Sina. 2. Ibidem constructum & cum suis partibus dedicatum tabernaculum, quasi templum. 3. Consecratos Sacerdotes & Leuitas.

X. NVM. v. 33.

Profecti sunt ergo de monte Domini viam triam dierum. Hi tres dies, quibus à 12. mansione ad sepulchra concupiscentiæ migrarunt videntur omnino fuisse, 20. 21. & 22. mensis secundi.

Transitus ad 13. Stationem.

CAPVT XI. NVMER. v. 20.

Sed vsque ad mensem dierum. Hinc colligitur Hebræos ex multorum opinione, vbi ad vnum circiter mensem in 13. statione hæsisse, vt in hunc locum & v. 21. scribunt Cornelius, Lorinus, Bonfrerius, Menochius, Tostatus ante q. 78. Tornellus ad an. m. 2545. num. 59. Salianus ibi. num. 153.

Opinio multorum de mora in 13. mansione.

Versu 33.

Alibicarnes erant in dentibus eorum. Hanc plagam non primo aut altero die aucupij inmissam fuisse, sed explato circiter mense tradunt authores citati. Vnde sequitur eam videri non ante medium tertij mensis ascendisse. Aliud ab hoc aucupium coturnicum fuit de quo Exodi 16. vers. 13. Post instrictam hanc pœnam verisimile est Israelitas ibi non diu moratos. Tornellus moram in sepulchris concupiscentiæ tribus circiter & triginta diebus circumscribit, cui suffragatur Lorinus Num. 33. vers. 16. Sanctum que Hieronymum in hanc sententiam laudat, nec improbat Salianus num. 180. vbi hanc rem exactius ad caleniam renocans censet probabiliter, cum die 23. mensis secundi ad 13. mansionem sub vesperam peruentum esset, populum ex itinere fatigatum lautiores cibos appetiuisse, & communicatis inter se consilij die 24. carnes à Moysè postulasse, eodem die Deo prius consulto, responsum populo datum. Die sequenti confectum de 70. senioribus negotium. Die 26. aucupatum & conuiuari acceptum. Tum integro mense interposito vindictam de carniuoris circa 26. tertij mensis sumptam fuisse: tres quatuorve dies reliquos eiusdem mensis funebus & sepulturæ mortuorum datos, cum non satis credibile appareat, tantam multitudinem eadem die, & perijsse, & sepultam esse, ac proinde discessum ab hac statione videri ad Neomeniam quarti mensis referendum.

Varia opinio de eadem mora.

Gg 3

2. Hic.

P. Philippi

Chronologia
Testamenti

A. IV

17

*Aucupium
coturnicium
2. dies 20
nuit.*

2. Hic tamen aduerte primo, aucupium coturnicum biduo durasse, ut
betur vers. 32. Surgens ergo populus toto illo die, & nocte, ac die altero congregatus
nicum &c. Aduerte secundo Deum cum à Moysè confuleretur dixisse: Cras
detis carnes, v. 18. Si ergo Moyses die 24. tertij mensis diuinum responsum
pit, & ad populum retulit; sine dubio aucupium die 25. cœptum, & sequen-
ticum fuit. Quomodo verò Hebræi tempus huius & sequentis Statu-
tiantur, cap. sequenti declarabo.

CAPVT XII. NVM. v. 15.

*Maria
murmura-
trix 7.
dies leprosa*

1. **E**xclusa est itaque Maria extra castra septem diebus, & populus non est mo-
co illo, donec reuocata est Maria. Hinc aperte colligitur gentem Hebræ-
14. Statione Haseroth, mansisse, ut minimū vsque ad diem septimam, sed
sub initium mensis quarti ex 13. mansione migravit, & quarta die entis
Haseroth deuenit; non malè Toroniellus & Salius ex Deut. 1. ver. 2. cœp-
circa diem 12. quarti mensis inde mouisse. Nec multū obnititur Loringius
11. v. 32. dum ait Hebræos in Haseroth mansisse, ut minimū dies 8. fuisse
7. dies integros Mariæ murmuratricis lepra tenuit, & octauo, quo migra-
est ad castra redierit. Vide notas in Deut. 1. v. 2.

*Notabilis
Chrono-
graphia
Hebræorū.*

2. Hebræi vero in Seder Olam de tempore quo populus ex Haseroth
discessit sic habent: De Haseroth profectus est populus in desertum Paran
die mensis Sivan: vigesimo autem nono eiusdem mensis Moyses exploratio-
misit, ut colligi potest ex eo quod scribitur: erat autem tempus, quando
qua vna vesci possunt. Redierunt verò ab exploratione terræ, expletis
bus, id est, nono die mensis Ab, ex quo traditum à maioribus nostris est:
Nono mensis Ab, decretum est, ne patres nostri ingrederentur terram. Hæc
vera sunt, mora in Sepulchris concupiscentiæ, non fuit vnus mensis.
sum enim est ex Sina, vigesimo die mensis secundi, & tertio die, nempe
iusdem ventum ad Sepulchra: positi sunt in Haseroth ut minimū 7. dies
quibus si dies aduentus & discessus includantur, dicendum erit, primo
quo Hebræi in Haseroth fuerunt, incidisse in 19. mensis Sivan: sic enim
mus dies erit 25. eiusdem, quo Hebræi volunt suos patres ex Haseroth in
ran mouisse. Fac rursus diem 19. mensis Sivan fuisse quartam à discessu
pulehris, ex quibus migratum fuerit die 16. eiusdem: sic populus in Sepul-
concupiscentiæ, siue 13. Statione non integro mense substitisset, sed
die 22. mensis secundi, vsque ad 16. tertij. Cum tamen non nisi quartum
plenum mensem desit, vulgari loquendi modo, ea mora vnus mensis
deri potest. Hanc autem Hebræorum traditionem recipit Genebrardus

Quamvis coturnicibus sint pasti.

quam fatendum esset, tantam quidem coturnicum copiam populo suppeditam, ut in mensum integrum sufficere potuerit: ijs tamen necdum absumptis gulosis paulo post medium mensis Siuan perijisse, & sic populari duntaxat usu loquendi, coturnicibus pastos vno mense. Menochius putat coturnicum octodecim circiter millia millionum fuisse collecta.

CAPVT XIII. NUM. v. 3.

Misisti viros qui considerent terram Chanaan. Ut clarius inquiratur quando hæc missio contigerit tria hic in quæstione pono. 1. Quoto anno ab Exodo missi fuerint isti exploratores. 2. Quo circiter mense. 3. Vtrum post Hazeroth Hebræi per plures mansiones transierint, quam mitterentur exploratores.

QVÆSTIO I.

Quoto anno Exodi terra sit explorata.

Abque multis verborum ambagibus, dico hanc expeditionem ex communi authorum sententia institutam corrente anno 2. ab Exodo. Ita Abulensis Deuter. 1. q. 9. & alibi. Torriellus, Sallianus, l. c. Petauius ann. m. 2454. Cornelius, Bonfrerius, Lorinus & alij Num. 13. Deuter. 1. & 2. Iosue 14. Nam Deut. 2. v. 14. Tempus, inquit Moyses, quo ambulauimus de Cadesbarne, vsque ad transitum torrentis Zared, triginta & octo annorum fuit. Missos autem fuisse ex Cadesbarne exploratores ex varijs scripturæ locis, paulo post citandis patet: nec minus certum est, traicisse torrentem Zared, anno 40. ab Exodo, mortuo iam Aarone. Num. 20. v. 29. iuncto cap. 21. v. 12. & cap. 33. v. 38.

Conclusio.

QVÆSTIO II.

Quo circiter mense & die missi sint exploratores.

In genere certum est hanc expeditionem fuisse, quando iam præcoqua via recessi possunt, ut hic dicitur, ver. 21. Abulensis initio q. 5. ait id contigisse ante medietatem anni secundi ab exitu de Ægypto, in principio mensis quarit, vel quasi. Cornelius initio Iunij, Menochius Iunio. Torriellus ann. m. 2545. num. 62. & 63. putat Hebræos die 13. quarti mensis venisse in Rethma, & circa medietatem eiusdem mensis, emissos inde exploratores, ac tandem 26. mensis quinti ad castra redijisse. Torriello subscribit Lorinus, quoad tempus huius missionis. Sallianus ann. m. 2545. num. 200. ait, peruentum in Rethma siue ad Cadesbarne 16. die quarti mensis: die 17. captum de terra exploranda consilium, & post triduum die 20. eiusdem mensis exploratores esse profectos. Bonfrerius dicit in primis hanc explorationem adornatam sub initium æstatis seu æstiuum Solstitium: deinde ver. 27. hanc rem exactius ponderans, notat Hebræos à monte Sinai digressos 20. die mensis secundi, & tridui iter conficientes: v. l. c. docet pagina, ad sepulchra concupiscentiæ pertigisse 22. eiusdē, ibique plus.

Conclusio.

in genere. Variæ opinionones in specie.

P. Philippi

Chronologia Testamenti

A. IV 17

plus vno mense commoratos : primum murmur ob itineris labores fieri
videri 4. aut 5. diebus ante secundum, quo de carnibus, porris, cepis, alijs
rebatuꝝ populus. Circa diem 28. eiusdem mensis (quem plenum con
datis coruicibus, earum esum durasse vno mense, duos vt minimum
cupatos fuisse luctu & sepultura eorum, qui ob carnum appetentiam
erant, ac proinde ex sepulchris concupiscentiæ primo die mensis quart
rum, diebus 4. peruentum in Haferoth, ibi vt minimum positos 7. dies
4. alios absumptos, ex Haferoth vsque Rethma siue Cadesbarne, vnde
dem Israel sub medium quarti mensis in Cadesbarne adueniret.

Hebræi asserunt exploratores die 29. Sivan dimissos & 9. die Ab
vt cap. præced. annotauit.

*Explicatio
rei in spe-
cie.*

2. Sic de mense & die huius expeditionis, res est dubia & mis
explorata. Tantum animaduerto primo ex Sina in Cadesbarne in
itinere dies xi. si vera sunt, quæ Toruellus, Salius, Bonfrerius, &
que tradunt. Deinde Pharan non esse locum peculiarem è 42. man
sed ingentem solitudinem, in qua per multos annos Israëlita vari
Stationes, vt docent Lyranus, Abulensis, Glossa ordin. Cornelius, Be
Lorinus, hîc, Toruellus, Salius &c. Tertiò Hebræos ex Sina disce
die mensis secundi, & in Haferoth vt minimum 7. dies posuisse. Qu
decim dies itineris ex Sina in Cadesbarne insumpti fuerunt, sic esse
dos, vt in ijs contineantur dies illi, quo Israëlita mouerunt ex Horeb,
nerunt ad Sepulchra, quo inde digressi sunt, quo Haferoth artigerunt,
de profecti & quo tandem in Rethma siue ad Cadesbarne perue
præter hos dies alios 5. in itinere transactos: extra autem horum numer
illud temporis spatium, quo in sepulchris concupiscentiæ & Haferoth
tum. Hebræi suum computum, quo die 9. Ab notant exploratores
tum propugnare non possunt, si in sepulchris integrum mensem hæ
dixi cap. præcedenti. Cur dixerim si insumpti fuerunt, explicabo Deu
verf. 2.

QVÆSTIO III.

*Vtrum post Haferoth Hebræi plures Stationes habuerint, antequam moun
rentur exploratores?*

*Varia Sta-
tiones ex
Haferoth.*

1. Notandum primo ex Num. cap. 33. Hebræos ex Haferoth venisse
ma, inde Remmonphares, Lebna, Ressa, Ceelata, Sepher, Ab
celoth, Thahath, Thare, Merhca, Hefmona, Maceloth, Beneiacan, G
Ietebatha, Hebrona, Afiongaber, Cades, &c. In Haferoth fuit 14. Sta
Cades trigesima tertia.

2. Notandum *secundò* prius ventum fuisse in Cadesbarne, quam specularatores ablegarentur. Deut. 5. v. 19. Cumq; venissemus in Cadesbarne &c. & accessisti ad me & dixisti: mittamus viros, qui considerent terram. ib. v. 22. Imò ex Cadesbarne missi sunt exploratores. Iosue 14. v. 7. Quadraginta annorum eram, inquit Caleb, quando misit me Moyses: famulus Domini de Cadesbarne, ut considerarem terram. Ut vero hos exploratum Moyse ablegaret permisit Deus in deserto Pharan: fixis tentoriis in deserto vharan: ibiq; locutus est Dominus ad Moysen dicens: mitte viros qui considerent terram Chanaan. Num. 13. v. 1. & 2. Ex eodem deserto missi fuisse dicuntur ibid. v. 4. scit Moyses quod Dominus imperauerat mittens principes viros. Explorata verò terra specularatores in idem desertum redierunt vt habetur ibidem v. 27. Reuersiq; exploratores Terra, post quadraginta dies omni regione circuita, venerunt ad Moysen & Aaron, & ad omnem caetum filiorum Israel, in desertum Pharan, quod est Cades. Vnde patet Cadesbarne, siue Cades, vnde hæc expeditio suscepta est, esse in deserto Pharan.

3. Abulensis hic q. 2. & 20. arbitratur Hebræos ex Haferoth per Rethma & sequentes mansiones vsq; Cades prius iter fecisse, quam Terram explorarent. ac proinde viros illos exploratores non ex Rethma loco decimæ quintæ mansionis, sed ex Cades, vbi tricesima tertia statio fuerat, ablegatos fuisse. Et probat. Quia Rethma putat multum à terra promissionis distare, nempe 18. circiter mansionibus: locū autem vnde exploratores expediti sunt, non procul à Chanaanide abfuisse, ex eo omnes intelligant, quod intra dies 40. regione longelateq; lustrata reuersi sint, imò & botrum retulerint. Probat *secundò* ex Iosue 14. vbi Caleb asserit se missum ex Cadesbarne, vt terram specularetur. Et Deut. 1. vbi Moyses prius in Cadesbarne ventum asserit, quam terram specularum iretur. Item ex hoc capite, quo exploratores in Cades redijisse dicuntur. Omnes autem fatentur Hebræos absentibus exploratoribus, castra loco non mouisse: quia iussi sunt illi fructus terræ secum referre, & re ipsa vnam retulerunt, quod non facile attentaissent, nisi Deo ita disponente, eodem loci redituros se sperassent, vnde digressi erant. Probat 3. quia Israelitæ dicuntur *sedisse* in Cadesbarne multo tempore. Deut. 1. v. 46. Eandem opinionem sectatur Martinus in Iosue: & quadantenus approbare videtur Lorinus hic v. 1. & 27. Nec multum dissentit author hist. Scholast. qui ex Afiongaber hanc missionem factam tradit, vt refert Abulensis & breuiter ex eo refutat, quod Scriptura doceat, viros istos ex Cadesbarne terram lustratum inuisse; non ex Afiongaber.

4. Afferendum nihilominus, hanc expeditionem ex Rethma siue 15. mansionem adornatam fuisse, antequam ad sequentes stationes castra promouerentur. Ita Cornelius Bonfrerius hic v. 1. & 27. Menochius cap. 20. v. 1. Torniiellus, Salianus & alij. Et probatur *primo* contra Abulensem, qui hic q. 5. hanc missionem

Hh

Ex Cadesbarne missi sunt exploratores.

Opinio Testati & sicut argumentum

Ex 15. statione missi sunt exploratores. Probatur variis rationibus.

p. Philippi

Chronologia Testamenti

A. IV

17

nem refert ad initium quarti mensis, vel quasi: populum ex Sina die 20. secundi mensis mouisse, triduo ad sepulchra concupiscentiæ peruenisse, se pridem in Hæseroth posuisse ex scriptura constat, in Sepulchris vno mense sublatum fateretur ipse Abulensis Num. xi. ante q. 78. quomodo igitur circa initium mensis peruenire potuit ad 33. mansionem, quæ fuit in Cades? Probatum est ex Num. 33. v. 37. & seqq. vbi Hebræi ex Cades migrasse dicuntur ad montem Hor, vbi mortuus est Aaron anno 40. egressionis ex Aegypto. Ergo Cades venerunt anno 2. Exodi, ibi hæserant 38. annos, quod sacra pagina uersari videtur. Num. 14. v. 33. *Filij vestri vagierunt in deserto annis quatuordecim milia habentur Deut. 1. v. 40. quæ indicant Israel in loco vnde explorata terra instituta est, ipsos 38. annos non perstitisse. Probatum tertio, ex illis 20. v. 1. Veneruntque filij Israel & omnis multitudo in desertum Sin, mense primo. Sic sit populus in Cades: mortuusque est ibi Maria.* Hoc autem ad annum 2. Exodi non potest, quo per primum mensem castra ad montem Sinai fixa sunt, nec inde ante diem 20. secundi mensis promota fuisse constat ex 10. v. 11. Anno autem secundo Exodi susceptum esse hoc terræ exploratum negotium constans est omnium sententia, cui subscribitur Tostatus Deut. In Cades vero, vbi mortua est Maria, venerunt Hebræi anno 40. ut fere Abulensis Num. 20. q. 1. initio. Nec valet, quod ibidem addit Hebræus, in Cades venisse anno secundo Exodi, sed propter murmuracionem, in uersos contra mare rubrum, & rursus post 38. annos rediisse in Cades. obstat quod iam in prima probatione attuli, Dein de hoc modo illis, si aut nullam stationem habuissent, quod est incredibile, vel in scriptura omnino prætermisæ, quod legenti cap. 33. Numerorum mirum tunc videri potest. Nec est quod dicat illas solum stationes in sacris Codicibus rari; per quas Israel propius semper ad terram promissam accedebat. Hænim & gratis fingitur, & falsum est: nam ut notat Bonfrerius Ahsongaber fuit 32. statio, remotius distat à terra Chanaan, quam sit mons Sinai, ad quam habita est mansio duodecima.

*In quo de-
aspicitur To-
status.*

3. In eo vero deceptus est Tostatus, quod Cades decimæ quintæ stationem esse putauerit cum ea Cades in qua mortua est Maria, contra terram, quæ eas clarissimè distinguit. Prior enim Cades erat in deserto Penegetæ, trigessimam tertiam stationem habuere. Num. 33. v. 36. in quo & Maria mortua, & ad aquas contradictionis murmuratum legimus Num. 20. v. 11. cap. 27. v. 16. Prior locus dicitur etiam Cadesbarne; posterior Cades tertia. Concedo igitur, quod in prima probatione Tostatus assumit, Cades tertia perditum sunt exploratores fuisse propè Chananiidem: sed Cades trigessimam

viz mansiois erat in extremis finibus Edom. Num. 20. v. 16. ita vt inter hanc Cades & terram Chanaan intercederet Idumæa, per quam transitum ex 33. mansione, à Rege Edom Hebræi postulabant, ibid. v. 17. At vero Cadesbarne siue Cades deserti Pharan erat in finibus Chananitidis, vt colligitur ex Num. 34. v. 4. vbi meridiana pars Chananitidos dicitur peruenire vsque ad Cadesbarne: à qua cum Rethma non procul abesset, hæc expeditio suscepta dicitur ex Cadesbarne, tanquam loco celebriori, ad quem pertingebant fines Iudeæ, non autem ex Cades deserti Sin. Hinc enim exploratoribus terra Edom, aut transeunda, aut longo circuitu legenda fuisset.

Ad ratio- nes Tosta- ti.

6. Concedo etiam exploratores ad eam rediisse stationem è qua dimissi fuerant. hæc autem non erat in deserto Sin, vbi Maria obiit, sed in Pharan, vt iam dicebam not. 2. ex Num. 13. v. 1. & 27. Tertium argumentum ex Deuteronomio de somptum suo loco explicabitur illo v. 46.

Prius igitur Hebræi terram Chanaan explorarunt, quam è Rethma ad sequentes mansiones pergerent, vt pluribus explicant authores num. 4. citati, & repræsentant Geographi in descriptione Terræ Sanctæ.

CAPVT XIV. NVM. v. 25.

Cras mouete castra & reuertimini in solitudinem maris rubri. Hæc postridiè reditus exploratorum dicta videntur, cum præcedenti nocte populus fleuisset, vt notatur hic v. 1. qui huic mandato non paruit, sed sumptis armis in terram Chanaan, à qua non nisi interiecto monte aberat tendere voluit; quod Deus quidem permisit, sed opem subtraxit. Israel itaq; graui plaga ictus ad castra refugere compellitur, ibiq; ad Cadesbarne diu hæret, vt latius dicã Deut. 1. v. 46. Venerat autem in Rethma siue ad Cadesbarne anno 2. Exodi, & inde nullis r. viris terram mox explorauerat, sub id temporis, quo præcoces vuz comedere possunt. Inde postea digressus per Remmonphares, & sequentium mansionum loca, transiens, anno demum 40. Exodi, mense primo in Cades deserti Sin 33. stationem fixit, vt constat ex Num. 20. v. 1. iuncto cap. 33. v. 36. Tanto tempore illi per vastam deserti Pharan solitudinem, pereuntibus paulum murmuratoribus, à decima quinta mansione ad tricesimam tertiam vagantibus inobedienciæ pœnas dederunt. Sic malo illud *cras*, in propria significatione retinere, quam improprie vsurpare pro *deinceps*, vel *postea*: quanquam etiam scriptura hoc posteriori modo vocem *cras* vsurpet, vt Gen. 30. v. 33. *respondens, mihi cras iustitia mea.*

Pœna inobedienciæ grauissima.

Num. XIV. v. 33.

Filii vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta. Huc spectat, quod dicitur infra c. 32. v. 13. *Iratus q; Dominus aduersus Israel, circumduxit eum per desertum 40. annis, donec consumeretur vniuersa generatio, quæ fecerat malum in conspectu Domini.*

Questio.

Hh 2

Cer-

p. Philippi

Chronologia
Testamenti

A. IV

17

3. opinio &
2. eius arg.

Certum est tum finem horum 40. annorum fuisse, quando Israelitæ trans Iordane terram promissam adierunt. De principio dubium forte cupiamur si posset, an ab exploratione terræ sumi debeat. 1. Quia septuaginta Sacerdos Iosue 5. v. 6. *quadragesima inquit, & duobus annis versatus est Israel in deserto* electionem retinet S. Augustinus ibid. q. 6. Secundò idem quodammodo insinuari videtur verbis sequentibus: *Et portabunt fornicationem vestram, cum sumantur cadauera patrum in deserto, iuxta numerum 40. dierum, quibus consumptam ram: annus pro die reputabitur. Et quadragesima annis recipietis inquit ates vestras.*

Tota peregrinatio in deserto fuit 40. annorum.

2. Statuendum nihilominus peregrinationem in deserto vniuersimodo, vsq; ad ingressum in terram Chanaan 40. annos non excessisse, acq; ab exploratione Chananitidos, vsque ad transitum Iordanis 40. annos teruallum non fuisse. Probant aliqui primò quia sacri codices hunc numerum peregrinationi in deserto passim attribuunt, vt Deut. 8. v. 2. *Et daberis cuncti itineris per quod adduxit te Dominus Deus tuus, quadragesima annorum.* Et cap. 29. v. 5. *Adduxit vos quadragesima annos per desertum, non sunt attrita menta vestra.* Rursus Amos 2. v. 10. *Duxi vos in deserto quadragesima annis.* Verum hæc argumentandi ratio nisi fulciatur, contra proteruos non valet, solet enim non raro Scriptura rotundis numeris vti, vbi paruus est defectus vel excessus, sicut & vulgo 70. interpretes, 70. discipuli dicuntur, propter habant secundo nonnulli ex illo Deuter. 2. v. 14. *Tempus autem, quo ambulauit Cadesbarne, vsque ad transitum torrentis Zared triginta & octo annorum fuit.* Sed hoc argumentum vrget: putauerit enim quispiam Hebræos annum esse aut saltem semestre spatium ad Cadesbarne post terram exploratam, ubi enim multo tempore substititerunt. Deut. 1. v. 46. Probatur autem menter communis ista supputatio, ex ætate Moysis & Aaron, tam sub exitu Aegypto, quam sub egressum è deserto factis literis consignata. Et ceteris Moyses octoginta annorum & Aaron octoginta trium quando locuti sunt ad Pharaonem Exodi 7. v. 7. nempe Exodo instante. Aaron verò mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex Aegypto, mense quinto, prima die mensis, cum esset annorum centum viginti trium. Num. 33. v. 38. & seq. Postea sub finem eiusdem anni, centum & viginti annorum erat, quando mortuus est. Deut. 34. v. 7. Vnde clarè argimur annos non plures 40. in eremo transactos: siquidem anni Aaron actè numerantur, vt trium etiam annorum minutia computentur, & ceteris Moysis sine variatione congruant. Addunt plerique ad explendum 40. defuisse quinque dies: nam Israelitæ dicuntur, profecti de Ramses, mense quinto ad decima die mensis primi. Num. 33. v. 3. & sub initium anni 41. populus de Iordane decimo die mensis primi. Iosue 4. v. 19. Ita Cornelius Lortinus, Theol. hic. q. 89. Idem tradit Vincentius lib. 2. Spec. hist. cap. 5.

Ad 1. argo
1. opinionis

3. Ad primam rationem dubitandi respondent plerique omnes textum illum apud septuaginta non esse sincerum: tum quia ibi Latinus, Hebraeus, Chaldeus non nisi 40. annos designant, tum quia in quibusdam etiam Graecis abest illud χ $\delta\delta\sigma$, tum quia ibidem additur $\tau\eta$ $\mu\alpha\gamma\delta$ $\alpha\rho\iota\tau\iota\delta\iota$, alias $\mu\alpha\delta\mu\epsilon\rho\iota\tau\iota\delta\iota$, alias $\mu\alpha\delta\epsilon\alpha\rho\epsilon\tau\iota\delta\iota$. Vnde merito suspicari possumus lacunam aliquam illo loco fuisse, quam cum sciolus quispiam replere vellet adiecerit illud, χ $\delta\delta\sigma$: & ex Hebraeo midbar, quod desertum significat, $\mu\alpha\delta\epsilon\alpha\rho\epsilon\tau\iota\delta\iota$ siue $\mu\alpha\delta\mu\alpha\rho\epsilon\tau\iota\delta\iota$ fecerit. Quam lectionem cum non correctam haberet S. Augustinus, mutare noluit: praesertim cum in libris Retract. monuerit, se hasce quaestiones subinde mouisse potius, quam resoluisse.

4. Ad secundam variae responsiones afferuntur. Cornelius in hunc 33. vers. hocce 40. annos, a missis exploratoribus & murmure post eorum reditum excitato supplicat, quia Pl. 94. v. 10. Deus ait: *quadraginta annis offensus fui generationibus. Adde hic clarè dici: quadraginta annis recipietis iniquitates vestras.* Illud enim *iniquitas*, connotat, ab hoc oraculo poenam illam, siue durationem illius computandam esse. Sed adhuc difficultas restat, quomodo ab hoc murmure usque ad regressum de deserto hi 40. anni reperiri possint.

5. Nonnulli hanc calculationem de annis ciuilitè emergentibus intelligunt, siue non sacer, sed ciuilis à Tisri inchoetur. Id enim temporis quod ab exploratorum reditu usque ad initium Tisri effluxit, ad annum primum refertur potest, tum ab hoc Tisri, usque ad alium qui ingressum in terram proximè antecessit, (mortuo iam Aarone) 38. anni completi fuerunt: hinc autem usque ad Nisan, quo Iordanem traiecerunt Hebraei, septem menses anni quadragesimi interfluxerunt. Si igitur initio Tisri, currente anno 2. Exodi iniij ciuilitè annus secundus murmurationis & poenae illius, sine dubio fluente anno 40. Exodi, ineunte mense Tisri annus pariter 40. ab illa murmuracione emerfit, ita vt semper menses inde usque ad proximum Nisan transacti ad annum 40. refertur possint.

6. Nec spernenda est eorum interpretatio, qui hic 40. annos numerant vulgari computatione, in sacris libris vtrumque vsitato, quo solus numerus perfectè exprimitur, etiam si à parte rei paulo maior, aut minor fuerit. Sic occisi dicuntur 70. filij Gedeonis, cum tamen duo ex illis superessent, Abimelech & Ioathan natu minimus. Iud. 9. v. 18. Sic vulgo dici solent 70. discipuli Christi, cum fuerint 72. Ita Cornelius & Bonfrerius hic, & admittit Tostatus.

7. Attamen cum sacer textus 40. annos cum 40. diebus comparet plausible dici posse reor, poenam peccati hoc loco 40. annis definiri; non quod omnes hos annos ista poena durauerit, sed quod cum annis 40. peregrinationis in deserto completa fuerit, vt in simili ex S. August. notauit Gen. 11. v. 32. quam

Hh 3: expli-

p.
Philippi

Chronologia
Testamenti

A IV

17

Ad 2. x
Resp.

Ad 2. 2
Resp.

Conclusio.

explicationem innuit etiam Tostatus l. c. & reapse sequuntur Lyranus, Hugo
 Caieranus, dum hos 40. annos ab Exodo deducunt. Fauer Bonfrerius
 34. dum vult annum diei sic respondere, vt tota peregrinatio in deserto
 ante 40. annos finiatur, quemadmodum illa speculatorum expeditio
 tenuerat. Addit idem author tempus illud, quod ante hoc murmur ab
 to vitulo iam præterierat posse alio sensu comprehendi intra spatium
 norum quibus filij portarunt iniquitates parentum & fornicationes, vt habet
 bræus verl. 33 vbi Latinus & Græcus, fornicationem in singulari verterunt.
 mirum, quod anno primo Exodi ob vitulum & alia malè facta, longè
 ferto moras traxerint, cum exiguo tempore in Chananiti dem perueni-
 tuissent, immò verò peruenissent, nisi eorum peccata remoram iniecit
 præcedens interpretatio mihi ad litteram aptius quadrare viderur.

CAPVT XVI. NVM.

De Core,
 Dashan,
 Abiron.
 Quando
 hæc acci-
 derint.

1. **V**alde celebra sunt quæ hoc capite traduntur, de seditione Cor-
 than, Abiron, & miserando interitu, tum istorum tum 250. qui
 sum offerebant, tum 14000. qui murmurauerant: quoniam vero tempore
 acciderint, incompertum est, vt notant Tostatus in hunc locum, Tor-
 Salianus. Aben- Esra & Hugo suspicantur hæc in Sina accidisse, & præ-
 asserit Tostatus, eo quod verisimile sit, tunc maximè Core & socios
 stimulis agitato delirasse, cum Aaronem pontificia dignitate ornato
 vero in Leuitarum ordinem redactos viderent: nempe sub initium anni
 di ab egressu de Aegypto.

2. Alij verò plures existimant has turbas non prius excitatas esse, quan-
 ra fuisset explorata: siquidem nulla causa videtur idonea, cur dicamus
 ris ordinem, à Moyle hisce rebus enarrandis fuisse neglectum. Ita docet
 thores mox citandi, quibus assentior. At quoto anno ab Exodo? Corne-
 censer anno secundo, eodem hæc gesta signat Petauius. Salianus 4. Tor-
 quinto anno recenser. Probabile est Core & complices eius, virus in
 montem Sinai concepisse; sed non nisi postea euomuisse, cum essent cal-
 bræorum in Cadesbarne, vel inde mouissent.

CAPVT XX. NVM. v. i.

Aduentus
 in 33. Sta-
 tionem.

1. **V**enerunt, filij Israel & omnis multitudo in desertum Sin mense primo
 populus in Cades. Hunc primum mensem fuisse anni 40. peregrinatio-
 per desertum asserunt passim huius loci interpretes & Chronologi vt
 Tostatus, Cornelius, Lorinus, Bonfrerius, Menochius, Tornellus & Sali-
 an. m. 2583. Petauius an. 2492. Hebræi in Seder Olam c. 10. & fauet Iosephus
 Antiq. 5. dum ait tunc obiisse Mariam, cum populus in Cades aduenisset.
 re singularis est opinio Genebrardi, qui hæc anno præcedenti tribuit.

*Quando
soror Moy-
sis mortuum.*

2. *Mortuaq; est ibi Maria.* Hoc eodem anno Mariam sororem Moyses viuentem fecisse tradunt auctores iam laudati, Historia Scholastica, Vatablus, Sa. Caeteranus, Carthusianus, ferus in hunc locum; imo Tostatus ait esse omnium sententiam, quam recentiores vnanimi consensu amplectuntur. Addunt Hebraei, tum in suis Calendarijs, tum illo cap. 10. Seder; eam obiisse die 10. primi mensis, quibus assentitur Salianus; Torniellus dubius haeret. Petauus Iosephum testem secutus die prima Nisan mortuam purat. Quicquid sit Maria extremum vitae diem clausit, anno vno ante ingressum in terram: quot verò tunc ipsa annorum fuerit, incertum est. Licet enim Moyses sub sororis suae obitum esset 119. annos natus; quot tamen annis ipsa fratre suo senior fuerit, non una est omnium opinio. Abulensis cenfer annis 12. aut 15. Cornelius facile decennio, alij septennio duntaxat, vt Salianus, Torniell. Lorin. hic & infr. c. 33. Eam vt minimum septennè fuisse, cum Moyses trium mensium infantulus in carecto fluminis exponeretur insinuat scriptura dum id factum refert, *st ante procul sorore eius, & consider ante euentum rei.* Exodi 2. v. 4. quae iam tantae erat prudentiae, vt rem totam dissimularet & filiae Pharaonis diceret: *Vu, inquit, vadam & vocem tibi mulierem Hebraam, qua nutrire possit infantulum?* v. 7. nec adeo infantilis erat, quin eius operam Pharaonis filia acceptaret, dicens: *Vade. Perrexit puella, & vocauit matrem suam.* Idcirco dixi vt *minimè septennem;* fortè enim natu maior erat. Perueniretigitur Maria facile ad annum ætatis suae 126. aut forte 130.

3. At quotum annum ante æram Christianam Maria & Aaron suo excessu nobilitarunt? Quot sunt diuersae aucthorum de ingressu in terram sententiae; notanter de horum obitu supputaciones emergunt. Siquidem anno à morte Mariae & Aaronis proximè emergente. Hebraei Iordane transmissio terram promissam adierunt, Petauus obitum Mariae, adscribit anno ante æram Christi 492. primo die Nisan. Aprilis Iuliani 7. feria 2. quae sententia si verum, ante æram nostram annum, & diem Nisan attingit; non habeo, quod de die 7. Aprilis & feria 2. opponam. Meæ siquidem tabellae illo anno exhibent cyclum Solis 2. lit. Dom. E. Aureum numerum II. Literam æquationis E. epactam VIII. nouilunium 7. Aprilis. fer. 2. Malo tamen vt notabam in Synopsi excessum Mariae anno ante Christi epocham 1458. tribuere; die 10. Nisan. Aprilis Iuliani 1. Gregoriani Martij 19. fer. 3.

Ipsa & Aaron obierunt: anno ante Chr. 1458.

4. Monet hoc loco Cornelius Abulensem solerter aduertisse Moysen non minimum annorum peregrinationis in deserto res gestas tradidisse, puta primi & secundi à cap. 12. Exodi vsque ad caput 20. Numer. & quadragesimi anni, ab hoc capite vsq; ad finem Deuteronom. Reliquos ergo 37. annos intermedios, inquit Cornelius, silentio obuoluit, fortè quod nihil memorabile in ijs contigerit. Idem habet Lorinus hic. Veram meminisse oportet Tostatam quidem opinari, lustrandae terrae:

Alia annis 1. 2. & 40. ab Exodo notauit Moyses.

p. Philippi

Chronologia
Testamenti

A. IV

17

terre expeditionem ex statione 33. susceptam fuisse, & sic Israelẽ præcedere stationes ante medium anni secundi ab Exodo percurriffe, atque ita ab Exodo ex 40. annis per desertum transactis, Moysen non nisi trium in Pentateuco meminisse. Alij tamen id non nisi moraliter admittunt. Exploratores enim in 15. mansione terram exploratum iuerant anno secundo Exodi ante vendemiam: tum Israelitæ paulatim annis sequentibus cæterarum stationum ca ita peragrarunt, vt anno demum 40. ineunte ad Cades 33. mansionem peruenirent, cum proximè ex Afiiongaber mouiffent, vt refertur Num. 33. v. 36. & c. ret ex annorum ferie, quam in suis Annalibus seruant Torneilius ac Sallustius. Licet igitur Moyses de gestis ab anno secundo Exodi, vsque ad 40. annorum tam pauca retulerit, vt 37. annorum acta præterijffe videatur: nihilominus rationum saltem aliquarum, in quibus castra annis illis intermedijs Hebraei sacrarum literarum monumentis consignauit. Recole si placet de cap. 13. Num. 9. 3. præsertim num. 4.

*Quæ gesta
anno 40.
Exodi.*

5. Illud autem in confesso est, ea quæ ab initio huius 20. capituli vsque ad Deuteronomij gesta attezuntur, ad annum 40. Exodi referenda esse, vt alios moneat Cornelius, Lorinus, Menochius. Itaque aduentus Israelitæ in Canaan, mors Mariæ, Aaronis, Moysis: murmur ad aquas contradictionis, & in hac & sequentibus mansionibus acta anno 40. ab exitu de Aegypto referenda sunt.

XX. Num. v. 24.

*Vbi &
quando
mortuus
Aaron.*

Pergat Aaron ad populos suos. Mortuus est Aaron in monte Her, vbi habebatur, anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex Aegypto, mensis quinti die mensis, cum esset annorum centum viginti trium. Num. 33. v. 38. Hanc præterijffi quinti mensis Petauius in 3. Augusti, fer. 1. conijcit: quod iuxta meas tabulas primè conuenit anno 1492. ante Christum, quo Aaronem mortuum esse ego verò anno 1458. obijffe opinor circa diem 19. Iulij stylo Iuliano, si eadem methode Gregoriana quæ incidit in fer. 7. Torneilius & Sallustius ante Chr. 1471. Aaronis & Mariæ excessum ponunt.

CAPVT XXI. NVM.

*Mira quædam
anno 40.
Exodi gesta.*

PRæclara sunt, quæ hoc & sequentibus capitibus traduntur, neque in iudicio ad annum 40. ab Exodo referuntur. Chanaanæus Rex ante suum populo ad internecionem deletus, vrbes eius euerfæ. Serpens ad sanandos serpentium morsus erigitur. Schon Amorrhæus Rex Helibæ Og Rex Basan, cum suis penitus extirpantur. Balaam asina loquentis gutus, vi diuina coactus populo Dei benedicit, & vaticinatur: Orietur de Iacob, iniantur nonnulli Beelphegor. Zelum ostendit Phinees in adulterio

Agitur census populi. Victis quinque Madianitarum Regibus prædam ingentem reportant Israëlitarum. Quorum sexcenta & septuaginta quinque millia; bouum septuaginta duo millia, asinorum sexaginta millia & mille &c. Num. 31. v. 8. & 2. quæ omnia mortuo Aarone contigerunt, per medium circiter annum antequam Hebræi promissa terra potirentur. Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaronem (prima die mensis quinti) fleuit super eo triginta diebus. Nam. 20. v. 30. tum anno proxime sequenti, populus terram ingrediens ascendit de Iordane decima die mensis primi. Iosue 4. ver. 19. Quo fit, ut anno in terram ingressus cognito, facile sciat, quando hæc gesta sint. v. gr. inchoato anno ab ingressu in Terram 440. mense secundo Salomon Templi fabricam aggressus est: ergo tunc ab eleuato serpente aëno anni 440. iam ad finem vergebant. Ex mea supputatione, Christus in crucem sublatus est in eunte anno ab ingressu in Terram 1489. ergo iam anni 1489. cum medio circiter effluerant, ex quo Moyse exaltauerat serpentem in deserto. Ex Saliani sententia Christus passus est anno ab eleuato serpente 1503. quia ingressum in terram signat anno ante aram Christi 1470. Christum verò cruci affixum putat anno eiusdem æræ 33. Petauis Christum passum diceret ad annum ab eredo serpente 1522. siquidem anno ante Christi Epocham 1491. notat ingressum in Chananitidem; anno Domini 3. Passionem.

CAPVT XXXIII. NUMER. v. 38.

Ascendit Aaron Sacerdos in montem Hor, iubente Domino, & ibi mortuus est, anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex Aegypto, mense quinto, prima die mensis, cum esset annorum centum viginti trium. Vide supra Num. 20. v. 24. & quæ sub finem Deuteronomij de obitu Moyse annotantur.

Finis Notarum in Lib. Num.

IN DEUTERONOMIUM.

Deuteronomium siue legis repetitionem Moyse populo tradere cœpit, anno 40. Exodi prima die mensis vndecimi, vt diserte scribitur hic cap. 1. v. 3. Quadragesimo anno, vndecimo mense, prima die mensis, locutus est moyses ad filios Israel &c. Finiri autem hunc librum funere Moyse, quod 30. dies tenuit, constat ex cap. 34. Sic Deuteronomium duobus circiter

Quando traditum Deuteronomium

lii men-

P. Philippi

Chronologia
6. Testamenti

A. IV

17

mensibus absoluitur. Si quidem Moyses circa initium mensis duodecimi
 fit è viuis, vt illo cap. 34. patebit. Hinc patet errare Iosephum lib. 4. Antiqu.
 aliàs 7. dum ait, hanc legis iterationem factam esse, cum de quadragesimo
 gratationis anno 30. dies superessent: quando enim fieri cœpit supererant
 dies.

DEUTERONOMII I. v. 2.

Vndecim diebus de Horeb per viam montis Seir vsque ad Cadesbarne.

*Quaestio de
 via ex
 Horeb.
 1. Opinio.*

1. **H**is verbis non significatur, vndecim diebus totum Deuteronomium
 Moysè promulgatum: hi enim vndecim dies referuntur ad viam
 Seir, per quam cum iter suam prosequerentur Israëlita, non poterat
 repetitio fieri. Imò sacra pagina hic apertè docet non prius factam esse
 populus ad Campestria Moab peruenerit.

2. Opinio.

2. Rabbi Salomon apud Lyranum & Tostatum asserit vndecim
 diebus, iter ex Horeb vsque Cadesbarne confici solitum: tri duo tamen
 raëlitis confectum. Quod hac ratione probare nititur, quia die 20.
 mensis ex Horeb digressi sunt. Num. 10. v. 12. & vt ipse putat 29. mensis
 Cadesbarne peruenerunt. Hinc autem tollendus est integer mensis 29.
 quo in sepulchri concupiscentiæ statione fuere, & 7. dies, quibus in
 Maria leprosa, castris exclusa fuit.

Refellitur.

3. Hoc porro figmentum esse Rabbinicum ex ipso sacro textu
 apparet. Nam Hebraei *profecti sunt de monte Domini viam trium dierum.* Num.
 v. 33. sine dubio antequam ad sepulchra concupiscentiæ venirent. Inde in
 roth, tum in Rethma siue ad Cadesbarne mouerunt. Sic non minus
 diebus ex Sina ad Cadesbarne iter fecerunt; tribus nempe vsque ad
 inde vno saltem in Haferoth, & vno ad Rethma. Addit Tostatus ex
 Rabbinorum opinione Hebræos vno die octodecim stationes percurrere
 tot enim ex Haferoth ad Cadesbarne recenset. Sed hoc supra refutatum
 cum eadem statio sit Rethma, quæ dicitur Cadesbarne, ad quam illi
 ex Haferoth fixere tentoria. Ad rationem Rabbi Salomonis dicentem
 Hebræos aut non integro mense in sepulchris moratos, aut 29. terræ
 Cadesbarne non pertigisse.

*3. Opinio
 negatur.*

4. Caietanus, Oleaster, & plures alij, ex Horeb ad Cadesbarne
 dierum iter esse putant. Verum id ex hoc loco deduci non potest, cum
 causa reddi possit, cur Moyses spatium illud voluerit hic designare.

Conclusio.

5. Melius igitur Cornelius in hunc locum, & Abulensis q. 3. sub finem
 sent hanc vndecim dietas ex Horeb, non ad Cadesbarne vltimam, sed
 pestria Moab numerandas esse, ad designandum locum vbi Moyses Deu-

nomium tradebat. q. d. campeſtria Moab, vbi lex iterum promulgata eſt, diſtãt à monte Horeb veniendo ex Sina per viam montis Seir, vſque Cadesbarne deſcendendo, vndecim dieſis. Addit Cornelius ex tabulis Adrichomij, à Sina ad Cadesbarne, non eſſe niſi 17. Leucas vnus horã: à Cadesbarne autem vſque ad Campeſtria Moab Leucas 34. ſupputari.

6. Hinc deducitur, eorum opinionẽ, qui Iſraëlitas vndecim diebus à Sina, ad Cadesbarne venientes, in itinere fuiſſe arbitrantur, hoc Scripturę loco, non cõfirmari: hi enim vndecim dies non indicant diſtantiã inter Horeb & Cadesbarne; ſed ſpatium temporis, quo ex Sina, per Cadesbarne tranſeuntes viam montis Seir, donec ad Campeſtria Moab perueniant, conficere ſolent.

Coroll. 1.

7. Non videri impoſſibilem eam traditionem, qua Hebræi circa 9. diem menſis Ab Exploratores ad caſtra rediſſe volunt: nam die 22. menſis ſecundi, populus venit ad ſepulchra concupiſcentiã, vbi moraliter loquendo vnum menſem hãſiſſe, & coturnices eſtraſſe dici poſſunt, tum circa 20. menſis tertij diſceſſiſſe, eodem die in Haferoth veniſſe. Eodem vel ſequenti die Mariã lepra corripuerit: die 27. mundata fuerit, eodem die vel poſtridie Hebræi in Cadesbarne ſtatina collocauerint, ac tandem 29. tertij menſis exploratores miſſi fuerint, & poſt 40. dies inſtante nona die Ab reuerſi. Hoc modo ex Horeb ad Cadesbarne non niſi 5. dies in itinere ponerentur; nempe tres ex Horeb vſq; ad ſepulchra, inde vnus ad Haferoth, hinc vnus ad Cadesbarne. Neq; apertẽ redargui poterit, qui Mariã ultimo die ſuã leprã ad caſtra reductã, & Hebræos eodem die aut ſaltem ſequenti ad Cadesbarne perueniſſe dixerit.

Traditio quadã Hebræorũ.

8. Quia tamen tam hæc ſupputatio, quã ea, quã à Sina ad Cadesbarne 21. dierum iter conſtituit, non niſi coniecturis nititur, neutram opinionem erroneam, neutram arbitror eſſe certam: tamen in Cornelij ſententiã iam nunc, pallatã ſim propenſior.

Explicatio.

9. Adeã quã Num. 11. v. 33. ex alijs Authoribus retuli, dicere quiſpiam poſſet, nihil opus eſſe, vt tempus funerum, ab eo menſe, quo carnibus Hebræi veſcebantur, diſtinguamus, vel vt menſis exactẽ ad diem 29. aut 30. extendatur: poteſt enim aliquod temporis ſpatium, moraliter vocari menſis dierum, etiam triiduum circiter defuerit.

Ad Arg. contrariã.

DEVT. I. v. 4. 6.

1. Sed iſtis ergo in Cadesbarne multo tempore. In Græco & Hebræo eſt: manſiſtis in Cades, diebus multis, ſecundum dies, quibus manſiſtis. Quã verba ita interpretatur Rabbi Salomon, vt Hebræi in Cadesbarne annos 19. ſubſtituerint, & totidem in omnibus ſequentibus ſtationibus ſimul: vnde anni 38. conſurgunt, quos nimirum à digreſſu Hebræorum ex Cadesbarne, vſque ad tranſitum torrentis Zared præterierunt, Deut. 2. v. 14.

De morã in Cadesbarne.

P. Philippi

Chronologia
I. Testamenti

A. IV

17

1. Opin.

2. Rabbi Ben Esra sic exponit: toto tempore, quo in deserto fuistis, in Cadesbarne stetitis, puta 38. annos: duo enim anni reliqui, quibus 40. annos peregrinatio expleta est, pro nihilo habentur.

2. Opin.

3. Oleaster, Vatablus, Hutterus in versione Italica, volunt tot dies fuisset Israëlitas, post exploratorum reditum, quot antea ibidem manserant.

3. Opin.

4. Tostatus existimat, post regressum exploratorum, altera die in Cades mota fuisse, & in solitudinem *per viam maris rubri*, reuertisse. Sic præceperat Deus, Num. 14. v. 25. Cui mandato Hebræos paruisse, in Cades Abulensis, quod Scriptura aliud non videatur insinuare. Fauet Barradius Itinerarij, cap. 10. num. 13.

4. Opin.

5. Bonfrerius sic intelligit, vt populus in genere multos dies, ibi exploratam terram moratus fuerit; quemadmodum antè ibidem multos manserat.

5. Opin.

6. Clarius vt opinor Cornelius in hunc locum & Salius ad num. 24. horum verborum sensum interpretantur, dum notant totos dies, quibus mansistis, nihil aliud esse, quam vsitam Hebræis repetitionem quod præcessit, nimirum, *multo tempore*: quam repetitionem tanquam insolitam noster Interpretes omiserit. Quod & Hutterus fecit in Germanice translatione. Simili fermè loquendi modo vsa est mater Samuelis, 1. Reg. 28. *Idcirco commodauit eum Domino cunctis diebus, quibus commodatus fuerat.*

Ad 3. opin. argument.

7. Quod verò Israëlita diuino præcepto de castris altero die *per viam maris rubri* reducendis non obtemperauerint, ex Scriptura clarè intelligitur quicquid videatur Abulensi. Nam illo cap. 14. Numer. vers. 40. & 41. v. 42. dicitur Hebræi illo mane, quo in solitudinem reuertendos abnuente Moysè infeliciter cum Amalecitis & Chananaeis prælium. Quod rursus inculcatur, Deuter. 1. vers. 45. vbi Moyses: *Cumque reuertissetis coram Domino, non audiuit vos, nec voci vestre voluit acquiescere, quia & potestatem sibi fieri, & vires suppeditari petebant, quibus terram protinus ingrederentur. Sed inobedientium murmure offensus, non eorum petitioni indulgere. Vnde factum, vt gens Hebræa multo tempore in Cadesbarne moraretur, non tamen sine aliqua Dei indulgentia, vt quæ illi redierant, aliquanto tempore quietem consequerentur & vulnera curarent.*

8. Quot porro annos, menses, aut dies hæc mora in Cades reuertentium pertum est, vt fatetur Salius. licet ex æquo & bono, anno demum sequentium è Rechma describat. Torniellus illo anno 2585. num. 66. à reuertentium è terra Chanaan, ad exitum populi de Cadesbarne putat, quæ quasi duos menses, intra quos Moyses tertiam cum Domino quadraginta transigere potuerit, de qua infra cap. 9. Deuter. v. 25.

*Secunda
Moyses
quadrage-
sima.*

iustam irati Numinis indignationem placandam, vt patet v. 19. Hæc ad locum
dam quadragesimam spectant, cuius initium fuit altero die à tabulis & v. 20.
cōtritis ac cæcis Idololâtris, prout describitur Exodi 32. v. 30. & 31. vbi sic Mo-
ses loquitur: *ascendam ad Dominū. si quo modo qui uero eū deprecari pro seletur uideat*
uersusque ad Dominum ait: obsecro peccauit populus iste &c. Ad finem horum 40. di-
rum, iussus Moyses *præcidere duas tabulas lapideas instar priorum*, descendit de mo-
te, relatisque ad Israëlitas Dei mandatis, dat operam vt illi ornatum sumum
ponant, & minus tabernaculum è castris efferatur. Exodi 33. v. 6. & 7. reperi-
ri uerat, quæ succinctè habentur Exodi 34. v. 3.

Ibidem. v. 25.

*Post fra-
ctas tabu-
las.*

1. Et iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus. Hæc etiam de fa-
Moyses quadragesima accipio, cum Hugone, Caietano, Cornelio, Beato
Menochio, & communi interpretum sensu: quem Lyranus probabilem ha-
ficur & Torniellus. Licet hic author malit hanc quadragesimam in Cades-
ne transectam: quod hisce rationibus astruit; alique autem alij eam secun-
uocent quadragesimam, quam ego tertiam puto.

*Tres ratio-
nes Torni-
elli.*

2. *Prima.* Quia hinc Moyses ait se Deum suppliciter deprecatum, ne de-
Hebræos, vt fuerat comminatus. Cum autè essent ad Cadesbarne, post-
ratam terram dixerat Deus: *seriam eos pestilentia atque consumam.* Numeri 14.
Secunda. Quæ hic v. 28. repetuntur, dicta antè fuerant illo cap. 14. v. 16. *no-*
terat introducere populum in terram, pro qua iurauerat &c. *Tertia.* Scriptura
ordinem seruare censetur, nisi constet de opposito: quæ autem hanc 40.
culum præcedunt, ad ea spectant, quæ in Cadesbarne Hebræi pepu-
runt.

Ad 1.

3. Verum hæ rationes facilem habent solutionem. In primis enim
cap. 14. Num. nulla fiat ieiunij 40. dierum mentio; hæc comminatio
potius referri debet, cui annexum fuit ieiunium, de qua Exodi 32. v. 10. *Popu-*
me, vt irascatur. furor meus contra eos, & deleam eos. Et cap. 33. v. 5. *Populus dicitur*
es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Hæ enim comminationes ad
pam spectant, quam Moyses 40. dies ieiunus in monte Sina deprecatus
ea igitur potiori iure accipiendum est ieiunium hoc v. 25. expressum, quæ
liud ad Cadesbarne sine idonea ratione asserendum.

Ad 2.

4. Idem est de oratione huic ieiunio adiuncta: similis etenim habetur
di 32. v. 12. quæ omnium iudicio alludit ad vitulum in Horeb adoratum. *Et*
igitur sapius eandem orandi formam usurpauerit Moyses: uidetur hic
magis cum eo loco congruere, quo & idem delictum, & pro delicto ieiunium
ac orationem in Horeb peractam, iam antea literis Moyses consignat.

Ad 3.

5. Denique contextus huius & sequentis capituli cogunt nos fateri

ordinem hic prætermiffum effe. Certum est enim, idolum vitulinū prius in cineres redactum, quam Moyfes fecundam quadragefimam aufpicaretur: hoc tamen v. 8. commemoratur; illud 21. Rurſus Deus Moyſi de dolandis tabulis prius mandatum dedit, de quo initio cap. ſequentis, quā in ſepulchris & Cadesbarne peccarent Hebræi, de quo hoc cap. v. 22. Idcirco verò temporis ordinem neglexit, quod ſuæ gentis delicta congerere vellet. Sic delictis in Sina admiſſis ea coniunxit, quæ in ſepulchris & Cadesbarne commiſſa ſunt, tum v. 25. redit ad ſecundam quadrageſimam in Horeb tranſactam, ante Incendium, Sepulchra, & miſſos exploratores, de quibus egerat v. 22.

DEUTERONOMII X. v. 1.

In illo tempore dixit Dominus ad me: dola tibi duas tabulas. Hoc dictum fuiſſe vltimo die ſecundæ Moyſis quadrageſimæ notaui ſupra Exodi 22. quæſtione de tribus Moyſis quadrageſimis, num. 10. & 11. & Exodi 34. v. 2. Fauet Abulenſis in hunc locum his verbis: *Id eſt, finiti 40. diebus ſecundis, quibus iacui orans ante Dominū: tenendo quod fuerint tres quadrageſime. Si autem velis dicere, quod ſolum fuerunt due; eſt ſenſus: in illo tempore dixit Dominus ad me. id eſt, dum ſtare orando ante Deum, in illis 40. diebus. Et tunc dicemus, quod in iſtis ſecundis 40. diebus facta fuit oratio. & remiſſio, & deinde in iſdem ſcripta & data ſunt ſecunda tabula. Sed primum verius eſt. Hæc ille.*

Finita iſta quadrageſima.

Ibidem. v. 10.

Ego autem ſteri in monte ſicut prius quadrageſima diebus ac noctibus, exaudiuiq; me Dominus etiam hac viſe, & te perdere noluit. Hæc etiam ad ſecundam quadrageſimam Moliam referenda exiſtimo, ob rationes allatas cap. præcedenti. v. 25. Tunc enim & orauit Moyſes pro populo ne deleretur, & plenè ſe exauditum fuiſſe indicat Exodi 33. v. 17. vbi cum populo ſingularem Dei aſſiſtentiam, quaſi reconciliationis ſignum petiſſet, dixit Dominus ad Moyſen: *& verbum iſtud, quod loquor ad faciem: Merito autem Moyſes duræ cervicis populo hanc ſecundā quadrageſimam toties occidit, ut ſuam Iſraëlitæ malitiam deteſtarentur, ac tandem aliquando deponerent, ob quam Propheta tam diu inter ſpem & metum orationis ieiunium adiunxerat. Aliud eſt de tertia quadrageſima, qua ſeruus Dei cum Deo iam placato ſuauiſſimè egit, & ex eo confortio radijs gloriæ ornatus eſt, quam ob rem non erat, quod Hebræos redarguens huius tertiæ quadrageſimæ faceret mentionem.*

Durans 2. quadrageſima.

DEUTERON. XXXIV. v. 7.

Moyſes centum & viginti annorum erat, quando mortuus eſt. Nulla eſt ratio dubitandi, quin iſte annus, quo Moyſes obiit, fuerit ab exitu de Egypto quadrageſimus iam fermè deſinens: cum Deuteronomium hoc anno, prima die mensis yndecimi, populo tradere inceperit, Deut. 1. v. 3.

Etus & obitus Moyſis.

2. He-

P. Philippi

Chronologia
6. Testamenti

A. IV

17

*Traditio
Habitu
incerta.*

2. Hebræi in Seder Olam maiore cap. 10. tradunt Moysen eo die mori quo natus fuerat, expleto præcisè anno vitæ suæ 120. quos sequitur Tiberius Deuter. 34. q. 3. & latius id explicans in cap. 31. notat Moysen fuisse 80. annorum, quando ante plagas Ægyptias stetit coram Pharaone, vebaturus 7. v. 7. deinde 40. annos in deserto egisse: è quibus colliguntur anni vitæ 120. quam eum finisse vult mense XI. paulo ante completum annum quadragesimum, sed hunc defectum suppleri vno mense & aliquot diebus quos ab adito primum Pharaone vsque ad Exodum effluxisse confirmat doctrina etsi probabilis videri possit: nõ omni tamen dubio caret; etenim res, quibus alibi Iosephus assentitur excessum Moysi ad initium mensis decimi referunt. Deinde vsitato loquedi modo verè dici potest mortuus fuisse, cum esset 120. annorum, licet ad accuratum calculum nonnulli dies vitæ superfuissent, aut defuissent vt alibi sæpius notatum est.

*Quæstio.
1. Opinio.*

3. De die & mense Iudaico nonnulla est difficultas: sunt enim inter Iudæos qui Moysen mortuum velint fluente mense adhuc XI. quibus alibi Iosephus l. c. & Tostatus. Licet idem Iosephus lib. 4. Antiq. cap. vltimum Moysi tribuat 1. diei mensis duodecimi. Hebræi verò in suis Calendaribus & Seder Olam Serui Dei obitum notat die 7. mensis duodecimi, ita vt chronomij explicatio 36. diestenerit.

*Non obij.
initio mē.
si XI.*

4. Certum est Moysen initio mensis vndecimi adhuc superstitem reperiri patet Deuter. 1. v. 3. nec eius mortem ad primum mensis anni sequenti ferri posse. Mortuo enim populus 30. dies prius parentauit. Deut. 34. v. 1. mense primo die decima Iordanem traiceret. Iosue 4. v. 19. atque ita decimo, aut duodecimo mense Legislator Hebræus viuendi finem fecit, ante diem octauam duodecimi, si annus ille fuit communis, non embolus. Nam ante Iordanis transitum, populus ad ripam triduo substitit. Iosue nec est verisimile, post obitum Moysi, durante adhuc publico 30. dierum actu castra ex Setim ad Iordanem promotam fuisse.

2. Opinio.

5. Torniellus ad annum m. 2583. num. 35. contra Iudæorum traditum censet Moysen ante diem 7. mensis duodecimi excessisse: si enim hoc certum esset, luctus 30. dierum ante diem 6. Nisan expletus non fuisset; Iordanis transitum tres duntaxat dies intercessissent. Pluribus autem operibus ea quæ tunc gesta narrantur, expedienda, quandoquidem exploratorum numerum Ierichonta lustrarunt, triduo ne in Apparitorum manus incidere montanis lacuerunt, tum ad castra reuersi, suæ expeditionis rationem redderunt. Iosue 2. v. 22. & sequentibus. Denique Iosue de nocte confurgens egredientesque de Setim venerunt ad Iordanem ipse & omnes filij Israel, & morati tres dies. Iosue 3. v. 1. prout habet vulgata editio. Vnde Torniellus

putat ab exploratorum missione, vsque ad Iordanis transitum sex saltē aut septem dies effluxisse, ac idcirco ante 7. diem primi mēsis, & Moyse 30. diebus parerunt, & postea exploratores ē castris Ierichunta ablegatos fuisse. Torniello inscribit Bonfrerius in hunc locum, laudato Iosepho, dum Moysen ponit prima die mensis duo decimi vita functum. Petavius se Tornielli suffragatorem & aduocatum faceret, ratus Moysen sub finem mensis 11. obiisse, & minimē admittendam Hebræorum traditionē, qua Moysen 7. die Adar natum ac mortuum putant, nisi duplici Adar interueniente annus iste intercalaris fuerit.

6. Salianus ē contrario ad an. m. 2583. num. 325. traditionem illam Hebræorum recipit, ea saltem ex parte, qua Moyses 7. die mensis Adar ex hac vita migasse putatur. Ad rationem Tornielli respondet, Exploratores emissos luctu haberi necdum expleto, id enim à Iosue, in abscondito, factum dicitur. Iosue 2. vers. 11. Communis enim populi luctus clandestino duorum virorum abscessu non interurbatur. Vide Salianum ann. m. 2584.

7. Vtra harum opinionum alteri præponenda sit, mihi non constat. Hoc solum annoto: ex dictis §. 4. & cōmuni authorum sententia non videri Moysen obiisse 4. Septembris, quo tamen obitus illius annua celebritate recolendus notatur in Rom. Martyrologio & Græcorum Menologio. Legitimę enim causę non desunt, cur aliquando, sancti alicuius festum Ecclesiasticis tabulis, non eo die inscribatur, quo ille ad meliorem vitam transijt.

8. Moysen 40. primos vitę suę annos in aula inter Principes, totidem in Madianitide inter pastores & cęlites totidem in solitudine inter Israelitarum turmas & arumnas transegisse, omnium est sententia. Addit Adrichomius annum quadragesimum Principatus eiusdem morte illius præcise expletum fuisse, quod Saliano Ducatum Moysis ab Exodo auspicianti non probatur. Verum si quis annos istius Principatus ab eo tempore accerferet, quo ipse primū ex Madianitide redux ad Pharaonem adijt, & inde ad Exodum fermē sesquimensē computaret, non multum ab Adrichomij calculo discederet. Malo tamen cum alijs annos Principatus Moysis cum annis peregrinationis in deserto, ab exitu de Terra Egypti deducere, & fateri ad anni quadragesimi complementum, mensem & eo amplius defuisse.

9. Ac quotus annus ab Orbe condito, quotus ante Christum excessui Moysis consecrandus est? Annum m. 2493. consecrant Vincent. spec. hist. lib. 2. c. 52. Cornelius, Petavius, Bucholcerus, Caluissius, Alstedius, & quot quot ferē, prætermisso Cainan iuniore Abrahamum Thare septuagenario natum autumant. Salianus & Torniel. an. 2583. definentem. Bonfrer. 2578. Beroaldus & Broughtonius 2553. Capellus 2543.

10. Anno ante Chr. 1491. mortem Moysis notat Petavius, qui erat Perodi

K k Iulia

Opinio

Conclusio.

Tres partēs vitę Moysis & quales.

De anno quo Moyses obiit varia opin.

Itē de Anno ante Chr.

P. Philippi

Chronologia Testamenti

A. IV

17

Julianæ 3223. cyclo Lunæ 12. Solis 3. litera Dom. D. Salianus ante Chr. an. 1458. Caluſius & Alſtedius 1455. Capellus 1457. Bucholcerus 1458. Porro Salianus vt alibi monui vulgarem Chriſti æram vno anno, Caluſius duobus pariter

*Item de die
mensis
Romani.*

11. De die mensis Romani nihil certo ſtatui poteſt. Si Moyses ante Chriſtum 1491. vltima die mensis vndecimi moriendi debitum ſoluat, vt Petauus, non video, quid ei iure opponatur. Tunc enim mensis primus poterat circa 28. Martij, mensis duodecimus circa 26. Februarij, vt indicat illius Epacta 3. cum æquinoctium non procul à die 3. Aprilis Iuliani Anno verò ante Chriſti Epocham 1457. circa 10. Aprilis Nifan apertus Aureo numero 8 lit. Equat. E. Epacta 19. cumque annus ille Hebraicus laris ſiue 13. Lunationum fuerit, nihil verat, quo minus Moyses 7. die 7. die mensis duodecimi extremum vitæ ſuæ diem claudere potuerit.

12. Addit Salianus in Epitaphio Moyses eum obiſſe à morte Aaron ſificis mense octauo, à Iosephi Patriarchæ obitu, anno 184. Iacobi 265. Abrahæ 370. à diluuiò 927. Bonfrerius in fine Pentateuchi ad ingressum Terram, quo instante mortuus est Moyses annos computat à Natiuitate 1523. à diluuiò 923. à confuſione linguarum 791. ab inchoata Aſſyriarum monarchia 648. A natiuitate Abrahæ 540. ab excessu Abrahæ à Chaldaea à excessu Abrahæ ex Charan 465. à natiuitate Iſaac 440. à matrimonio cum Rebecca 400. à natiuitate Iacob 380. à morte Abrahæ 365. à Iacob in Meſopotamiam 303. à natiuitate Ioseph 289. à deſcenſu in Aegyptum 250. à morte Iacob 233. à morte Ioseph 179. à natiuitate Moyses ab Exodo 40.

*Opinio
austhoris.*

13. Ex mea ſupputatione mortuus est hic Propheta, cum proximo eſſet annus mundi 2584. diluuij 928. nati Abrahæ 546. nati Iſaac 446. confuſionis 471. deſcenſus in Aegyptum 256. anno ante æram Chriſti 1457. throniſmum Dauidis 376. ante fundatum à Salomone templum 449. templi reſtaurationem Duce Zorobabele 937. ante Hebdomadam 1000. ante regnum Cyri apud Perſas initum 898. ante Monarchiam Romanorum 1127. ante Monarchiam Romanorum 1427. denique 1488. ante natum Ieſu Chriſti ac Saluatoris noſtri, cui honor & gloria in æternum, Amen.

FINIS

Notarum Chronologicarum in Libros V.
Moyses.